.: REINH. HENR. ROLLII,
UNNENSIS WESTPHALI,
SS. Theol. C.

IBLIOTHECA
NOBILIVM THEOLOGORVM

STORICO-THEOLOGICA
SELECTA.
SIVE
RECENSVS NOBILIVM,
el Gradum quendam Theo-
gicum vel munus quodcunque ſacrum
ſuo meritô conſecutorum,
iis ex Hiſtoria Literaria ob-
vationibus atque accuratioribus Erudito-
judiciis refertus, quin & ad debitum ſacra-
tioribus, ſtudiis ſplendorem conciliandum
comparatus.
Cum
PRÆFATIONE
.D. JOHANNIS FECHTII,
Theologi Roſtochienſis.

ROSTOCHII & LIPSIÆ,
nſi CHRIST. GOTTHOLD GARMANNI.
ANNO MD CC VIIII.

D A
L O

Digitized by Google

Theologo Nobili,
de Eccleſia Orthodoxa
inſigniter merito,

VIRO

Magnifico, ſummè Reverendo, Generoſo atque Excellentiſſimo,

DOMINO
ALBERTO JOACHIMO
de KRAKEVITZ,
Equiti Megapolitano,

Doctori & Profeſſori Theologo in illuſtri ad Varnum Academia celeberrimo,

Domino, Patrono ac Præceptori ſuo, omni honoris pariter ac amoris cultu ætatem devenerando,

Hanc

Nobilium Theologorum Bibliothecam,

ceu grati animi teſſeram,

addito

pro ejusdem incolumitate

ac proſperitate omnigena

Voto ardentiſſimo,

ſacram cupit

KRAKEVITZIANI NOMINIS

Cultor perpetuus

M. REINHARDUS HENRICUS ROLLIUS,
Weſtphalus.

Google

Ad
Eruditiſſimum hujus Opuſculi
Auctorem,
M. REINHARDVM HENR. ROLLIVM,
Ingenio, induſtriâ, judicio, eloquentiâ
florentiſſimum,
PRÆFATIO
JOHANNIS FECHTII,
D. P. P.
Conſiſtorii Ducalis Conſiliarii, Diſtrictus Roſtoch. Superintend. & Facult. Theol. Senioris.

POſtquam ex tenui initio mos recenſendi bonos ſcriptores patrum noſtrorum noſtrâque memoriâ in id, in quo hodie conſpicitur, faſtigium evaluit, rationes & modos, quibus ſciendi deſide-

 rio

rio ſatisfieret, ſubinde alios aliosque, quorum alter alterum vel jucunditate ſuperaret vel fructu, excogitatos repertos que eſſe cernimus. Primum hujus inſtituti fundamentum anno MDCLXV., me tum in Academiâ Wittebergenſi ſacris ſtudiis operam navante, Galli jecerunt, tanto cum omnium adplauſu, ut biennio ſtatim poſt Ephemerides à *Friderico Nitſchio* cœperint in Latinum ſermonem converti, cumque inventi utilitas omnium feriret oculos, animosque occuparet, in annum usque LXIX. diduceretur. Ex quo tempore & Itali & Germani & Belgæ & Angli & quis denique non, uſu hujus moris in omne eruditionis genus, ſacræ & profanæ, dimanante, excerpendis auctoribus operam dederunt. Ingrati in communem patriam eſſemus, nî memorabilem ad omnem poſteritatem Collectorum Lipſienſium operam, qui primam in Germaniâ manum huic labori admoverunt, & nullis defatigati faſtidiis immortali cum nominis ſui gloriâ & rei literariæ emolumento ad hunc usque diem produxerunt, commeritis encomiis ad cœlum tolleremus. Nata hinc ſunt Acta Eruditorum &

ut diverſis à ſe nominibus diſcernerentur, Excerpta rei literariæ, Ephemerides & Extractus, Scriptores variarum rerum, Bibliothecæ & Bibliographiæ, Nova Literaria, Colloquia menſtrua, Theatra eruditorum, Innocuæ enarrationes. Quorum omnium hiſtoriam contexuerunt *Chriſtianus Junckerus* & *Burckhardus Gottbelf Struvius*. De quorum uſu cum nuper admodum ad Bibliothecam antiquitatis Judaicæ ſelectam amantiſſimi Collegæ, CAROLI ARNDII, qui jam & alio Excerptorum ſpecimine inclaruit, pluribus diſſeruerim, non moleſtum Tibi, ROLLII, aliisque erit, ſi id & hoc loco repetiero. Nempe non poteſt ullis exprimi verbis, quantum ex hoc inſtituto uſus ad ſveram excellentemque eruditionem, quantum promptitudinis & facilitatis ad eum redundet, qui de re qualibet maturas excoctasque meditationes publico egregio communicare, aut libris etiam ſelectioribus pro facultatum ſuarum modulo bibliothecam ſuam inſtruere voluerit. Sæpius me ſubiit admiratio, quî fieri antehac potuerit, ut qui animum ad ſcribendum de-

certo quopiam argumento adplicuerunt, in eorum notitiam, quæ vel à veteribus vel à recentioribus exarata unquam fuerunt, excerptis & indicibus, quales hodie magno numero habemus, deſtituti, penetrare potuerint, niſi vel bibliothecis conſummatiſſimis eſſent ipſi inſtructi, vel talibus, quibus uti poſſent, vicini. Quis enim audeat in publicum provolare ſcripto, certam materiam pertractante, cui perpetuò metuendum eſt, ne forte alii gloriam ipſi perfectiore & politiore tractatione, quod ipſe ignoraverat, præripuerint? At hodie non indices tantum librorum, ſed excerpta quoque adeò nonnunquam abundanter ſuppeditantur, ut ne quidem ipſorum librorum inſpectione opus eſſe videatur. Ingens equidem hoc eſt variæ eruditionis adminiculum, quod dum in ampliorem quotidie perfectionem excreſcit, viam ſemper bonis ingeniis expeditiorem parat, virium ſuarum divitias in materias graviores, nec dum ſatis pertractatas, effundendi. Eminent in hoc genere Enarrationes, ut vocantur, Innocuæ, ad res ſacras præcipuè & Theologicas accommodatæ, quæ ea potiſſimum complectuntur,

quo-

quorum ratio à Lipſienſibus ob ingentem rerum multitudinem haberi non poterat. Adferunt illæ Scriptores priſcos pariter & recentiores, quâ illi ad profectum cum in doctrinis Theologicis, tum in intemeratæ pietatis ſtudio faciunt. Epiſtolas item veterum Theologorum & Acta Eccleſiaſtica, quibus vel hiſtoria motuum Eccleſiaſticorum illuſtratur, vel priſcorum pro veritate & pietate fervor in apricum ponitur. Jam ſcripta de quocunque argumento Theologico noviſſima, ea præcipuè, quæ Fanaticum & atheiſticum ſpiritum produnt, qui univerſum prope orbem hodie non tam occupat, quam faſcinat, magno numero producuntur, judiciumque de illis intra amabilem brevitatem, ut devitari à ſimplicioribus, pietatis Spiritusque fuco deceptis, fallaces ſcopuli poſſint, aperitur. Denique quæ vel ad Sacrarum Literarum interpretationem, vel ad controverſiarum hiſtoriam, vel ad rituum Eccleſiaſticorum notitiam, vel ad caſuum conſcientiæ enodationem, vel denique ad quarumcunque rerum ſacrarum tractationem pertinent, eâ modeſtiâ &

ſolo ungve avem agnoſcere queas. Sed ſtabit nihilominus veritas, & adverſus invaleſcentem hodie Fanaticiſmum aliquando triumphabit. Ut verò vel ex hoc ſolo Excerptorum ſpecimine, quantum ad majorem rei literariæ utilitatem incrementi ſumpſerit excerpendi inſtitutum, eniteſcit, ità & alii adlaborarunt, ut alià quacunque ratione ſciendi deſiderio & ſubſidio memoriæ ſuccurrerent. Ut uno tantum alteroque exemplo, quæ tamen innumera ſunt, id demonſtrem, & Gallos, Italos, Angelosque omnes prætermittam, Nonnulli ſcriptores omnes, paganos, Judæos, Chriſtianos, breviter recenſuerunt; ut in Hiſtoria univerſali *Boeclerus*, & in Bibliothecâ Veteri & Nova Koenigius. Nonnulli ſolos Judæos, ut Buxtorfius, Imbonatus, Pantavitius, Bartoloccius. Nonnulli ſolos gentiles, ut in Bibliographiâ, quæ tamen & ſcriptores recentiores complectitur, & in peculiari ſcripto Boſius. Nonnulli ſolos Chriſtianos omnium ſeculorum ſcriptores, ut Gerhardus, Bellarminus, Rivetus, Olearius, Cocus, Meelführerus, Cave. Alii ordinem patriæ cujuslibet attende-

derunt, ut Quenſtedius. Alii mortis annum, ut Wittenius. Alii certas regiones, in quibus vixerunt, ut Mollerus. Quo pertinet Bibliotheca Hiſpanica, Vindobonenſis, Guelferbytana, Brixiana, Cottoniana, Bodlejana. Alii certarum Theologiæ partium ſcriptores, ut Mayerus. Nonnulli certorum ordinum in Romanâ Eccleſiâ ſcriptores. Unde Bibliothecæ Jeſuitarum, Dominicanorum, Franciſcanorum. Alii anonymorum & pſeudonymorum, ut Placcius. Alii Manuſcripta indagarunt, ut Spizelius, Oxonienſes, Lambecius. Alii Muſicos ſcriptores recenſuerunt, ut Maimbonius. Alii Heraldicos, ut Arndius. Alii Bibliothecas, ut in Bibliothecâ Bibliothecarum Labbeus. Tandem & ad curioſa itum eſt. Nam & infantes immaturâ ætate ad ſingulare eruditionis faſtigium eluctati, & fœminæ eruditionis laude ſcriptisque celebres, & Principes variarum doctrinarum, etiam Theologicarum, excellenti notitiâ florentes, & ruſtici, qualemcunque eruditionis laudem adepti, & cœci eruditionis gloriâ inclyti, & politici militesque & medici

He-

Hebraica pariter & Theologica tractantes, oculis objecti ſunt. Plura ſunt id genus, quæque non inutili acceſſione locupletari poſſent, quæ Tu, *Rolli* Præclariſſimè, ſtudioſè recenſes in Schediaſmate de Eruditis climacterico maximo denatis, meo nomini conſecrato. In quo ſcriptorum genere alter quidem alterum vel ingenio vel judicio ita vicit, ut ad publicæ rei emolumentum vel plus adferret momenti, vel minus. Ut enim, qui rariorum ejusmodi combinationum exempla ideò tantum ſolicitè conquirunt, oculisque objiciunt, ut vel admirationem vel delectationem tantum in animis legentium concilient, laude ſuâ hanc ipſam ob cauſam defraudandi non ſunt, ita ambigendum non eſt, majorem ad rem literariam utilitatem adferre eos, qui & ſcriptorum in eo genere vitam, inque variam eruditionem merita, adhibito ante exquiſito ſtudio, ſolicitè deſcribunt. Ut enim qui Eccleſiæ miniſtrum ex ſuggeſtu quidem perorantem audiunt, nec faciem tamen ejus intuentur virtutem dictorum non eà impreſſione ſentiunt, ac cum in ora ipſorum quaſi illabi & vultui intimè im-

immergi conceditur: ita neſcio, quam legenti vel auctoritatem vel deſiderium conciliet, ſi antequam ad alicujus ſcripti lectionem ſeſe accingat, ipſummet auctorem, quis qualisve fuerit, quæ ediderit ingenii ſui ſpecimina, quâ occaſione ad ſcribendum fuerit impulſus, quâ cum gloriâ in erudito orbe vixerit, ex genuinâ narratione intellexerit. Quibus cum accedunt doctorum virorum de ſcriptore judicia, è quibus, quid quantumque promittere nobis queamus, eo certiore indicio colligi poſſit, eò magis excreſcit legentis uſus, quò noſtro fidere ingenio intutum magis eſt & periculoſum. In præſenti ſcripto Tuo, ROLLI, quod de Nobilibus Theologis compoſuiſti, deprehendo equidem & inquirendi laborem prorſus ferreum, quò ex tenebris multa eruiſti, quæ hactenus plerisque fuerunt incognita, & judicium, ſupra ætatem Tuam adſcendens, quo de variis narrationibus id perpetuò eligere penſi habuiſti, quod veritati propius convenire ex collatione relatorum obſervaſti. Denique univerſum laborem Tuum eò direxiſti, ut Theologiæ ſtudio quacunque ratione inſervires. Huic

enim

enim ab adoleſcentiâ ita Te dediſti, ut mihi quidem, cujus ſcholas omnes per multos annorum decurſus frequentaſti, videris non per annorum intervalla, ſed per menſium ſpatia inſolitos facere progreſſus. Ex quo & ingenii ſagacitatem & laborum tolerantiam, etiam in immaturâ ætate, ubi de Te mentio incidebat, juſto præconio ſum proſecutus. Quæ in Te munera, ſi ad maturitatem quotidie majorem devenerint, quam Tibi famam, quam donorum Tuorum æſtimationem in literario orbe paritura ſint, nullo negotio conjicere potes ipſe. Quid igitur ſupereſt, quam ut DEUM venerer, ut in fructus olim uberes & latè diffuſos ſeſe explicent, & ſtudia bonarum artium literarumque, Te ſtatore in majus ſubinde augmentum, excreſcant, DEOque & hominibus ineffabilem adferant utilitatem. Roſtochii, ipſis Julii Calendis, MDCCIIX.

(o)

I.N.J.

I. N. J.

M. REINH. HENR. ROLLII, WESTPHALI, BIBLIOTHECAE NOBILIVM THEOLOGORVM HISTORICO-THEOLOGICAE *INGRESSVS.*

FIdem in nuperrimo datam Schediaſmate Hiſtorico-Literario: *De Eruditis Climacterico maximo denatis*, ad Theologum noſtrâ ætate Principem, Dn. D. Joannem Fechtium, Gratulationis vice exarato atque ſuperioris anni ſub exitum emiſſo, (a) liberaturus, Tuo jam ſiſto conſpectui, Lector Benevole, *de Nobilibus Theologis* peculiari Commentatione inluſtratam materiam: pulchram quidem illam & jucundam, ſed inſigni, quod harum rerum gnari facilè mecum confitebuntur, labore obſeptam. Id

quod eò quidem adſeverare audeo confidentius, quò parciore hactenus operâ huic vel ſimili materiæ manum adpoſuerunt Eruditi. Si enim excipias prælaudati Dn. D. Fechtii de Nobilitate Studii Theologici Diſſertationem, abs Alberto Joachimo Krakevitzio, hodie S. S. Theol. Doctore ejusdemque in hac Alma Profeſſore Ducali celeberrimo, ſub illius Præſidio habitam, (b) & D. Joannis Bartholdi Niemeieri, Profeſſoris Theologi & Philoſophi Helmſtadienſis, Programma XXIV. Diſputationibus, chriſtianæ fidei Theologiam complectentibus, atque ab Andr. Rudolpho à Schönberg publicè defenſis, præmiſſum, (c) in quibus nonnulla Nobilium Theologorum comparent Exempla; nihil erit, ſi rectè ſentio, unde aliquod accedere incrementum præſenti Tractationi potuiſſet. Veniam proinde, ſicubi occurrent, errata impetratura eſſe nullus deſpero. Quod ſi, Lector, hocce inſtitutum haud diſplicuiſſe Tibi intellexero, non longo abhinc temporis intervallo *Nobilem* quoque *Philoſophum* in lucem prodire faciam. Tractandi, quem in præſenti ſector, ordinem quod concernit, tribus integrum opuſculum diſtinctum eſt Sectionibus, quarum *Prior Generalia Capitibus duobus* pertra-

tractat: *Altera Hiſtoriam Capitibus tribus* exhibet: *Tertia* denique *Judicium Theologicum Capitibus rurſum duobus* ſuppeditat. Tu verò DEUS O. M. Gratiâ tuâ, quâ ſine nihil eſt, quod agimus, adeſſe in præſenti opella pertexenda mihi digneris, humillimis abs Te precibus contendo!

(a) Magnoperè doleo, nec diligentius à Typographo impreſſum illud Schediaſma, nec curatius à me, tempore tùm omni deſtituto, reviſum fuiſſe. Non enim ſphalmata ſolùm typographica in eodem occurrunt, utpote cùm inter alia p. 12. lin. 3. *toronum* legitur pro: *tironum*, p. 29. *M. Jo. Gottfr. Olearius*, pro: *Jo. Chriſtoph.*, & paſſim *Creenius* pro: *Crenius*; ſed & integræ quandoque lineæ omiſſæ ſunt. E. g. p. 12., Henr. Corn. Agrippæ Magicorum, quæ juvenis ediderat, Palinodiam cùm adlegaſſem, hæc fuerant ſubjicienda verba Crenii, quæ habet Tom. II. Animadv. Philol. Hiſt. c. I. §. V. p. 16. 17: *Sic ſerò ſapiunt Phryges. Satius tamen eſt ſero ac declivi ætate ſapere, quam ſemper deſipere.* In medio p. 13. ubi de Ludov. de la Cerda agitur, poſt Verba; Virum admodum eruditum vocat Thom. Crenius Animadverſ. Philol. & Hiſtor. Tom. V. p. 180. hæc ſunt neglecta: *vid. idem Diſſ. elegantiſſ. de Furibus librariis, p. 45. ſeq.* p. 25. qua de Lanſio quædam commemorantur, lin. 4. ſequentia

omiſſa deprehendi: *JCtus ſuo merito celebratiſſimus Tuo, Vir Summe, elogio, Diſſ. de Nobil. Studii Theol. §. XXII. &c.*

(b) Roſtochii anno MDCXCII. recuſ. ibid. anno MDCC.

(c) ed. Helmſtadii, anno MDCC. in 4to.

SECTIO PRIMA
GENERALIS.
CAPUT I.
DE
POTIORIBUS VOCABULIS IN RUBRO OCCURRENTIBUS.

SUMMARIA.

§. *I. In tractandis Diſſertationum Tractatuumque Generalibus in duo frequentem eſſe lapſum extrema, in exceſſu aliis, aliis in defectu peccantibus, oſtendit, atque ne præſens Tractatio alterius extremorum argui de jure poſſit, poſthabitis inutilibus ſupervacaneisque, ſummè ſaltem neceſſaria in medium eſſe producenda inſinuat.* §. *II. Nobilis vocabulum quoad etymologiam, ſynonymiam & homonymiam examinat.* §. *III. De diſtinctione Nobilitatis in ſuperiorem & inferiorem, plurimum ad præſentem Tractationem momenti adferente, diſpicit.* §. *IV. Vocis Theologiæ etymon expendit.* §. *V. Ex ejusdem Synonymis ob Novatores modernos illud ſaltem notat, quo*

ἐπι-

ἐπίγνωσις ἀληθείας τῆς κατ᾽ εὐσέβειαν dicitur. §. *VI. Ex variis Theologiæ diviſionibus eam, quâ in Catecheticam & Acroamaticam diſpeſcitur, (cum ad præſens faciat inſtitutum) paucis conſiderat.* §. *VII. De reliquis denique in Rubro occurrentibus vocabulis differit, quidque per Gradum Theologicum, quid per officium ſacrum intelligendum veniat, pauciſſimis explicat.*

§. I.

SIcut in rebus quibuslibet aliis, ita & in Tractatuum Diſſertationumque conſignatione quoad ea, quæ Prodromi velut loco tractantur, in duo haud rarò extrema iri fugere neminem poteſt, niſi rerum quotidianarum oppidò ignarum. Quosdam videlicet, circa Rubri explicationem occupatos, tot videas implere paginas, ut eâ in re multò videantur operoſiores, ac in ipſius, quam tractandam ſuſceperunt, materiæ enodatione. Alios ex adverſo, hanc vitaturos charybdim, in ſcyllam incidere, id eſt, nullâ Tituli habitâ ratione ſuſpenſum adeò dubiumque relinquere Lectoris animum, ut ne divinando quidem, ſuâ quid ſcriptione ſibi velint, aſſequi valeat. Priores illos inutilium ac ſupervacaneorum cumulô ſpacium, ipſius materiæ tractationi inſumen-

dum, congruum haud fuerat ſibi præripere. Poſteriores verò illotis, quod ajunt, manibus ad rei enodationem accedere non decuerat. Cum enim eum in finem indita ſint rebus nomina, ut eaſdem animo legentis vel audientis repræſentent, fieri aliter haud poſſe, quàm ut à vocum intuitu ad rerum ipſarum notitiam paulatim provehamur, jam ab antiquioribus Eruditorum anteſignanis judicatum creditumque fuit. Ne itaque & Nos, pervulgato dùm inſiſtimus Academiarum mori, viam quippe ad ipſius rei notitiam nobis ſtraturi terminorum in fronte Tractatus occurrentium conſideratione, in hos impingamus ſcopulos; ſummô in id incumbemus opere, ut neceſſaria ſaltem, ipſi materiæ lucem aliquam adlatura, in medium proferantur, poſthabitis relictisque ſuo loco iis, quæ minus videbuntur utilia.

§. II.

Nobilis primò vocabulum, quod ſubjecti h. l. vicem ſuſtinet, à *noſcendo* plerumque derivant Authores, ut dicatur nobilis quaſi noſcibilis; vel à ſupino *notum*, (ſicut mobilis à motum) ut ſit nobilis quaſi notus, ignobilis ex adverſo ceu minus notus. Plura ea de materia qui deſiderat, adire poterit Baſilii Fabri Theſaurum Eruditionis Scholaſti-

laſticæ, Joannis Jacobi Hoffmanni Lexicon univerſale & Caroli du Freſne, Domini du Cange, Regi à conſiliis & Franciæ apud Ambianos Quæſtoris, Gloſſarium mediæ & infimæ latinitatis, (a) ubi plura de hac voce notatu digna reperias. (b) Synonyma apud Græcos habentur: Ἐυγενὴς, ἐυπατρίδης, ἐυπάτωρ. Germani nobiles vocamus Edle und Junckern. Galli utuntur voce Gentilhomme. De quibus aliisque fusè differit Celeb. quondam Academiæ Viadrinæ Doctor, Joannes Chriſtophorus Becmanus. (c) Homonymiam vocis quod concernit, Thomas Lanſius, Ducis Würtembergici olim Conſiliarius intimus & Academiæ Tubing. Profeſſor, (d) triplicem conſtituit nobilitatem, ſcil. *barbaricam*, quâ homines non aliter ac beſtiæ ex genere & ſanguine æſtimantur, *philoſophicam*, quando ſuâ quisque virtute ſpectatur, & denique *mixtam*, cum quis tàm ſanguine quàm ſuâ virtute cenſetur. (e) J. C. Becmano itidem triplex eſt Nobilitas, *cæleſtis* prima, altera *virtutis*, tertia *civilis*. (f) Nos, quemlibet ſuo abundare ſenſu permittentes, accipi dicimus poſſe Nobilitatem vel in ſenſu generali ſeu naturali, vel in ſenſu ſpeciali ſeu civili. Priori modô celebritatem dicit, quô & La-

tinis uſurpatur. Sic Curtius: Erat, inquit, inter *nobiles* Medicos Regem ſecutus Philippus. (g) Ciceroni magnus & *nobilis* Rhetor audit Iſocrates, (h) Phœdro *nobilis* Comœdus Menander. (i) Qui & ipſe urbes Aſiæ celeberrimas, quas putat, & florentiſſimas, *nobiles* adpellat. (k) Conf. de hoc ſignificatu ſingulare Lugdunenſium in Batavis ornamentum, Thomas Crenius. (l) Includit verò iſta quoque acceptio nobilitatem virtutis. Unde Ciceroni nobilitas nihil eſt aliud quàm cognita virtus: *Pulcerrimum*, inquienti, *nobilitatis genus eſt, quam ſibi quisque propriis virtutibus conciliat.* (m) Quem imitatur ex Chriſtianis Hieronymus, cum ad Celantiam ſcribit: *Summa apud Deum nobilitas eſt, clarum eſſe virtutibus.* (n) Poſteriori modo ſumpta nobilitas eſt præmium publicum, ob virtutem & res benè geſtas præcipuè conceſſum. Quâ ratione celeberrimus Acad. hujus JC. D. Caſp. Matthæus Müllerus Nobilem definit, quod ſit *perſona ſingulari dignitate eminens à parentibus nobilibus in filios transfuſa, vel à Principe ipſi ob virtutem, ſcientiam aut res praclarè geſtas conceſſa.* (o) Virtus itaque, ſcientia & res præclarè geſtæ, quæ omnia meriti voce exprimit Becmanus, (p) ſunt Nobilitatis cauſa movens, cum

præ-

præmium ſit nobilitas, nunquam ſine virtute exiſtens. Nobilitas enim ubi eſt, ibi & virtus adeſſe requiritur; ſed non viciſſim, ubi virtus eſt, ibi & ſtatim locum habet nobilitas, *niſi aut æſtimatio publica accedat, aut nobilitas alio & huc non pertinente ſenſu explicetur*, ut loquitur Becmanus. (q)

(a) Palmam hocce Gloſſarium cæteris ejus generis operibus præripere, haud obſcurè innuere videtur illuſtris Polyhiſtor Dan. Georg. Morhofius, qui ſequentem in modum de eo pronunciat in Polyhiſt. Lit., Lib. IV. (hoc demum annô cum reliquis tribus, ut & integro Polyhiſtore Philoſophico & Practico in lucem edito) cap. IX. §. XVIII. p. 117. *Nempe Voſſium* (cujus de vitiis latini ſermonis & Gloſſematis latino-barbaris libros IV. Amſtel. anno M DC XLV. in 4to ed., ſub cenſuram vocaverat §. XVII. p. 116.) *longo poſt ſe intervallo reliquit alter, qui in hoc immenſo, prope vocum barbararum campo deſudavit, Carolus du Freſne. Dici vix poteſt, quantum ſtudii attulerit Vir ille ſummus, & quanta ex innumeris prope monumentis copia, non res minus quam voces atque phraſes ſemibarbaras depromat in Gloſſario ſuo Latinitatis mediæ atque infimæ, Pariſiis Ann. 1678. III. voluminibus edito. Profectò Augiæ ſtabulum illo, ſtupendo planè, labore non tàm repurgavit quàm ornavit, potuiſſetque ſummô jure Hercu-*

lem Κοπϱοφόϱον *inſcribere opus ſuum, quem titulum olim Gaſpar Scioppius invectiva in Scaligeri, Caſauboni aliorumque Virorum Doctiſſimorum, nævos grammaticos à ſe colligendos deſtinaverat.* Juvat de eodem Opere audire Colomeſium in Bibliotheca ſelecta p. 146. *Mr. Voſſius*, inquientem, *promettoit de faire imprimer ce livre de M. ſon Pere in folio, beaucoup de plus ample. Cependant nous n' avons pas vû jusqu' ici l' effet de ſa promeſſe. Quand cet ouvrage ne paraîtroit point, nous n' aurions pas de peine à nous en conſoler, puisque le docte & infatigable M. du Cange vient de nous donner ſon Gloſſarie, trois volumes in folio.*

(b) Gloſſarii Tom. II. p. 742. ſeqq. Add. Jo. Phil. Palthenii, Gryphisvvaldenſium Prof. celeberrimi, Diſſ. Politica de Genio & conſtitutione Nobilitatis Civilis, hab. Gryph. anno M DCCIII., §. II. p. 3. ſ.

(c) in Notitia Dignitatum illuſtrium, Diſſert. XI. c. I. §. V. ſeqq. p. 288. ſeqq. edit. nov.

(d) quem ICtum ſuo merito celebratiſſimum appellat Dn. D. Fechtius, Diſſ. de Nobilitate Studii Theol. §. XXII. Conf. Dn. D. Georg. Henr. Götzius, Superintendens Lubecenſium longè meritiſſimus, in Meletematibus Annæberg. p. 871.

(e) Orat. pro Italia, p. 506.

(f) loc. alleg. cap. I. §. II. p. 285. Vid. Palthenius Diſſ. cit. §. III. p. 4. ſeqq.

(g) De

(g) De rebus Alexandri M. Lib. III. c. VI. n. I.
(h) Invent. II. 2.
(i) Lib. V. Fab. II. 19.
(k) Lib. IV. Fab. XXI. 4.
(l) in Animadverſionibus Philologico-Hiſtoricis Tom. VIII. c. II. §. IV. p. 86.
(m) apud Theoph. Spizelium, Auguſtanum, in Infelice Literato, ſive de vita & moribus Literatorum Commonefactionibus novis Hiſtorico-Theoſophicis Auguſtæ Vindel. ann. M DC LXXX. in 8vo ed., Commonefact. XXXI. p. 974.
(n) apud Dn. D. Fechtium Diſſ. cit. §. V.
(o) in Diſſ. juridica de Virgine nobili Mecklenburgica, hab. Roſtochii ann. M DCCI., c. I. §. VII. n. 27.
(p) l. c. Diſſ. XI. c. II. §. III. p. 294.
(q) loc. all. c. I. §. II. p. 286.

§. III.

Illud verò ad ſcopum noſtrum maximè pertinere ex dicendis patebit, quod Nobilitas, quam ultimò ſpectavimus loco, in *ſuperiorem* & *inferiorem* diſpeſcatur. Prior univerſum dignitatum civilium à Regibus ad Barones usque complexum ſuo ſub ambitu comprehendit. Poſterior infimum eminentiæ gradum ſupra popularem ſeu vulgarem ſtatum complectitur. Petita eſt ea diſtinctio ex Naucleri (a) Chronico, (b) ex quo ſequen-

quentia citat Becmanus: (c) *Nobilitas gradus habet, ſunt enim Principes, ſunt Comites atque Barones, ſunt & inferioris gradus nobiles.--Principes non ſolum dignitate & generis claritate, ſed & potentia antecedunt reliquos, terras habent & dominia latiſſima. Comites & Barones cæterisque nobiles per totam Sueviam diſperſi ſunt, religionem, velut flores campos, undique exornantes. Et, quod mirum videtur, Principes, Comites & Barones, quoties Imperii neceſſitas exigit, obſequia Cæſari tanquam ſubjecti præſtant; inferioris tamen gradus nobiles ſe exemptos dicunt.* (d) Qua de cauſa Pontifices non ſolum Romani, referente Alb. Crantzio (e) apud Dn. D. Fechtium (f) Principes ſalutare *Nobiles Viros, Dilectos Filios*, (g) Comites verò nonniſi *Dilectos Filios* conſueverant; ſed & ipſi Principes atque Comites nobilis titulo, ceu antiquiora teſtantur monumenta, uſi fuerunt. In Diplomatibus Ducum Brunſvicenſium (h) hæc reperiuntur: We Junckherr Fredrick/ Bernd/ Henrick und Otto/ Bröder von der Gnade Gottes/ Hertogen tho Brunſchwig und tho Lüneburg. Et rurſus: (i) We Junckherr Bernd und Ehr Hinrick von der Gnade Godes/ Hertogen tho Brunſchwig und tho Lüneburg. (k) Cyriacus

riacus Spangenbergius, Matthiæ Flacii ſectator, Theologus alioquin cordatus & Hiſtoricus ſummè diligens, (l) ſequentia commemorat: Graff Hinrich von Sternberg/ Juncker Simon von Sternberg/ Dechant zu Paderborn und Juncker Johann/ Graff zu Sternberg. (m) Apud B. Herm. Hamelmannum, S.S. Theol. Lic. & Superint. olim Oldenburgicum, Theologum & Hiſtoricum ſcriptis quam plurimis celeberrimum, hæc reperiuntur: Wy Greve Cort van Oldenborch bekennen openbaar in düſſem Breve/ dat wy de Hulding - - entfangen hebben tho unſers Bölen Hand/ Juncker Otten/ Greven tho Delmenhorſt/ alſo lange/ beth he tho ſynen Jahren komme. (n) Qui titulus cum ſuperioribus iſtis Nobilibus uſurparetur, ii, qui ex inferiori fuerant nobilitate, Nobiles miniſteriales dici differentiæ ergò conſueveruut, vocibus quidem germanicis: Edelſchlack und Edelknechte. (o) Hodiernum verò, ubi longè pretioſioribus ornatur titulis Principes & Comites, (quamvis Lippienſes Comites nobilis titulum hodieque ſervent, ſeribentes ſeſe: Graffen und Edle Herrn zur Lippe) inferiores illos ſine adpoſito diminuente nobiles appellari non eſt cuiquam incom-

pertum. Qui & nobis, de Nobilibus Theologis commentantibus, impræſentiarum ſoli, ceu cap. II. dicemus, ſpectantur.

(a) Fuit Johannes Nauclerus, Nobilis Suevus, Cancellarius quondam Tubingenſis, Eccleſiæ Præpoſitus, Juris Canonici Profeſſor & primus Academiæ Rector, an. MCCCCLXXVII. De quo præter Melch. Adamum in Vitis videri poſſunt B. D. Chriſt. Kortholtus, Theol. Prim. Kilon., in Hiſtoria Eccleſ. Novi Teſtamenti, Lipſiæ ann. MDCXCVII. in 4to edita, Sec. XV. c. IV. §. XV. p. 681., D. Caſp. Sagittarius, Hiſtoricus olim Saxonicus & Hiſtor. Prof. in Acad. Jenenſi celeberrimus, Introduct. in Hiſt. Eccleſ. & ſingulas ejus partes, ed. Jennæ MDCXCIV., cap. XI. §. I. p. 91. ſeq. Severinus Waltherus Slüterus, hujus quoque Academiæ quondam Theologus, dein Eccleſiarum in Ducatu Saxo-Leoburgico Superint. Generalis, in Propylæo Hiſtoriæ Chriſtianæ, primum Francof. ad Mœnum MDCLXXX. ſecundum Lipſiæ, & auctius quidem, MDCXCVI. in 4. impreſſo, Sect. I. num. XX. §. XIII. p. 60., Guil. Cave in Hiſtoria Scriptorum Eccleſ. literaria, App. ad P. I. p. 126. b. D. Adamus Rechenbergius in Summario Hiſt. Eccl., Period. IV. cap. V. §. XXX. num. XV. p. 481. 482. Chronicon Naucleri quod concernit, conſtat illud duobus in majori forma voluminibus, quorum prius

prius Generationes LXII. ab Adamo ad Chriſtum, poſterius ad annum usque MD. pertingens, LI. continet. Editum eſt primum, Tubingæ, juxta Guil. Cave l.c. anno MDXV., dein à Melanchtone auctum & perpolitum, unà cum appendice Nic. Baſelii, Monachi Hirſaugienſis (qui Nauclerum vocat *inſignem virum ac Alemanniæ decus & lumen, eumque dicit non vanitatis ſtudio, non curioſitatis inſtinctu, ſed divino quodam Spiritu afflatum, regum atque gentium facinora, geſta, facta, more apis, ex diverſis Hiſtoriographorum floſculis varias in unum apis argumentoſæ congeſſiſſe alvearium hiſtorias*) ibidem anno MDXLIV., iterum cum appendice Laur. Surii (*hominis*, ſi judicio ſtandum illuſtris Viti Ludovici Seckendorffii in Hiſtoria Lutheraniſmi, Lib. III. §. CVII. p. 437., *perfrictæ frontis & impudentiſſimi calumniarum & convitiorum architecti;* unde & Nauclero indignam judicat appendicem illam Slüterus, l. c.) an. MDLXIV. & denique MDLXXIX.

(b) Generatione XLIII. fol. 231.

(c) loc. all.

(d) Gemina his habet Julius Pflugius, Eques Saxonicus, in de Republ. German. libro, p. 19.

(e) De Alb. Crantzii, Hamburgenſis, Jurium & Theol. Doct. hujus quondam Acad. Prof. celeberrimi, ac demum Ædis in Patria cathedralis Decani, vita, ſcriptis inque literas me-

ritis

ritis fuſè egit CL. Joh Wöllerus, Flensburgenſis in Iſagoge ad Hiſt. Cherſoneſi Cimbricæ, P. I. c. IV. §. V. p. 34. 35. c. VI. §. XIX. usque XXIIX. à pag 94-116. P. IV. c. VIII. §. III. p. 530. & §. XIV. p. 550., longè verò fuſius & accuratius acturum ſeſe in Cimbria Literata, impoſterum edenda, pollicitus eſt in Bibliotheca Septentrionis eruditi, Num. III. p. 157. De cætero rerum Saxonicarum, Venedicarum aliarumque Septentrionalium diligentiſſimum Scriptorem, Hiſtoricum neque indiſertum neque mendacem appellat D. Jo. Andr. Quenſtedius, p. m. in Dialogo de Patriis illuſtrium Virorum, p. 202, 203. Ad plures abiiſſe fertur Crantzius anno MDXVII.

(f) alleg. Diſſ. §. V.

(g) Cujus rei exemplum habetur apud Miræum de Bello Bohem. p. 105., ubi Bavariæ Ducem, Electorem poſtea factum, ſequenti inſcriptione honoraſſe legitur Paulus V. Pontifex Maximus: *Dilecto Filio, Nobili Viro, Maximiliano, Duci Bavariæ.*

(h) De anno M CCCLXXIV.

(i) De anno M CCCC.

(k) Quæ citat ex actis homagialibus civ. Brunſvicenſis T. I. Springsfeld de Apanag. c. III. n. XIX. ſeqq.

(l) Judice Caſp. Sagittario Introduct. in Hiſt. Eccl. c. XXXIII. Sect. XXXIII. p. 955-956.

(m) In Chronico Schumburgenſi, Lib. V. c. XVIII.

(n) In

(n) In Chronico Oldenburgenſi p. 159. Conf. Becman. l. c. c. I. §. VI. p. 288. ſeq.

(o) Vid. Becm. loc. all. c. I. §. III. p. 287.

§. IV.

Vox Theologiæ, cujus concretum eſt Theologi vocabulum, dicitur à voce θεὸς & λόγος, notatque ſermonem, rationem ſeu diſcurſum de Deo, eodem prorſus modo, quo Φυσιολογία de rebus naturalibus diſſertationem, Ethologia diſcurſum de moribus notat. Quamvis autem vox hæc ſive abſtractivè ſive concretivè ſpectata Doctorum quodam conſenſu non ſit ſcripturaria; antiquiſſimam tamen eſſe nec nudius demum tertius enatam, non ſolum colligitur ex inſcriptione Apocalypſeos, quæ hæc eſt: Ἀποκάλυψις Ἰωάννȣ τȣ̃ θεολόγȣ, quanquam à quonam ea libro adjecta primum fuerit, non omninò certum ſit atque indubium; (a) nec tamen ex eo liceat inferre: Johannem non eſſe libri ejus Autorem, cum inſcriptio ab alio ſit addita, qua de re vid. vaſtæ eruditionis Theologus, (b) D. Joh. Adamus Oſiander in Syſtemate Theologico; (c) ſed & inde, quod jam olim à Gentilibus fuerit adhibita, illi enim Latinorum Cicerone Lactantio (d) teſte eos, qui de Diis, eorundem

B natu-

natura, rebus geſtis cultuque debito egerant, θεολόγȣς nuncuparunt. (e)

(a) A Johanne ipſo non eſſe Titulum, adeoque nec divina gaudere origine, vel ex eo manifeſtum evadit, quod in veteribus Codicibus, Textu ſemper invariato manente, variè legatur. Ipſe enim incomparabilis noſter Jo. Gerhardus in Exegeſi §. CCXCIV. ſeq. Complutenſem Codicem allegat, qui ita habet: *Apocalypſis S. Apoſtoli & Evangeliſtæ Johannis Theologi.* Quæ inſcriptio Johannem habere Autorem nequit, ipſe enim ſanctum ſemet nunquam nominaturus fuiſſet. Conf. Dn. D. Fechtius in Colleg. Fundamental. Theol. MS., c. I. §. I. Cornelius à Lapide, celebris admodum Pontificiorum Doctor, inſcriptionem Apocalypſeos tribuit Dionyſio Areopagitæ, Athenienſi, ex Philoſopho Fidei chriſtianæ proſelyto atque in Patria Epiſcopo, demum imperante Domitiano Anno Chriſti XCV. martyri, (de quo legi plura poſſunt apud CL. Jo. Möllerum in Homonymoſcopia Hiſtorico-Philologico-Critica, Hamb, MDCXCVII. in 8vo edita, Sect. II. cap. V. §. XX. p. 446. ſeqq.) narrat enim in quæſtionibus proœmialibus in Apocalypſin, Dionyſium Epiſtolam exaraſſe ad ipſummet Johannem Apoſtolum, quæ inſcripta fuerit: *Johanni Theologo, Apoſtolo & Evangeliſtæ, exulanti*

in

in Patmo. Verùm cùm Dionyſii illius ſcripta non ſint extra omnem dubitationis aleam poſita, res incerta eſt. Id certè conſtat, jam à S. Athanaſio, oratione contra idola, Theologum abſolutè & ἐξοχικῶς Johannem adpellatum eſſe. Vid. Dn. D. Fecht. Diſſ. de Nobilitate Studii Theol. §. II.

(b) Elogio Fechtiano in Philocalia ſacra, id eſt, variarum Doctrinarum Theologicarum, Biblicarum, Polemicarum, Moralium, Patriſticarum Farragine, Roſtochii anno MDCCVII. in 4to ed., p. 14.

(c) Edito Tubingæ MDCXCI. in 4to, P. I. Diſſ. I. §. I.

(d) Lib. de Ira, c. XI. p. 794.

(e) Priſcos Poëtas θεολόγους & θεολογήσαντας dictos fuiſſe docet Ariſtoteles lib. XII. Metaph. c. VI. p. 1395. & Cicero de Nat. Deorum lib. III. Tom. IV. pag. 340. G. & 341. B. In ſpecie verò Muſæum, Linum & Orpheum adpellatos eſſe Theologos, tradit Clemens Alexandrinus, Strom. lib. V. & cum eo Auguſtinus, de Civ. Dei lib. XVIII, cap. XIV. Epimenidem, quem Cretenſium Prophetam appellat Gentium Apoſtolus Tit. I. 12., Theologum nuncupat Diod. Siculus Bibl. Hiſt. lib. V. Zoroaſtrem, Mercurium Triſmegiſtum, Aglaophermum, Pythagoram & Platonem Theologos vocat Marſil. Ficinus in Platon. Theol. lib. XVII. c. I. & ex eo Jo. Textor Hægerâ Naſſovius

in Feriis Hægeranis, cap. II. p. 3. edit. Herborn. MDCXVI. in 8vo. Conf. quoad priores M. Sam. Theod. Schmidt Diſſ. Academ. de Theologis in utero Deo conſecratis, occaſione Exemplorum quorundam Biblicorum, hab. Lipſ. MDCCVII. Sect. General. §. II. p. 3.

§. V.

Et Synonymis quando notamus, dici Theologiam ἐπίγνωσιν ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν, (a) facimus id ob Novatores, abſurdè admodum ex verbis Paulinis colligentes: non dari Theologiam veram, niſi in homine pio exiſtentem. (b) Contra quos notari merentur verba Conſummatiſſimi Dn. D. Fechtii noſtri: *Ut adeò Paulus* (inquientis) *dicere velit, ſe eſſe Apoſtolum & prædicatorem à Deo miſſum, ideò enim ſe divinitus cognoviſſe veritatem, non eam, quam Philoſophi hujus mundi profiteantur, ſed quæ verum Dei cultum inſtillet, h. e. chriſtianam, ſive quæ occupata ſit circa pietatem implantandam. Perperam hinc nonnulli hodie colligunt, non dari veram Theologiam, quæ non ſit cum pietate conjuncta. Quanquam enim omnis Theologia debeat eſſe conjuncta cum pietate, & in Paulo conjunctio iſta revera exſtiterit, tamen id dicere non vult Paulus, ſed hoc potius, quomodo*

modo & in quem finem tanquam Apoſtolus & Doctor Eccleſiæ veritatem cognoverit, nempe ut eandem ad pietatem in ſuis auditoribus efficiendam dirigeret. (c)

(a) Tit. I. 1.

(b) Vid. inter innumeros propemodum, D. Joh. Chriſtoph. Bilefeldii, Profeſſoris Theologi Gieſſenſis, Diſp. inaug. de Theologia pia unicè vera, ad Tit. I 1. Præſide Dn. D. Henrico Opitio Kilonii anno M DCXC. habita.

(c) In Coll. Fundam. Theol. MS. c. I. §. III. cui addi quoad verum dicti ſenſum poteſt ejusdem Theologi ſummi Exegetica Expoſitio Epiſtolæ Pauli ad Titum Roſtochii edita M DXCII. & recuſa M DCC. in 4to. Integra verò controverſia fusè non minus quàm ſolidè diſcuſſa eſt ab eodem in Lectionibus ad B. Königium privatiſſimis, Controverſias Polemicas complectentibus (hab. heîc loci an. M DCXCVII.) de Theol. in genere, §. III. Prælect. Publ. in Controverſias Recentiores, ſive Colleg. Antipietiſt. Part. II. c. I. §. I. q. I., Coll. Publ. Anti-Indifferentiſt. c. VI. §. III. Schol. Theoll. privat. in Syllogen. recentiorum Controverſiarum, ad Diſp. II. §. II. ut & in Examine libelli: Licht und Recht / quod ad argumentum ſpectat de vera Dei rerumque ſacrarum in irregenitis notitia, Diſſertatione Publ. heîc ventil. anno M DCCIV. Addantur Magnif. Dn. D. Jo. Nic. Quiſtor-

pius, Præceptor atque Patronus noſter ætatem devenerandus, in Coll. Diſputator., exhibente Theſes ex univerſa Theologia Selectas, Diſp. XV. §. I. Summè Ven. Gedanenſium Theologus, Dn. D. Sam. Schelguigius, in Synopſi Controverſiarum ſub pietatis prætextu notarum, Art. I. q. IV. p. 2. ſeqq. ut & Maximè Rev. Dn. Juſtus Weſſelus Rumpæus, S.S. Theol. Doctorandus & Fac. Theol. in Alma Pomeranorum Gryphica Adjunctus digniſſimus, Fautor & Cognatus noſter æſtumatiſſimus, in Controverſiis Recentioribus, potiſſimum Pietiſticis ex Loco de Theologia, Diſputatione publica propoſitæ anno MDCCVII., Theſ. X. p. 17. ſeqq.

§. VI.

De variis Theologiæ diviſionibus non erimus nunc ſolliciti, hoc ſaltem addentes, revelatam, quam vocamus, Theologiam, & eam quidem, quæ eſt mediatæ ἐλλάμψεως, in Catecheticam & Acroamaticam diſpeſci. Illam lacti, quô cibantur parvuli, primisque adeò elementis comparat Apoſtolus, hanc ſolidiori cibo, qui ſuppeditatur provectioribus. Illâ omnes inſtructos eſſe decet Chriſtianos, vid. Reverendiſſimus Dn. D. Fechtius, (a) Illuſtris Dn. D. Mayerus, (b) Dn. D. Jo Joach. Zentgravius, Theologus Argentinenſium Primarius, ſuperiori anno non ſine acer-

acerbiſſimo luctu Eccleſiæ noſtræ ereptus, (c) & Dn. Ddus Rumpæus; (d) Hâc ſolos Doctores verbique Divini Miniſtros, quippe quos non διδακτικὺς ſolùm eſſe decet, ſed & τὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. Ut verò accuratiorem iſtam Theologiam, Exegeticâ, Polemicâ, Eccleſiaſticâ & Morali conſtantem, eò felicius haurire queat animoque complecti eidem conſecratus, eruditio in eo requiritur philoſophica & philologica, quâ utrâque haud inſtructus, in nulla profectò Theologiæ parte feliciter progredi poterit nedum ad perfectionem, quanta usquam in hac dari imperfectione poteſt, adſpirare. Non ſanè dicendus is ſtatim eſt Theologus, qui vel à limine Theologorum tecta ſalutavit vel levi, quod ajunt, brachio res ſacras attigit, aut qui diſcurſibus colloquiisque theologicis quomodocunque delectatur Theologorumque converſationem & congreſſus præ cæteris æſtimat: neque is quoque, qui ſingulari ſtudio fidei articulorum ad ſalutem neceſſariorum ex Scripturæ S. lectione notitiam, eamque non perfunctoriam, ſed ſolidam veroque Chriſtiano dignam, ſibi comparavit; ſed is demum, qui profeſsâ deditâque operà & aſſiduô labore Theologiæ operatur, eum quidem in finem, ut omnium

concluſionum theologicarum, ex genuino Theologiæ principio hauſtarum, cognitionem acquirere eamque defendere adverſus omnis generis adverſarios imò docere alios valeat. (e) Tantis verò Theologus pollens requiſitis, quæ accuratiorem ſeu ἐν ἐξοχῇ talem à vulgari diſcernunt, noſtræ h. l. eſt conſiderationis.

(a) Diſſert. Exegetico-Hiſtorico-Polemica de Forma Catecheſeos Paulinæ, ad Ebr. VI. 1. 2; hab. Roſtochii anno MDCCII. Reſp. M. Adamo Wildio, jam S. S. Theol. D. Gymn. Durlacenſis Prof. & Eccleſiaſte, ut & Colleg. Publ. Anti-Indifferentiſt. MS. cap. VII. §. IV-XX.

(b) Muſæi Miniſtri Eccleſiæ P. IV. cap. III. p. 18.

(c) Diſſ. de Chriſtianæ Catecheſeos capitibus ad Ebr. V. 12. & VI. 1. ſeq. hab. Argentorati anno MDCXCIX.

(d) cit. Diſſ. Theſ. III. p. 7. ſeq.

(e) vid. Dn. D. Fechtii Diſſ. de Nobilitate Studii Theologici, §. IV.

§. VII.

Reliqua, quæ ſuperſunt in Rubro, parum habent difficultatis. Quando enim illud Nobiles promittit, vel quendam in Theologia Gradum vel officium quodcunque ſacrum conſecutos, non præciſè Doctoratus Theo-

Theologici axioma, tanquam ſupremum, ſed Licentiaturæ etiam, ceu medium, imò & Baccalaureatus, ceu infimum in Theologia Gradum (a) noſtræ eſſe tractationis nemo non facillimo colligit negotio. Per officium (b) verò munus quodcunque vel Academicum vel Eccleſiaſticum, & hoc rurſus vel ſuperius vel inferius, ut ſunt: Archi-Epiſcopatus, Epiſcopatus, Superintendentia, Inſpectio, Præpoſitura, Senioratus, Paſtoratus, Archi-Diaconatus & Diaconatus, quotusquisque eſt, qui intelligi debere, primore intuitu non percipiat? Gradum muneri ſeu officio quod contradiſtinguam, non eò me quisquam arbitretur facere, quod putem, conſiſtere haud poſſe cum Doctura, Licentiatura vel Baccalaureatu Theologico officium Eccleſiaſticum & Academicum; ſed quod nonnulli Gradus cujusdam gaudeant dignitate, qui vel nulli ſunt admoti officio, vel admoti quidem ſunt, ſed philoſophico: alii viciſſim munere præfulgeant ſacro, qui neque Doctoratus, neque Licentiaturæ, neque Baccalaureatus mactati ſunt honoribus.

(a) De Gradibus Academicis, omni ætate à maleferiatis quibusdam mirum quantum exagitatis & ex Chriſtianorum cœtu pro-

ſcriptis, dicere impræſentiarum nihil attinet, cùm à quam plurimis abundè illa materia ſit tractata. Conf. inter plurimos D. Jo. Chriſt. Itterus peculiari Libro de Gradibus Academicis, Clariſſ. Dn. M. Caſp. Brüggmann, Tremonienſis, in Diſſert. Theol. de Honoribus Academicis, occaſione dicti Matth. XXIII. 8. 9. 10., contra quosdam horum Graduum oſores, Præſide D. Valentino Alberto, celebratiſſimo quondam Lipſienſium Theologo, anno MDCXCVII. habita, Ampliſſ. Dn. M. Franc. Alb. Æpinus noſter in Diſſ. de Moralitate Graduum Academicorum, ex Juris Naturæ principiis contra Fanaticos præſertim aſſerta publiceque hic loci propoſita ann. MDCCII. & qui primo collocandus locô fuerat. *πολυμαθέϛατος* Herm. Conringius in Antiquitatibus Academicis, Diſſ. IV. integra. De Doctoratu in ſpecie Theologico Miſcellanea Diſp. publicæ loco in Academia Kilon. propoſuit Reverendiſſimus Dn. D. Joh. Fr. Mayerus MDCXCIX., in quibus nonnulla comparent argumenta ſuâ ſe curioſitate commendantia. De Baccalaureatu Theologico elegantiſſima heîc loci habita eſt in promotione M. Petri Zornii, anno MDCCV. XV. Decembris, à Dn. D. Fechtio Oratio, in qua de Ortu præprimis ejusdem progreſſu æſtimioque curioſiſſimè diſſeritur.

(b) ab

(b) ab efficiendo haud incommodè deducitur officii vocabulum, eſtque id, quod quemque facere decet. Vid. Celeberrimus Thomas Crenius Methodorum Tom. III., qui eſt de Eruditione comparanda, Lugduni Batavorum anno MDCXCIX. in 4to editus, Num. IV. p. 170.

CAPUT II.
DE
STATU CONTROVERSIÆ.

SUMMARIA.

§. I. Controverſiæ Statum κατ᾽ ἄρσιν *expendens, à Nobilium Theologorum conſortio excludit Principes Theologos, atque ex eorundem, in Pandectis ſacris obviorum, numero Melchiſedecum in medium producit. §. II. Ex iisdem Divinis Scripturis Davidem, Salomonem & Eſaiam, pro Principibus Theologis reputandos, commemorat. §. III. Principibus Theologis, ad noſtra paulò proximius accedentibus tempora, in lucem profert, Adolphum, Principem Anhaltinum, Albertum VI. Bavarorum Ducem, Auguſtum, Brunſvicenſium & Luneburgenſium, Brunonem, Archi-Epiſcopum Colonienſem, Brunonem Epiſcopum Herbipolenſem, & Chriſtianum Wihelmum, Marchionem Brandenburgicum. §. IV. Continuat recenſum Principum Theologorum, per-*

cenſens

cenſens Conſtantinum M., primum Chriſtianorum Imperatorem, Ferdinandum Albertum, Ducem Brunſvico-Luneburgenſem, Georgium, Principem Anhaltinum, Guſtavum Adolphum & Johannem, Theologum, Duces Mecklenburgenſes. §. V. Paucis adhuc memorat Jacobum I. Angliæ Regem, Matthæum Cantacuzenum, Mauritium, Haſſiæ Landgravium Johannemq́; Picum Mirandulanum. §. VI. Non habitum porrò iri rationem Nobilium, qui licet ſcriptis inclaruerint Theologicis, nullô tamen vel gradu Theologico vel munere ſacro fuerunt conſpicui, inſinuat ex eorundemque recenſet ordine Vitum Ludovicum à Seckendorff, Equitem Franconicum, Wolffgangum à Gemmingen, Nobilem Suevum, Guſtavum à Mengden, L. B. Livonum, & Antonium de Sandoval, Equitem Hiſpanum. §. VII. Addit jam dictis Nobilibus Philippum Mornæum, Nobilem Gallum, Caſparem Barthium, Nobilem Saxonem, & Oligerum Roſencrantzium, Nobilem Danum. §. VIII. Exulare quoque hinc aſſerit Theologos, qui in ipſo jam officio conſtituti, à Principe ſuo nobilitatis juribus & privilegiis donati, fuerunt. Ex quibus præter Benjaminem Urſinum & Job. Chriſtoph. Bilefeldium, adducit Zachariam Laurentii Clingium, & Laurentium Matthiæ Stigzelium, Suecos, nec minus Petrum Winſtrupium & Johannem Georgium Sadolinum, Danos. §. IX. Multè autem minimè ad Nobiles Theologos

logos dicit referendos Photinianorum caſtra ſequentes, Socinianorum hodie nomen adeptos, qui tantùm non omnes nobili nati loco feruntur. §. X. Controverſiæ Statum κατὰ θέσιν ſiſtit, Nobilium ortu ſatuque talium, vel inter Lutheranos, vel Reformatos, vel Pontificios ſive Gradum aliquem Theologicum ſive functionem quamcunque ſacram conſecutorum, rationem habendam eſſe, oſtendens.

§. I.

EX his, quæ hactenus dicta ſunt, omnibus, haud obſcurè intelligi poſſe opinor, à Nobilium, quos exhibituri ſumus, Theologorum conſortio excludendos venire PRINCIPES THEOLOGOS, quamvis Nobilium olim, ceu ſupra (cap. I. §. III.) dictum, nomine gaviſos. Prolixum quidem iſtorum ſuppeditare catalogum poſſem; ſed, ne juſto videar in Generalibus prolixior, quosdam exhibuiſſe ſufficiet. Et Pandectas quidem ſacras, ut inde ordiar, curatius paulò perluſtrantibus quatuor præcipuè occurrunt Principes Theologi, vitæ ſanctimoniâ inclytiſſimi. Primus eorum eſt MELCHISEDECUS, Rex Salem, (a) ab ipſo ſummo Numine ſacerdotii dignitatem conſecutus, (b) de quo dicitur, (c) quod fuerit ἀπάτωρ, ἀμήτωρ καὶ ἀγενεαλόγητος, reſpectu ſcil. noſtri, quos ejus

latet

latet origo, quamvis alioqui nec patre, nec matre caruerit; quemadmodum & Horatius eum ſine gente vocat, qui ignotæ & incompertæ prorſus eſt originis. (d) Sunt equidem, quibus per Melchiſedecum (ne plures commemorem opiniones) ipſum Dei Filium literaliter intelligere adlubeſcit: inter quos eſt Jacobus Gaillardus in XII. de Melchiſedeco Exercitationibus, (e) quarum Synopſis videri poterit apud Lipſienſes, (f) & ante eum Petrus Cunæus in de Republica Hebræorum, (g) Adnotationibus nuper illuſtrato à Joh. Nicolai, Antiquitatum in illuſtri Tubingenſi Prof. celeberrimo. Sed refutata eſt ea ſententia ab immortalis gloriæ Viro, Jo. Conr. Dannhavvero, Primario, dùm viveret, Argentinenſium Theologo, in pecul. Exercitatione Theologica, (h) Conf. pluribus incomparabilis noſter Joh. Gerhardus, (i) Johannes Elai Terſerus, Dalekarlus, S.S. Theol. D. & Prof. primum Aboënſis, poſt Epiſcopus Upſalienſis, tum Aboënſis, demum Lincopenſis, (k) D. Seb. Schmidius, (l) D. Jo. Quiſtorpius, Senior, Theologus de hac Academia immortaliter meritus, (m) D. Andr. Dan. Habichhorſtius, & ipſe hujus antehac Scholæ Theologus, (n) B. L. Alb.

Vogti-

Vogtius, Profeſſor quondam Theologus Gryphisvvaldenſis, (o) M. Chriſtianus Hoffmannus (p) & Ludovicus Borgeſius. (q)

(a) Reticere non poſſum plusquam puerilem ignorantiam Pontificii cujusdam circa hanc vocem, qui, durante ſuperiorum Seculorum barbarie, cûm enarrare cœpiſſet ea, quæ Gen. XIV. 18. de Melchiſedeco noſtro conſignata inveniuntur: *Melchiſedeek Rex Salem panem ac vinum obtulit*, non animadvertens, Salem loci nomen eſſe, multa de condimenti vi atque natura diſſeruit. Vid. Johannis Zvvingeri, Baſileenſis, Linguæ Græcæ in Acad. patria olim Profeſſoris clariſſimi, Oratio de Barbarie ſuperiorum ſeculorum, orta ex ſupina linguæ Græcæ ignorantia, Baſileæ anno MDCLXI. dicta, cui locum conceſſit Dn. D. Götzius in Principe Græcè docto, Lipſ. ann. MDCCIV. in 4. edito, p. 102.

(b) vid. Gen. XIV. 18. & Hebr. VII. 1. ſeqq.

(c) Hebr. VII. 3.

(d) vid. Dn. D. Götzius in Principe Concionatore, ſive Commentatione de Concionatoribus illuſtribus, von Durchlauchtigen Predigern / Annæbergæ primum excuſa anno MDCC. in 4to, & nuper Meletematibus Annæbergenſibus varii argumenti, Lipſiæ MDCCVI. in 8vo excuſis, inſerta, Num. XI. pag. 573. ſeqq., ubi Concionatoribus illuſtribus

ſtribus Melchiſedecum quoque noſtrum accenſet.

(e) Lugduni Batavorum evulgatis anno MDCLXXXVI.

(f) in Actis Eruditorum, de a. MDCLXXXVI., p. 149. ſeqq.

(g) Libro III. cap. III.

(h) De Melchiſedeco, ejus perſona, officio, factis, ex Gen. XIV. Quæſt. I. p. 4. ſeq. Comparet verò ea Diſſ. inter Dannhavverianas à diligentisſimo Viro, M. Chriſtiano Mislero MDCCVII. Lipſiæ omniũ pleniſſimè junctim editas, Part. I. Exeget. Num. II. p. 18. ſeqq.

(i) Comm. in Geneſin, p. 315. ſeqq.

(k) Annotat. in Geneſin, p. 40. ſeqq. De ipſo Terſero (quod obiter addo) legi poteſt Jo. Schefferus, Argentoratenſis, in Suecia literata, p. 193. ſeq.

(l) Comm. in Gen. p. 148. & in Epiſt. ad Hebræos, p. 687. ſeqq.

(m) Comment. in Epiſt. ad Hebræos analytico, p. 110. ſeqq.

(n) In Melchiſedeco tàm ratione Hiſtoriæ, quàm ratione figuræ controverſisſimo, Diſſertationibus IX. expoſito & impreſſo Roſtochii, anno MDCXCIII. in 4to.

(o) in Diſp. Inaug. doctisſima, de Collatione Melchiſedeci & Chriſti ex Hebr. VII., ſub præſidio B. D. Jo. Michaelis Gryphisvvaldiæ hab. anno MDCLXVIII.

(p) Diſſ.

(p) Diſſ. Philol. de Melchiſedeco ex mente cumprimis Scriptorum Orientalium delineato, in Acad. Jenenſi hab. MDCLXIX.

(q) In prolixo de Melchiſedeco Tract. XIII. capitibus conſtante, cujus hic eſt Titulus: Hiſtoria Critica Melchiſedechi, quâ univerſæ quæſtiones, quæ ad vetuſtisſimum illum Salemenſium Regem atque Sacerdotem pertinent, exponuntur à Ludovico Borgeſio, S. S. Theol. Doctore & Eccleſiæ Anglicanæ Diacono, Bernæ anno MDCCVI. in 8vo.

§. II.

Secundum haud abs re locum tribuimus DAVIDI, Regis & Prophetæ nomine notiſſimo, cujus geſta Bibliorum ſacrorum ſcrutatoribus haud poſſunt eſſe incomperta. Dubitat eundem Concionatoribus illuſtribus adnumerare Dn. D. Götzius, (a) nos verò locum ipſi inter Principes Theologos concedere nulli ambigimus. Quantus enim fuerit Theologus, aureum evincit Pſalterium, Spiritus S. inſtinctu ab ipſo concinnatum. De quo Theander Lutherus: (b) Es haben (inquit) viel heilige Väter den Pſalter ſonderlich für andern Büchern der Schrifft geliebet und gelobet. Und zwar lobet das Werck ſeinen Meiſter ſelbſt gnug. Et poſt quædam: Ich halte aber/ daß kein feiner Exem-

pel-Buch oder Legenden der Heiligen auf Erden kommen ſey oder kommen müge/ denn der Pſalter iſt. Und wenn man wünſchen ſolt/ daß aus allen Exempeln/ Legenden/ Hiſtorien das beſte geleſen und zuſammen gebracht und auf die beſte Weiſe geſtellet würde / ſo müſte es der jetzige Pſalter werden. Und ſolte der Pſalter allein deßhalben theur und lieb ſeyn/ daß er von Chriſtus Sterben und Aufferſtehung ſo klärlich verheiſſet/und ſein Reich und der gantzen Chriſtenheit Stand und Weſen fürbildet. Daß es wol möchte eine kleine Biblia heiſſen/ darinnen alles aufs ſchöneſt und kürtzeſt / ſo in der gantzen Biblia ſtehet / gefaſſet / und zu einem feinen Enchiridion oder Hand-Buch gemacht und bereitet iſt. Daß mich dünckt / der H. Geiſt habe ſelbſt wollen die Mühe auf ſich nehmen und eine kurtze Bibel und Exempel-Buch von der gantzen Chriſtenheit oder allen Heiligen zuſammen bringen / auf daß / der die gantze Biblia nicht leſen künte / hätte hierinnen doch faſt die gantze Summa verfaſſet in ein klein Büchlein. Auguſtinus: *Alia ſunt*, inquit, *quæ Prophetæ tradunt, alia, quæ hiſtoriæ, lex quoque, Proverbiorum etiam alia commonitio, Pſalmorum verò liber, quæcunque utilia ſunt, ex omnibus continet, futura prædicit, veterum*

geſta

geſta commemorat, legem viventibus tribuit, gerendorum ſtatuit modum. Et, ut breviter dicam, communis quidam bonæ doctrinæ theſaurus eſt, apta ſingulis neceſſaria adminiſtrans. Veteribus namque animarum vulneribus novit mederi, ſed & recentibus velociſſimum ſcit adhibere remedium, atque in actis perſeverantiam ſcit ſalutis adhibere; ſed & univerſis pariter paſſionibus ſubvenire, quæ damnationibus variis humanas animas angunt. (c) Succedit SALOMO, Davidis ex Bathſeba filius ejusdemque in regno ſucceſſor, Regum, quotquot unquam vixerunt, vivunt & victuri ſunt, ſapientiſſimus. Neque huic locum inter Concionatores illuſtres indubium vindicat D. Götzius, (d) quamvis id feciſſe videatur D. Joach. Hildebrandus, Theologus primò Helmſtadienſis, poſt Ducatum & Comitatum Cello-Luneburgicorum Superintendens ſupremus, Vir in Antiquitatum ſacrarum ſtudiò longè verſatiſſimus: *Sapientiſſimus* (ſcribens) *mortalium Rex Salomo concionandi munus obivit. Hinc ſemetipſum ἐκκλησιαστὴν h. e. Concionatorem appellat in peculiari libello, qui adhuc hodie inter Canonicos ſacræ Scripturæ libros numeratur.* (e) Nihil verò obſtat, quo minus nos Principibus Theologis eum adnumeremus. Ejus

Proverbia, Eccleſiaſtes (f) & Canticum Canticorum Theologum profectò haud vulgarem illum fuiſſe demonſtrant. De iiſdem vid. Lutherus in Præfationibus & Joh. Henr. Heideggerus, Theol. D. & Prof. Tigurinus in Enchiridio Bibl. ἱερομνημονικῷ. (g) Quartus denique eſt ESAIAS, inter Prophetas majores, ob voluminum magnitudinem ita dictos, primum in Bibliis locum obtinens: quem filium Amozi, fratris Amaziæ Regis, fuiſſe communis eſt Interpretum ſententia. (h) Non tàm Prophetam, quàm Evangeliſtam eum dicendum eſſe aſſeruit jam olim S. Hieronymus. (i) *Mirabilem planè Prophetam, rerumque pariter ac ſtyli majeſtate ſublimem maximè & excellentem* adpellat Franc. Burmannus. (k) Hermannus verò Witſius, Lugdunenſium in Batavis haud vulgare decus: *Jeſaias*, inquit, *prophetavit, vir nobilis & proximâ conſanguinitate attingens Regem, Amaziæ Regis ex fratre Amozo nepos, uti Hebræorum traditio habet, & ut Hieronymus ait, ſocer Manaſſis, à quo tamen ſerrâ diſſectus eſſe traditur.* (l) De ejus Prophetia Jo. Henr. Heideggerus ſequentem in modum judicat: *Genus dicendi -- eſt copioſum & ampliſſimum: Oratio illuſtris, perſpicua & evidens. Eſtque hic Propheta verus & divinus Orator, Pericle*

multò

multô præſtantior, tonans & ipſe, fulgurans, aculeos in mente auditorum relinquens. (m)

(a) loc. cit. §. XI. p 575. ſeqq.

(b) in Præfatione Pſalterio præmiſſa.

(c) in Prologo Pſalmorum, apud Thom. Crenium Exerc. III. de Libris Scriptorum optimis & utiliſſimis, ad Hieron. Henr. Stiſſerum, Med. Candidat., edit. Lugduni Batav. MDCCV., num. I. p. 6. Chryſoſthomi effatum: *Mundus non tàm Sole, quàm Eccleſia eget Pſalterio*, aliorumque adducit idem Crenius l. c. p. 8. ſ. Conf. & Heideggerus in Enchiridio bibl. Lib. I. c. XXXVII. p. 258. edit. Tigurinæ de anno MDCCIII. in 8.

(d) loc all. §. XII. p. 577. ſeqq.

(e) Diſſ. de Veterum Concionibus, Helmſtadii hab. anno MDCLXI., & ſecundum impreſſa MDCXCIII., cap. I. §. VI.

(f) Negarunt equidem nonnulli, interque eos Grotius, Salomonem eſſe autorem Eccleſiaſtis; ſed refutata eſt ea ſententia à Magno Calovio in illuſtri Bibliorum Illuſtratorum Opere, ad h. l. pag. 1227., ut & Petrus Dan. Huetius in Demonſtratione Evangelica (de qua vid. Dn. D. Fechtius in Philocalia ſacra, p. 48. ſeq.) p. 405. apud Dn. D. Götzium, l. c. p. 578. Conf. Heideggerus Enchir. lib. I. cap. XXXIX. §. I. p. 290.

(g) Lib. I. c. XXXVIII. p. 283. ſeqq.

(h) vid. Heidegg. lib. I. c. XIX. §. I. p. 134.

(i) apud Dn. D. Götzium de Concionatoribus illuſtribus, (quibus noſtrum adnumerat) in Meletem. Annæberg p. 582.

(k) in Exercitat. Acadd. Part. II. p. 175.

(l) in Miſcellaneis ſacris, Lib. I. cap. XVIII. p. 237.

(m) l. c. cap. XIX. §. II. p. 135.

§. III.

Ex recentiorum noſtriſque propiorum temporibus Principum Theologorum numero quosdam nunc adducturi, primum locum juxta literarum ſeriem tribuimus ADOLPHO, Principi Anhaltino, in Collegiis Eccleſiæ Mersburgenſis Dei Miniſtro. De quo juvat audire D. Davidem Chytræum, cujus hæc ſunt verba: *Mersburgenſem Eccleſiam Adolphus Anhaldinus, Adolphi filius, Magni, Præpoſiti Magdeburgenſis frater (Georgio Principi Anhaldino, qui noſtra ætate pietatis & doctrinæ laude floruit, quarto gradu agnatus) regendam ſuſcepit. Quem humili ſtatura, ſed magna ob pietatem, prudentiam, gravitatem & in gubernatione induſtriam, authoritatis & beneficum erga pauperes fuiſſe ac ipſum pro concione populum docuiſſe accepimus.* (a) Caſp. Sagittarius ſequentia de eo commemorat: Iſt geweſt eines groſſen Anſehens/ tapffer/ kleiner Perſohn/ gütig/ geiſtlich/

lich / barmhertzig / gab viel Allmoſen / war gelahrt / ein guter Prediger und Theologus, lebet keuſch / gottfürchtig / ſtraffte die Sünde der Hurerey und Ehebrecherey geſchwinde an den Geiſtlichen und Weltlichen. (b) Hunc ſequatur ALBERTUS VI., Bavarorum Dux, anno ſuperioris ſeculi ſexto & ſexageſimo defunctus, de cujus ſcientia Theologica vel è ſolo, quem reliquit, de Conjugio ſacerdotum, Tractatu judicari poteſt. (c) Proximum ab hocce locum ſibi vendicat AUGUSTUS, Dux Brunſvicenſis & Lunæburgenſis, hujus quondam Academiæ Rector Magnificentiſſimus. (d) De quo D. Jo. Bartholdus Niemeierus teſtatur, in ejus heroico pectore, quicquid ad ſapientiam & ſacram eruditionem pertinet, fuiſſe reconditum. (e) Immortalitati nomen ſuum tranſcripſit elaboratâ â ſe Harmoniâ Evangelicâ. De qua audiemus B. D. Joach. Hildebrandum: *Quibus quæſo*, inquientem, *laudibus auguſtum opus Harmoniæ Evangelicæ ornemus? Sed alienæ lucis non eget opus ſupra humanas laudes jam evectum, ſive amœnam brevitatem, ſive ἀκρίβειαν, ſive eruditionem, ſive ſtyli gravitatem, ſive totius operis ſanctitatem, ſive Autoris eminentiam ſpectes, omnia in ſacratiſſimo volumine AUGUSTA atque ita compa-*

rata invenies, ut unicus hic liber ἐν ἐπιτομῇ Commentarios plurimos referat, imò Commentariis ſæpè ipſis lucem fœneretur. Suavem profectò Evangeliſtarum concentum adeò exactè in ordinem Auguſtiſſimus Princeps redegit, ut nihil in eo genere amplius deſideres. (f) Maximus Conringius ſequentem in modum de eodem libro judicat: *Quanta eruditio latet in illis ſacris harmonicis operibus, quæ vernaculo ſermone in id piiſſimus Princeps media inter diſcrimina feralis belli, Germanici elaboravit ediditque, ut eò promptius animos ſuorum rudiores ad religioſum Numinis cultum excitaret.* (g) Huic ſuccedit BRUNO, Henrici Aucupis filius tertius & Ottonis Imperatoris frater, Archi-Epiſcopus Colonienſis, cujus in decimum ſeculum incidit ætas. De eo Joh. Cuſpinianus: *Brunonem,* ſcribit, *frater Otto, poſt Patris exceſſum, omnium litterarum eruditione à pueritia benè inſtitutum Colonienſem Præſulem fecit.* (h) Annotationibus illuſtravit Pentatevchum & IV. Evangeliſtas *non negligendis*, quod judicium eſt Sixti Senenſis (i) apud Dn. D. Götzium. (k) Brunonem Archi-Epiſcopum comitetur BRUNO, Epiſcopus Seculo XI. Herbipolenſis, Dux Carinthiæ, Conradi II. Imperatoris Patruelis, qui Commentarios in Pſalterium

&

& omnia Veteris Novique Teſtamenti Cantica conſcripſit, editos primum Coloniæ MCDXCIV., & Magnæ poſtmodum Patrum Bibliothecæ (l) illatos. (m) Sequitur illum CHRISTIANUS WILHELMUS, Marchio Brandenburgenſis, Adminiſtrator primò, poſt Archiepiſcopus Magdeburgenſis, tranſitu à Lutherana Religione ad Romano-Catholicam notus. Vulgaſſe perhibetur Speculum veritatis: Apologiam contra D. Caſp. Eraſmum Brochmandum & alia. (n)

(a) in Chronico Saxon. p. 206.

(b) in Hiſtoria Principum Anhaltinorum, apud Dn. D. Götzium in Meletematibus Annæberg. num. XI. de Concionatoribus Illuſtr. §. XXIII. p. 590. 591.

(c) vid. Henningus Wittenius D. B. T. I. ad ann. MDCLXVI.

(d) Teſtantur ea de re Orationes & Edicta publico nomine ſcripta, & eôdem, quô Magiſtratum geſſit, anno, ſcil. MDXCIV. Roſtochii in 4to impreſſa, ſub hoc Titulo: *Auguſti junioris, Brunſuicenſium & Lunæburgenſium Ducis & Roſtochienſis Academiæ Rectoris Orationes & Edicta publicè propoſita.*

(e) in Programm. XXIV. Diſpp. in univerſam Theologiam præmiſſo, lit. E. 1. b.

(f) in *Auguſtis*, Helmſtadii editis, anno MDC LXII., c. V. Auguſtorum ſtudia & amorem erga literas & literatos exhibente.

(g) Epiſtola ad Boineburgium de Bibliotheca Auguſta, p. 89. Plura dabit Dn. D. Götzius in Principe Commentatore Biblico, edito Lubecæ anno M DCCVI. in 4to, §. VII. p. 16. ſeqq.
(h) de Cæſaribus p. 296.
(i) in Bibl. S. Lib. IV. p. 270.
(k) loc. jàm alleg. §. VIII. p. 20.
(l) ed. Lugduni Gallorum M DC LXXVII.
(m) Tom. XVIII., vid. Guil. Cave in Hiſt. Script. Eccl. literar. P. I. p. 420. a., Guilielmus Crovæus in Elencho Script. Bibl. p. 85. ut & Sev. Walth. Slüterus Propyl. Hiſt. Chriſt. Append. I. p. 161. edit. novæ de anno M DCXCVI.
(n) Conf. VVittenius D. B. T. I. ad annum ipſi emortualem M DC LXIV.

§. IV.

Non decet nos hâc occaſione dememiniſſe primi (quicquid ſtatuant alii, quorum ſententiæ adductæ & refutatæ legantur alibi (a)) Imperatoris Chriſtiani, CONSTANTINI MAGNI; nam & eum inter Principes Theologos locum mereri, vel ex eo indubium evadit, quod conciones ad populum habuerit, ceu ex Euſebio, qui vitam Conſtantini M. IV. libris complexus eſt, demonſtrat Dn. D. Götzius in de Concionatoribus illuſtr. Comment. (b) Ex prolixis, quæ Henr.

Henr. Valeſio interprete ex Euſebio (c) inibi adducuntur, ſequentia heîc legi operæ pretium fore puto. Ita verò ea ſunt: *Quocirca ipſe quidem concionem advocabat. Cæterum innumerabilis accurebat multitudo, Principem philoſophantem auditura. Quod ſi fortè inter dicendum de Theologia loquendi aliqua ſeſe obtuliſſet occaſio, ſtans illicò contractô vultu ac demiſsâ voce cum ſingulari religione ac modeſtia, divinæ doctrinæ myſteriis initiare auditores videbatur. Porrò orationum ſuarum partitionem ità faciebat, ut primum quidem refutationem erroris gentilium in multis Diis colendis, quaſi fundamentum ſubſterneret, certis rationibus adſtruens, ſuperſtitionem illorum meram fraudem eſſe & impietatis propugnaculum.* (d) Poſt hunc memorandus venit FERDINANDUS ALBERTUS, Brunovicenſium & Lunæburgenſium Dux, in Societate Fructifera, (e) cujus conditor fuerat Ludovicus I. Princeps Anhaltinus & Aſcaniæ Comes, (f) der wunderliche dictus, qui linguâ vernaculâ dedit: Mirabilis caſus mirabiles & Meditationes pias. (g) Jam ad GEORGIUM, Anhaltinum Principem, Præpoſitum Magdeburgenſem & Miſnenſem atque Coadjutorem Martisburgenſem, Germaniæ illud miraculum, (h) acce-

accedo, in ſtudio Theologico, ſi quis unquam, verſatiſſimum. Quod ſi quis eundem inter Principes Theologos ſuum tueri locum poſſe inficietur, ſequentibus Magni Fechtii noſtri refelli poterit: *Laudandus nobis præ reliquis omnibus eſt GEORGIUS. -- Is patre Erneſto, Aſcaniæ Principe & Rudolphi fratre, natus, cùm Juris primum ſtudio operam dediſſet, mox amore verioris, tum lucem ſuam primum diffundentis, Theologiæ incenſus, ita ejus ſtudio incubuit, ut, cùm ex illuſtriſſimo ſtemmate natus eſſet, longè tamen illuſtriorem lucem religioni ipſi ejusque ſalutari emendationi, editis ineſtimabilibus divini ingenii, quæque ad hanc usque ætatem exſtant, monumentis & intulerit ipſe & eadem ſimul acceperit.* (i) His addantur, quæ aliô idem locô de hocce Principe notavit: (k) *Inter Viros* (ſcribens) *eruditos & Theologos hujus æternum nomen in Eccleſia noſtra meretur Georgius, Princeps Anhaltinus, non tantum propter Eccleſiæ ſuæ reformationem & res varias præclarè geſtas, ſed cumprimis ob ſcripta in publicum edita, quæ integrum Tomum in folio complectuntur, celeberrimus. Deſcripſit ejus vitam & merita Camerarius in vita, Melch. Adami in Vitis Theologorum p. 245. Jacobus Thomaſius Orat. X. p. 198. inprimis*

D. Vei-

D. Veielius peculiari opere. -- Uterque (Princeps Brunſvicenſis, Auguſtus & Rudolphus Auguſtus) *Scriptorum Theologicorum copiâ, Homiliis publicè ad populum habitis* (unde à Dn. D. Götzio ad Concionatores illuſtres refertur (l) *& reliquis in Eccleſiam meritis, Georgio Anhaltino tamen cedit, nec ſimilis huic Principi hactenus repertus eſt quisquam.* Non immeritò itaque D. Jo. Micrælio piiſſimis concionibus aliisque Scriptis inter Noſtrates Theologos eminentiſſimus audit. (m) Ex Ducibus Megapolitanis in hunc cenſum venit GUSTAVUS ADOLPHUS, *Princeps omni laude major & ineſtimabili* Fechtio appellatus. (n) Compoſuit is Meditationes Exegetico-Practicas in Paſſionem Chriſti: item in Pſalm. XIX. 14. 15: Matth. IX. 1. & v. 2-6., quas Principi Commentatori Biblico inſeruit Dn. D. Götzius. (o) Hymnos ejus ſacros (p) inſigni ornavit Præfatione Dn. D. Fechtius, in qua ſequens ipſi ſuſpendit elogium: Jch geſtehe es/ wenn ich den Herrn von Theologiſchen Sachen urtheilen und ſo wol die außerleſenſte Sprüche der H. Schrifft mit ihrem gebührenden Nachdruck/ als der alten Lehrer nachdrückliche Sentenzen zu ſeinem Behuff/ ſo fertig und à propos, auch wol in Griegiſcher Sprache/ allegiren

gehört

gehört / habe ich mich recht ſchämen müſſen/ daß Ich Ihme/ da es doch meiner Profeſſion iſt / bey weiten nicht gleich kommen können. Et poſt quædam : Wie ich denn in ſeiner Bibliothec unterſchiedene unter denen Patribus, auch die Tomos Conciliorum, welche Er in XXXVII. groſſen Bånden in Folio, zu Paris gedruckt/ hatte hin und wieder mit notis marginalibus, von ſeiner Hand bemercket / oder ſonſten das merckwürdigſte / ſonderlich in denen Canonibus unterſtrichen geſehen. (q) Ex eadem Meklenburgica domo huic adjungo JOHANNEM, ob ſingularem immenſamque rerum Theologicarum ſcientiam *Theologi* cognomen adeptum, de quo ſuffecerit audiſſe Dn. D. Fechtium, digniſſimum tanto Principe Theologo Encomiaſten. Hunc verò in modum ille laudata ſæpius Diſſertatione : (r) *Exemplum planè ſingulare quodque non alius forte ævi nobis ſuggeret memoria, JOHANNES è Majoribus DUCUM MEÇLENBURGICORUM, hoc nomine primus, Theologus cognominatus, eſt, qui ſeculo tertio & decimo, dùm nihil Prælaturarum Eccleſiaſticarum ambiret, ſolò nobiliſſimi ſtudii amore ductus, Theologiam eò usque excoluit, ut Pariſiis inſignia Doctoris Theologiæ, unanimi Facultatis conſilio virtutibus ejus meritis-*

ritisque decreta & oblata, ſuſcipere haud dubitaret. (s)

(a) in dem gelehrten Critico über hundert curieuſe Dubia und Fragen P. I. Quæſt. I. p. 1. ſeqq.

(b) in Meletem. Annæb. num. XI. §. XVI. p. 584.

(c) Lib. IV. c. XXIX. p. 539.

(d) Conf. idem Götzius in Principe Græcè docto, Lipſiæ M DCCIV. edito, §. XVII. p. 11., Chriſt. Matthiæ Theatr. Hiſtor. p. 659. & Dn. D. Val. Erneſtus Löſcherus, Acad. Vitembergenſis Theologus celeberrimus, in Bibliotheca Purpurata, Witteb. M DCXCVIII. ed., §. VII.

(e) De ea vid. B. Theoph. Spizelius in Felice literato, Diſſ. prælim. de prima infelicitatis literariæ origine ejusque oportuno remedio, §. XI. pag. 59. & God. Vockerodt, illuſtris Gymn. Gothani Rector, in Exercitationibus Academicis, ſive Commentatione de Eruditorum ſocietatibus & varia re literaria, Gothæ edit. anno MDCCIV., Part. II. C. III. §. IX. p. 117. Hiſtoriam verò ſocietatis iſtius ſuppeditat liber Cothenis anno MDCXLI. hocce ſub Titulo impreſſus: Kurtzer Bericht von der Fruchtbringenden Geſellſchafft Vorhaben/ auch dero Nahmen / Gemählde und Wörter in achtzeilige Reime verfaſſet.

(f) de quo conf. Wittenius in D. B. T. I. ad ann. MDCL.

(g) vid.

(g) vid. Witte T. I. ad annum MDCLXXXVII.

(h) ceu audit Dn. D. Götzio in Principe Hebraicè docto, Lipſiæ primò excuſo in 4., dein Meletematibus Annæberg. inſerto, num XVI. §. VIII. p. 869.

(i) Diſſ. de Nobilitate Studii Theol., § XXIV., ubi & elegans Philippi Melanchtonis, quo Principi laudatiſſimo parentavit, encomium exhibet.

(k) Coll. MSC. ad Rechenbergii Summ. Hiſt. Eccleſ. Sec. XVI. §. XXXVI. num. III.

(l) in Meletem. Annæberg. num. XI. §. XXIV. p. 591.

(m) Hiſt. Eccl. Lib. III. Sect. II. p. 761. edit. nov. Hartnacc. Plura de hoc Principe hauriri poterunt ex Melanchtonis Declam. Select. P. III. p. 201. VVolffgangi Heideri Orat. Volum. I. p. 369, Dn. D. Götzii Principe Commentatore biblico, §. X. p. 20. 21., Quenſtedii Dialogo de Patriis illuſtrium Virorum, p. 232., D. Niemeieri Programmate, lit. E. 1. b., ut & M. God. Victoris Mœhringii Diſſ. pecul. de Georgio, Principe Anhaltino, Wittebergæ anno MDCCIV. hab., in cujus cap. III. catalogum ſermonum ſctiptorumque hujus Principis contexuit. Vid. Nov. Lit. Germ. T. II. de anno MDCCIV. p. 336.

(n) de Nobil. Studii Theol. §. XXVIII.

(o) §. XI. p. 21. ſeqq.

(p) Guſtrovii impreſſos anno MDCXCIX.

(q) Elo-

(q) Elogium illud Fechtianum adlegavit quoque Götzius in Principe Græcè docto, §. XXXVII. p. 24. Judicium Boxhornii exhibet Excellentiſſimus Dn. Carolus Arndius, Hebr. Ling. & Catech. Prof. in hac Acad. celeberrimus, Fautor noſter æſtumatiſſimus, in Bibliotheca Politico-Haraldica, edita MDCCV. in 8vo, Claſſ. II. General. Claſſ. IV. Special. §. V. p. 250. 251.

(r) de Nob. Stud. Theol. §. XXIII.

(s) Plura videantur apud Davidem Chytræum in Chron. p. 84. Herm. Kirchnerum in Orat. Volum. II. d. 66., Thomam Lanſium in Conſultat. p. 42., Joh. Chriſtoph. Becmanum Diſſert. de Cognominibus Principum, hab. Francofurti ad Viadrum, an. MDCLXXXIII., p. 13., Dn. D. Götzium in Meletem. Annæberg. Num. XI. §. II. pag. 566. & Num. XVI. §. XVII. p. 878. Joh. Bartholdum Niemeierum in Programm. cit lit. E. i. b.

§. V.

Paucis adhuc memorandus eſt Magnæ Britanniæ Rex, JACOBUS I., cujus ſcripta Exegetico-Practica, modò Anglicò, modò Lantinô idiomate impreſſa, magno cum fructu evolvi cenſet Dn. D. Götzius, (a) cùm eluceat ex iis eximia ac tantum Regem fermè ſupergreſſa modeſtia, cum pietate & eruditione haud proletaria conjuncta. Magnus

Fechtius noſter de doctiſſimo Principe ſequentem in modum judicat: (b) *Jacobi, Magnæ Britanniæ Regis, inuſitatam in vario rerum genere, adeoque & Theologia ipſa eruditionem quis mortalium non ad ſtuporem eſt admiratus? Producam judicium Gerbardi Johannis Voſſii, Viri ferè ſine exemplo eruditi & κριτικωτάτȣ, quod in Epiſtola ad Carolum Regem dedicatoria magno Ariſtarchi Grammatici operi præfixa exhibuit. Verba ſunt:* Non tàm de genere vel Imperio Jacobi nunc ſermo eſt nobis, quàm de doctrina, cujus partium alii ſingulas, unus ille hauſerat univerſas. Peritiam dico linguarum, proſam verſamque, facundiam, naturæ prudentiæque diſciplinas, hiſtoriam Eccleſiæ & civilem, cæteraſque literas divinas & humanas. Quare ſic ſtatuere non verear, tàm varia maximarum rerum ſcientia ſuperaſſe, quicquid Regum à mille annis, mille annis verò? imò, abſit dicto invidia, quodcunque à Regis Salomonis temporibus fuit. Ubi nihil auribus dari nulli melius ſciunt quàm interioris admiſſionis proceres atque antiſtites, abundèque ipſe orbi id univerſo teſtatum fecit divinis ſui ingenii doctrinæque tot monumentis. Hactenus Voſſius. Theoph. Spicelius in Infelice literato: (c) *Cùm Jacobus*, inquit, *Ma-*

Magnæ Britanniæ Rex, in ætate juvenili per decem integros annos apud Scotos captivus detineretur, tantas doctrinæ & virtutis copias carcere quaſi opitulante eſt conſecutus, ut omnes Orbis docti incolas in ſui rapuerit admirationem, atque ſcriptis multijugâ eruditione turgidis poſteritati apprimè ſe commendarit. Edidit inter alia Paraphraſin in Apocalypſin, è cujus præfatione hæc citat verba Dn. D. Götzius: Mirum haud dubiè multis videbitur, quenquam meæ ætatis, & ordinis, & ſcientiæ rem Theologicam tàm obſcuram & ſublimem ſuſcipere. Sed excuſationis loco ſit votum hoc meum, ut veritatis manifeſtatione ipſe proficiam, aliis proſim. In mentem quoque venerat, quot noſtræ ætatis homines, præjudicatis mancipati opinionibus, hujus libri interpretationem aggreſſi ſint, ideò tantùm, ut ad ſuos affectus illius ſenſum torquerent, quum mihi (teſtor fidem) hoc ſolum propoſitum ſit, meam omnem operam ad ſacram amuſſim exigere & ad mentem cœleſtis Autoris meam mentem formare, quæ me cauſæ ad hoc opus impulerunt, non ut alios innumeros præ me contemnam, qui ad Dei gloriam & grande Eccleſiæ ſolamen magnam (fateor) huc lucem fuderunt: quin potius, ut ipſa crebrâ revolu-

volutione & ſacrâ meditatione (quemadmodum in hoc labore par erat) familiariorem mihi hunc librum facerem: quem ego contra papiſticum adverſariorum noſtrorum vallum, arietem eximium & præcipuum ſemper æſtimavi. (d) Neque ſilentio prætereundus eſt MATTHÆUS CANTACUZENUS, Johannis V. Imperatoris Græci filius, qui ſummô adverſus ſacra ſtudia amore ductus, depoſito, quod à parente Seculo quarto & decimo obtinuerat, Imperio, in monaſterium montis Atho ſe recepit ibidemque in Canticum Canticorum commentatus eſt. Quem ejus Commentarium, latinâ civitate donatum, Romæ cum Adnotatis Vincentii Riccardi anno MDCXXVI. prodiiſſe teſtis eſt Dn. D. Löſcherus in Bibliotheca Purpurata. (e) Adjungo huic MAURITIUM Haſſiæ Landgravium, qui Pſalterium Davidis vario carminum genere expreſſit, Princeps ut in omnibus fermè, ſic & Theologicis doctiſſimus. Adiatur celebratiſſimus Lanſius: (f) *Mauritio*, inquiens, *Haſſiæ Landgravio, quem exteri inter Principes omnes, qui hôc tempore vivunt, ingenii opibus & excellentiâ doctrinarum habent parem? - - Literarum helluo & gurges eſt, πανσοφίαν & ſcientiarum orbem animo complexus:*

plexus: Muſicus eſt : Poeta eſt : Orator eſt: Philoſophus eſt: Juriſconſultus eſt: Theologus eſt: & quis non? (g) Denique, ne commemorem è ſexu ſequiore Principes ſcriptis Theologicis illuſtres, (h) unicum addo Principibus Theologis JOHANNEM PICUM MIRANDULANUM, ex illuſtriſſima Comitum familia, hodie Principum apud Italos dignitate gaudente, oriundum. De quo Petrus Bembus: *Homo eſt*, inquit, *multarum maximarumque rerum diſciplinis eruditus, ſummo ingenio, ſummâ integritate preditus, & in ſecunda fortuna temperans, in adverſa erectus, atque in omni vita magnus & probatus vir.* (i) Virum illuſtrem & conſummatiſſimum vocat Crenius, (k) Literarum columen Ulrichus Velenus, Minhonienſis, (l) ſeculi ſui Phœnicem B. D. Chriſt. Kortholtus, (m) Virum ingenii penè prodigioſi & in omni artium, ſcientiarum & linguarum varietate usque ad miraculum excultum Sixtus Senenſis, (n) ſummum ingenii doctrinæque ævo ſuo miraculum, quodque ſupra ætatem & ſupra quoscunque alios reconditæ eruditionis, etiam Theologicæ, laude micuerit, Theoph. Spizelius. (o) Notabile de eo eſt, quod Amorum libros V., quos ætatis primæ licentia effuderat, ne ſcil. vel nomini Scri-

ptoris, vel moribus alienis, vel utriſque damno forent, retractaverit damnaveritque, (p) quod ipſum alios quoque feciſſe non eſt cuiquam incompertum. (q)

(a) in Principe Commentatore bibl., §. XIII. p. 30.

(b) de Nobil. Studii Theol. §. XXIX.

(c) Commonefact. XI. §. II. p. 233.

(d) Conf. Jac. Wilh. Imhoff in Magnæ Britanniæ Hiſtoria Genealog. Part. I. c. VIII. p. 55. Dn. D. Götzius in Meletem. Annæb. Num. XVI. §. XVII. p. 878. ſeq. &, qui pluribus de eo ejusque Δώρῳ Βασιλικῷ egit, Excell. Carolus Arndius noſter, in Bibl. Polit. Herald. Claſſ. II. Gen. Claſſ. VII. Special. §. IV. p. 284. ſeqq.

(e) §. XX. Add. Jo. Jac. Hoffmannus in Lexico univerſ. p. 1009. apud Dn. D. Götzium in Principe Commentatore bibl. §. XIV. p. 30.

(f) in Conſultat. p. 48.

(g) conf. Chriſtoph. Cellarius in Orat. p. 531. & Dn. D. Götzio in Meletem. Annæb. Num. XVI. §. X. p. 870. ſeqq.

(h) Quædam earundem reperientur apud D. C. F. Paullini im Hoch- und Wohlgelahrten Frauenzimmer / Plur. Rev. Dn. Jo. Gerh. Meuſchen in der curiöſen Schau-Bühne Durchlauchtigſt-gelahrter Dames, Eruditiſſimum Chriſt. Junckerum in Cent.

Fœm.

Fœm. Erud., Dn. Götzium in Principe Comment. bibl. §. XVIII. ſeqv. p. 34. ſeqq. aliisque Diſſertationibus ejusdem elegantiſſimis, ſæpiuſculè hactenus citatis, & Præcell. Dn. M. Herm. Chriſtoph. Engelkenium Diſſ. de Sexu ſequiore eruditionis famâ coruſco, ſuperiori anno heic loci hab. &c.

(i) Lib. de Imitatione, p. 40. Simile judicium de eodem ferunt Matthias Flacius in Catalogo Teſt. Veritatis p. 893. & Jo. Sleidanus, p. 34. indice D. Fechtio, Coll. ad Rechenbergii Summarium MS., Sec. XV. §. IV.

(k) Animadverſ. Philol. Hiſtor. Tom. III. c. V. §. V. p. 189.

(l) Libello, quô Petrum Romam non veniſſe graiſſimis & certiſſimis rationibus demonſtratur, p. 5. apud Crenium l. c. §. V. p. 205.

(m) in Hiſt. Eccleſ. Sec. XV. Sect. II. c. IV. §. XI. p. 680.

(n) in Bibliotheca S. lib. IV. De hac Bibliotheca Thomas Crenius de Libris Scriptorum optimis & utiliſſimis Exerc. III. Num. XI. p. 27: *Mihi* (inquit) *Sixtus in illa Bibliotheca ſæpius aliis fiſus, pauca vidiſſe & inſpexiſſe videtur ipſe, ut fortè in Animadverſionum libris aliquando docebo.* Johannes verò Henr. Hottingerus in Bibliothecario quadripartito, p. 11. *Sixti* (ait) *Senenſis Bibliotheca Sacra cæteris calculô meo religionis ſuæ ſociis ob variam Scriptorum copiam*

& erectum in multis judicium anteferenda. Maximo eam apud Eruditos loco haberi aſſerit Thomas Pope Blount in Cenſura celebriorum Autorum p. 691., qui & prolixum de eadem Rich. Simonis judicium, quod comparet in ejus Hiſt. Crit. V. T. Lib. III. c. XVII., commemorat p. 692.

(o) in Felice literato, Commentat. IV. P. I. §. VI. p. 468. & Comment. IX. §. XVIII. p. 1040. 1042. Plura vid. apud Philippum Caroli, doctiſſimum à Lutheranis ad Pontificios apoſtatam, Animadverſionum in Agellium lib. XIV. c. I. p. 522. edit. Noriberg. anno MDCLXIII., Dn. D. Götzium in Mel. Ann. num. XVI. §. XVI. p. 876., Dan. Georg. Morhofium in Polyhiſt. lit. Lib. I. c. X XIII. §. XLI. p. 304. edit noviſſ., Lib. II. c. VI. §. VIII. p. 401., Polyhiſt. Philoſoph. Lib. I. c. II. §. VI. p. 16., Lib. II. Part. II. c. XXXV §. III. p. 449., Lib. III. c. I. §. IX. p. 491. itemque Spizelium in Infelice literato, Commonefact. XXII. §. IV. p. 632. ſeq., Thomam Pope Blount in Cenſura p. 350. ſeqq. Eraſmum Roterodamum in Dial. Ciceron. p. 158. apud Georg. Matth. Königium in Bibl. Vet. & Nov. p. 639. a. (conf. idem Königius p. 542. b.) & CL. M. Jo. Erdmannum Baſchitzky, Vratislavienſem, Fac. primum Phil. in Acad. Vitembergenſi Adjunct. hodie Gymnaſii patrii Magdalenæi Rect. & Prof. in Diſcurſu Acad. de arte inve-

veniendi, Vitemb. propoſ. anno MDCXCIX., §. XI.

(p) vid. Vita Mirand. Operibus præfixa, & Angeli Politiani lib. I. Epiſt. VII., in qua græcum habetur Epitaphium, quod combuſtis à Pico ſcripſit amorum libris, nec non Spizelii Felix Literatus Comment. VI. §. XV. p. 728. & ejusdem Literatus feliciſſimus ſacræ metanoeæ proſelytus, ſive de Converſione Literatorum Commentarius, Auguſtæ Vindel. MDCLXXXV. in 8., Sect. II. p. 20.

(q) de Platone, ſcriptos ſecus ac decuerat, editosque verſus foco injiciente, & Nonno Panopolita ſimile quid circa juvenilia ſua minus honeſta tentante conf. Spizelius in Felice lit. Comm. VI. p. 728. ſeqq.

§. VI.

Diffuſiores paulò fuimus in recenſu Principum Theologorum, quem tamen haud fore Lectori ingratum ſpero. Conciſius jàm reliquos, quos excluſos à noſtra cupimus Tractatione, commemorare inſtituimus. Scilicet rationem porrò habiturus non ſum illorum Nobilium, qui, quantumvis ſcriptis Theologicis inclaruerint, nullô tamen vel munere vel gradu theologico fuerunt conſpicui. Primum inter illos de jure locum nemine refragante tribuo VITO LUDOVI-

CO à SECKENDORFF, Viro ſeculo noſtro majori & cùm ingenio tùm rebus geſtis dudum illuſtri, (a) omnium nobilium chriſtianiſſimo, & omnium Chriſtianorum nobiliſſimo. (b) Quem enim fugit, tanta eundem illuſtriſſimo de Lutheraniſmo opere in Eccleſiam noſtram profudiſſe merita, quanta vel infinitis venturis poſthac ſeculis obliterari nequeant & obfuſcari? Audiamus elogium Theologi laude noſtrâ majoris, Dn. D. Fechtii: *Iniquus ſim*, inquientis, *in ampliſſima erga Eccleſiam noſtram merita, ſi, dum eos recenſeo, qui ex Equeſtri nobilium ordine Theologicis ſtudiis immortale ornamentum adjecerunt, reticeam illuſtriſſimum Franconicæ nobilitatis ſidus, Vitum Ludovicum Seckendorffium, duorum Electorum Conſiliarium intimum, Virum conſummatâ eruditionis gloria in orbe erudito jàm diu inclytum. Quid ille non ad hiſtoriam tantum reformationis adverſus calumnias Ludovici Maimburgii, ExJeſuita Galli, tuendam, ſed ad complurimas etiam Eccleſiæ noſtræ cum Romanis controverſias, & lucis & momenti, librô, cui Hiſtoria Lutheraniſmi nomen eſt, attulerit, dicet olim meritô encomio grata poſteritas. Nobis interea profundiſſimam nobiliſſimæ mentis in rebus, Eccleſiam & Theologiam attinentibus, eruditionem*

nem

nem cum ſumma conſiliorum, quibus juvari illa promoverique queant, dexteritate conjunctam, & admirari fas eſt & memori pectore prædicare. (c) Idem aliô locô ſequens Noſtro elogium ſuſpendit: *Primus eſt Vitus Ludovicus Seckendorffius, quem Virum, non erravero, ſi dixero divinitus hoc extremo tempore fuiſſe excitatum, ad oſtendendam Religionis noſtræ juſtitiam & ſanctitatem, vindicandamque eam ab hominum impudentiſſimorum calumniis. Ut adeò ſperari poſſit, ſaltem cordatiores & eruditiores inter adverſarios anilibus mendaciſſimorum nebulonum fabulis fidem non amplius habituros eſſe.* (d) Præter vaſtum illum Commentarium aliaque opera germanicô idiomate perſcripta, Hiſtoriam Eccleſiaſticam (quæ dicitur) Gothanam concinaſſe fertur, (quam opus utiliſſimum vocat Dn. D. Fechtius, (e) & non contemnendum D. G. Morhofius; (f)) quamvis alii partem hujus Hiſtoriæ illuſtri Jo. Henr. Böclero adſcribant. (g) Alterum jure meritoque locum ſibi vendicat WOLFFGANGUS à GEMMINGEN, è Circulo Suevico Eques, Cameræ Spirenſis Imperatoriæ olim Aſſeſſor. De quo ſequentia commemorat Dn. D. Fechtius: *Non oblivifcar alterius è Circulo Suevico Equitis, Wolffgangi à Gemmingen, ſummi, quod*

quod Spiræ erat, Imperii Tribunalis quondam Aſſeſſoris, nunqnam ſine invidendis laudum titulis poſt obitum nominandi. Erat is ex principe Greichgoeæ nobilitatis, peculiari Oratione à Chytræo noſtro laudata, familiâ oriundus, tantâ Theologiæ noſtræ tamque diffuſâ ſcientia inſtructus, ut Commentarium in Apocalipſin Johanneam ſub traducto in Græcum nomine Lycoſthenis de Didymis, *cùm Textus explicationem planè eruditam, tùm vaticiniorum cum hiſtoria comparationem, non ſine ſumma doctrinæ admiratione legendam, complectentem compoſuerit.* (h) Sequatur eum GUSTAVUS à MENGDEN, L. B. Conſiliarius in Livonia Provincialis Primarius & in Exercitu Suecico ſupremus vigiliarum Præfectus, qui in ampliſſimis conſtitutus officiis, nusquam tamen ſuam à Theologiæ ſtudio mentem retraxit, ſed eidem eò usque addixit, ut haud vulgarem eruditionis ſacræ famam fuerit conſecutus editis, ſub nomine des GOtt Vermieteten/ Meditationibus Evangelicis, Davidis Pſalterio rhythmis germ. expreſſo aliisque. Mengdenio ſuccedit ANTONIUS de SANDOVAL, Eques Hiſpanus, qui poſtquam rejectâ Romanâ profeſſus Hafniæ anno MDCLX. Lutheranam fuerat Religionem, binas exaravit Epiſtolas

Theo-

Theologicas accuratæ eruditionis ſacræ Sandovalianæ teſtes. In priori quidem, ad Alexandrum VII Pontificem Romanum Hafniæ die X. Martii ann. MDCLXI. ſcriptâ, Lutheranæ religionis veritas adſtruitur & Romanæ per ſingula chriſtianæ fidei capita deſtruitur : in poſteriori, exaratâ itidem Hafniæ ejusdem anni & menſis die XVIII. ad Philippum IV. Hiſpaniarum & Indiarum Regem converſionis hiſtoria ab ipſomet exponitur. Dignæ ſunt omninò illæ, quæ legantur, tantoperè probatæ Maximè Venerando Dn. D. Götzio, ut Schediaſmiti ſuo Hiſtorico-Theologico de converſis Pontificiis ex lectione librorum, Lutheri Lutheranorumque Theologorum, Lipſiæ tribus abhinc annis vulgato, easdem ſubjunxerit. Dabo prioris Epiſtolæ Exordium, ſequentibus conceptum verbis : Voluntate Dei, Domini noſtri, commiſeratione tui, obligatione chriſtianâ inductus, has ad te do literas, Alexander Pontifex. Ex iis intelliges abundantem Dei erga me gratiam & meam ad primitivam Jeſu Chriſti Eccleſiam converſionem, cujus doctrinam unicè cuſtodit ſincerèque profitetur Eccleſia Lutherana. Sed & earundem adminiculo in cognitionem venies doli fraudumque, quibus parta eſt dignitas conſtitutaque

taque ſedes illa pontificia; in qua tu nunc collocatus errores ſequeris corruptelasque propugnas, quas introduxerunt deceſſores tui, decepti ſcriptis variis, partim ſuppoſititiis, partim errorum ſeminariis: qualia ſunt Canones Apoſtolorum, Libri Clementis & Dionyſii Areopagitæ, Decretales, Decretaque Pontificum, & ejusdem farinæ alia. Nec id tibi mirum videbitur. Etenim quemadmodum perpetuus ille humani generis hoſtis, Satanas, nunquam ceſſavit falſariis ſcriptoribus Eccleſiam gravare: ità quoque excitavit Pontifices pernicioſos & iniquitatis omnis ſtudioſisſimos, qui eos foverent cauſæque tàm impiæ patrocinarentur. Conſule ipſe Annales, inveniesque non paucos, ad quorum memoriam animus tibi obſtupeſcet, ſtabuntque in vertice pili, tantum abeſt, ut ſi quæ tibi religionis ſalutisque tuæ cura ſit, eos vicarios Chriſti appellandos velis, ut potius Pontificum ſaltem Romanorum nomine omninò indignos judicaturus ſis. De cætero Hiſtoriam vitæ Sandovalianæ & Schediaſmatum iſtorum Epiſtolicorum fusè perſequitur Andreas Carolus, Conſiliarius Würtembergicus & Abbas Sangeorgianus. (i)

(a) Judice Chriſtoph. Cellario (literatum & virtutum Crenii Tom. V. Animadv. c. I. §. III.

§. III. p. 12., elogio, incomparabili decore) in Eutropii, Cizæ anno MDCLXXVIII, in 8. editi, Præfatione.

(b) juxta Excellentiſſ. Carolum Arndium noſtrum in Bibl. Politico-Herald. Selecta, Claſſ. II. Gen. claſſ. VII. ſpec. §. VI. p. 297.

(c) de Nob. Studii Theol., §. XXX.

(d) Coll. MS. in Summ. H. E. Rechenbergianum, Sec. XVI. §. VII.

(e) Coll. ad Rechenberg. jam cit. P. I. §. II.

(f) Polyhiſt. Pract., hoc demum anno editi, Lib. IV. c. I. §. XIII. p. 36.

(g) vid. B. Sev. Walth. Slüterus in Propylæo Hiſt. Chriſt., Sect. I. p. 8. & Morhofius, l. c.

(h) de Nob. Studii Theol. §. XXX. add. D. Niemeieri Programma, lit. E. 2. a.

(i) in Memorabilibus Eccleſiaſticis ſeculi à nato Chriſto decimo ſeptimi (quorum Tomus prior prodiit Tubingæ MDCXCVII., poſterior ibid. MDCCII. in 4to. Conf. de illis Acta Erud. Lipſ. Anno MDCXCVII. p. 353. ſeq. MDCCII. p. 319. ſeq. Ephem. Berolin. menſe Sept. & Octobr. Tentzelius in Colloq. menſtr. anno MDCXCVII. p. 467. & Jo. Möllerus in Spicilegio Hypomnematum ad Alb. Bartholini librum de Scriptis Danorum, cui quartum in Bibl. Sept. erud. locum adſignavit, p. 5. Tom. II, Lib. VII. c. VIII. p. 250. ſeqq.

§. VII.

§. VII.

Mentio quoque injicienda eſt PHILIPPI MORNÆI, Nobilis Galli, qui multis innotuit ſcriptis Orbi Erudito Theologicis, vulgarem minimè eruditionem ſpirantibus. Producam judicium Dn. D. Götzii, quod ita habet: *Philippum Mornæum, Pleſſæum, nobilem Gallum, Cataphractorum turmæ directorem quidem fuiſſe legimus, aſt ſummam eruditionem ac lectionem diffuſam & ingenioſam adverſus Pontificios diſputandi methodum ſtupent omnes, cùm liberiores aliàs artes, quæ ſilentium amant, bellorum ſtrepitum vix ſuſtinere queant.* (a) Arnoldus Clapmarius in Nobilis adoleſcentis triennio (b) *Mornæus* (inquit) *me primus in veritate religionis noſtræ confirmavit, quemque ego ſupra omnes penè mortales colo & magnifacio.* Joh. Henr. Alſtedius virum ad miraculum doctum appellat, (c) Thomas Lanſius Doctorum nobiliſſimum & nobilium doctiſſimum: quem virum? quem unum Platonis, Demoſthenis & Auguſtini, ſimul compoſitorum idea vix exprimat. (d) Julius Cæſar Bulengerus *totius Galliæ Scriptorem ſcitiſſimum, rariſſimum & excellentiſſimum ingenium magnæque literaturæ.* (e) Præter Tractatus elegantiſſimos de Eccleſia, de S. Euchariſtia, aliosque (f) edi-

edidit Librum de Veritate Religionis Chriſtianæ adverſus Atheos, Epicureos, Ethnicos, Judæos, Mahumediſtas & cæteros infideles, gallicè ſcriptum & poſtmodum in linguam latinam converſum. In quo maximâ tùm eruditione tùm facundiâ, teſte Hugone Grotio (g) *κατ' ἄνθρωπον* è teſtimoniis gentilium per certa & præcipua capita religionem chriſtianam confirmat. Jo. Hen. Alſtedio abſolutiſſimus audit liber, (h) Sam. Mareſio opus aureum, (i) Dan. Georg. Morhofius (k) *librum optimum* vocat, *qui argumenta priorum*, (Marſilii Ficini, Ludovici Vivis, Eraſmi Roterodami & Petri Rami, qui aliquid in materia iſta tentarunt) *quantâ potuit diligentiâ conjunxit.* (l) Nec tradendus eſt oblivioni CASPAR BARTHIUS, Nobilis Saxo, vir elegantiſſimarum artium tùm græcarum tùm latinarum cognitione veræque ſapientiæ profeſſione excultiſſimus, cui parem inexhauſtæ doctrinæ opibus Germania vix habuit, & quo in primæ, mediæ & infimæ antiquitatis Scriptoribus, iisque ſive Chriſtianis ſive gentilibus luculentius verſatum exteri vix poterunt oſtendere, imò cujus virtutem juvenilem ac cordatos auſus Joſephus Scaliger ſuſpexit adeò, ut divinationis inſtar hanc illi de Barthio vocem exci-

diſſe compertum ſit: *Natum eſſe adhuc unum æternitati ingenium, quod ſi ad maturitatem perveniret, literas aliquamdiu vivere poſſe.* (m) Vaſtiſſimi vir ingenii audit ſummo & incomparabili Morhofio, (n) infinitæ lectionis Crenio, (o) Præter admirandum illud Adverſariorum opus (p) & in Claudianum Commentarios (q) edidit Soliloquia, extremis vitæ temporibus à ſe compoſita & in lucem emiſſa Cygneæ MDCLIV. Quæ Theoph. Spizelius vocat *opus illuſtre, flagrantiſſimis ad Deum ſuſpiriis oppidò plenum & vel Auguſtino ſcriptore dignum, quod poſtea hemiplecticus quotidie revolvere, & per priorum meditationum veſtigia frequenter cogitationes ſuas cœlo immittere conſuevit, quousque è ſacræ pariter ac literariæ ſolitudinis diverſorio migravit inque beata Paradiſi viridaria feliciſſimè ſeceſſit.* (r) Hunc ultimo tandem locò (ne GEORG. COQUILLE & ROBERTUM ARNAULD, Equites Gallos (s) commemorem) excipiat OLIGERUS ROSENCRANTZ, (t) Toparcha Hæreditarius in Roſenholm & Scaby, Regni Danici Senator & ad Suecorum Regem, Guſtavum Adolphum, legatus. De quo vel id notabile eſt, quod honoribus ſummâ cum laude geſtis ſuâ ſpontè, ut reliquam vitæ partem Deo

ſoli

ſoli conſecraret, ſeſe abdicaverit, (v) rebus humanis exemptus anno MDCXXIV. Celeberrimo Jo. Möllero addit Heros in ornamentum ordinis Daniæ equeſtris immortale natus, & veneratione ingenti ob doctrinam omnigenam atque ſtupendam, imprimis rerum divinarum, peritiam, majori autem ob pietatem infucatam & planè heroicam, digniſſimus (x) Thomæ Bartholino Heros divinâ ſcientia incomparabilis, (y) Olao Wormio pietatis ſinceræque Chriſti gloriæ aſſertor indefeſſus, (z) Dan. Cramero Vir qua pietas, qua eruditio, qua virtus, quæ generis nobilitas, clariſſimus. (aa) Ejus eſt inter alia Pſalterium Danicum, cum explicatione Orationis Dominicæ & Benedictionis Aaronis. (bb)

(a) in Meletem. Annæberg. num. II. de Centurione ſub cruce Chriſti, Aphor. IV. §. II. p. 97.

(b) §. V., apud Crenium Methodorum Tom. III. num. VIII. p. 349. 350.

(c) Lib. I. Artium liberal. Syſtem. Mnemon. cap. XXIX. p. 395. edit. Francofurt. in 8vo.

(d) Orat. pro Gall. p. 175.

(e) apud Thomam Pope Blount in Cenſura celebr. Autorum, p. 873.

(f) de quibus vid. Dn. D. Götzius l. c. p. 97.

(g) de Veritate Relig. Chriſt. p. 2.

 (h) Io-

(h) locô jàm allegato.

(i) Chiliaſm. enervat. §. XVIII. p. 28.

(k) Polyhiſt. Pract. Lib. V. c. I. §. VII. p. 46.

(l) Jo. Hoornbeckii judicium ex lib. II. de converſione Indorum & Gentilium c. II. p. 97. legere eſt apud Crenium Tom. III. Methodorum, p. 350.

(m) vid. Theoph. Spizelius in Templo Hon. reſ. p. 380. Conf. Olay Borrichius de Poëtis p. 125. & Thom. Pope Blount in Cenſura p. 1010. ſeqq.

(n) Polyhiſt. lit. Lib. 1. cap. 9. §. XXVIII. p. 92. edit. noviſſ.

(o) Diſſ. de Singularibus Scriptorum, ed. Lugduni Batav. anno MDCCV. in 8., §. XXXII. p. 43 44. Conf. Jo. Andr. Boſii Introductio in notitiam Scriptorum Eccleſ. cap. IV. §. XXVIII., quam inſeruit Crenius Methodorum Tomo III., num. XIII. p. 456. 457. Add. Voſſii Inſtit. poët. lib. II. p. 30.

(p) de hoc Opere Francofurti ad Mœnum anno MDCXXIV. in fol. excuſo, ſequentia reperiuntur apud Morhofium in Polyhiſt. lit. Lib. V. c. I. §. X. p. 223: *In Caſp. Barthii Adverſariis, vaſtiſſimo opere -- multa quidem non contemnenda reperiuntur loca, & auctores haud rarò eximiè explicantur; ſed, tamen non usque adeò placet eruditioribus: eſt enim in judiciis praeceps, in emendando teme-*

temerarius, pluribus etiam frivolis & inanibus indulget. Atque ut vir mirifici ingenii fuit & moroſus, qua de re lepidæ aliquot hiſtoriolæ in Epiſtolis Buchnerianis leguntur: ità etiam Adverſaria Genium Scriptoris retinuere.

(q) Eos judicat doctiſſimus Olaus Borrichius de Poëtis, p. 73. Conf. Thom. Grenius Animadv. Philol. Hiſt. Tom. XII. c. I. §. III. p. 33. & p. 37. 40. 41. ut & Excell. Carolus Arndius noſter in Bibl. Polit. Herald. Claſſ. II. Gen. Claſſ. III. ſpec. §. X. p. 219. ſeq.

(r) in Felice literato, Comment. IX. §. XX. p. 1047.

(s) Prior de Reformatione Status Eccleſiaſtici & de libertate Eccleſiæ Gallicanæ peculiaribus idiomate patrio perſcriptis Tractatibus egit; poſterior Hiſtoriam Eccleſiaſticam VIII. Tomis diſtinctam condidiſſe perhibetur. Vid. Wittenius in Diario.

(t) Filium ejus fuiſſe reor Georg. Roſencrantz, qui Meditationes pias in natalem Jeſu, itemque in mortem & paſſionem ejusdem Salvatoris noſtri exaravit. Singulorum Scriptorum elogia metrica à Vito Beringio & Olao Borrichio concinnata, legenda exhibet Frid. Rooſtgardus in Deliciis Poët. Dan. Tom. II. p. 52. 124. 125. 189. 190. 478. 479. Vid. Joh. Mollerus in Bibl. Sept. erud. num. IV. p. 17.

(v) unde locum ei conceſſit Caſp. Henr. Starckius in Tract. de Doctorum vita privata, cap. II. §. XIX. p. 66.

(x) in Bibl. ſept. erud., num. III. p. 363. 364.

(y) Diſſ. II. de Leg. Lib. p. 40. apud Möllerum l. c. p. 365.

(z) in Literat. Dan. antiquiſſ. c. XXVII. p. 50.

(aa) in Dedicat. Hypomn. in Epiſt. ad Titum eidem inſcript. lit. A. 2.

(bb) ed. Hafniæ MDCXLIII. in 8. & 12. Vid. Alb. Bartholinus lib. de Scriptis Danorum, p. 114. Eraſmus Vindingius in Acad. Hafn. p. 449. 450. Henningus Wittenius D. B. T. I. lit. Qq. 4. a. Joh. Möllerus l. c. p. 368.

§. VIII.

Nec ſollicitos porrò nos quisquam exiſtimet heic futuros de Theologis, qui in officio jàm conſtituti Nobilitatis demum juribus atque privilegiis à Principe ſuo donati fuerunt. Quem in cenſum præter hodieque ſuperſtites BENJAMINEM URSINUM (Potentiſſimi Pruſſorum Regis Concionatorem aulicum Prim., Conſil. Eccleſ. & Epiſcopum, dictum von Beer) & ut fama tulit, JOHANNEM CHRISTOPHORUM BILEFELDIUM (S.S. Theol. D. & Prof. in Acad. Gieſſena Primarium, Sereniſſimi Landgravii Haſſo-

Haſſo-Darmſtatini Conſiliar. Eccleſ. & Superintend. Generalem) venire videbuntur ſequentes: ZACHARIAS LAVRENTII CLINGIVS, Nericienſis Suecus, S. S. Theol. D. ejusdemque in Academia primum Dorpatenſi Profeſſor, poſt Concionator regius, Superintendens Generalis caſtrenſis & Paſtor Holmenſis, demum Epiſcopus Gothoburgenſis & Nobilis, cognomento Klingenſtiernà. A Magno Abrahamo Calovio noſtro in Leſſu Haberkorniano Theologis Lutheranis potioribus adnumeratur, perperam verò Epiſcopus Niecopienſis ſalutatur, notante Möllero in Hypomnematis, ad Joh. Schefferi Sueciam literatam. (a) Inclaruit inter alia Theſauro Biblico, Suecico ſermone ſcripto. (b) LAVRENTIVS MATTHIÆ STIGZELIVS, itidem Suecus, Theol. D. Profeſſor Regius in Acad. Upſalienſi & Paſtor, dein Regni Suecici Archi-Epiſcopus, Academiæ Upſal. Pro-Cancellarius, Conſiſtorii Eccleſiaſtici Præſes & Nobilis, dictus Lillienmarck, quem Georgius Calixtus, ejus olim in Academia Julia Præceptor, *virum eximiâ virtute & eruditione* vocat, (c) *Virum incomparabilem* Carolus Lundius, in Memoria Petri Holmii, Theologi quondam Upſalienſis clariſſimi. (d) Famam conſecu-

tus

tus eſt Commentario in Apocalypſin Johannis ſcriptisque aliis. (e) PETRVS WINSTRVPIVS, (f) Hafnienſis Danus, primum Regis ſui Concionator aulicus, mox SS. Theol. Doctor, Canonicus Lundenſis ac Aarhuſienſis, Demum Epiſcopus Scaniæ, Academiæ Lundenſis Procancellarius & Conſiſtorii Præſes, nobilitatis juribus ac privilegiis à Suecorum Rege, Carolo Guſtavo, donatus. Quem *Philologum inſignem* nominat B. Joh. Mich. Dilherrus, primum Jenenſium, tùm Norinbergenſium Profeſſor & Eccleſiaſtes, (g) *magni nominis & meriti Theologum* Olaus Borrichius. (h) Magnum adeptus eſt nomen Commentario in Matthæum vaſtiſſimo, (duobus enim in folio Tomis conſtat, nec tamen ultra decimum caput progreditur) quem *inſigne opus* appellat Dn. D. Fechtius, (i) *ſatis ſolidum & eruditum* Thomas Crenius. (k) Commendavit eundem Vitus Beringius carmine peculiari, quod exhibet Frid. Rooſtgardus in Delic. Poët. Dan. (l) Cætera ejus ſcripta commemorat Albertus Bartholinus, (m) & ab illo omiſſa Joh. Möllerus. (n) JOHANNES GEORGIUS SADOLINUS, Epiſcopus Ottonienſis & Paſtor in Lollandia Turævallenſis, nobilitate & laureà poëticâ à

Da-

Danorum Rege, Friderico II. donatus, ſed poſtea errorum quorundam occaſione ab Epiſcopatu remotus. Claruit medio Seculi ſexti decimi, librumque exaravit de rebus divinis. (o) Plura vid. apud Alb. Bartholinum, (p) & Claudium Chriſtoph. Lyſchandrum, Parochum Herfoglienſem & Chriſtiani IV. Danorum Regis Hiſtoriographum. (q)

(a) quæ ſextum tenent locum in Bibl. Septentr. eruditi, p 406.

(b) ed. Sedini anno MDCXLV. in 8vo, vid. Schefferus in Suecia literata, quæ in Bibl. Septentr. erud. quinto comparet loco, p. 192.

(c) in refutatione germ. calumniarum (ut vocat) Jacobi Welleri, lit. Sſſ. 2. b. Sſſ. 3. a.

(d) apud Plur. Venerandum Dn. M. Henr. Pippingium in Triade Decadum, Memoriam Theologorum noſtræ ætatis clariſſimorum renovatam exhibente, num LXXVII, p. 1296.

(e) vid. Jo. Schefferi Suecia literata, p. 136. 137. & Jo. Mölleri ad eandem Hypomnemata, 392. 393. Henningi Wittenii Memoriæ Theologorum renovatæ, Dec. XV. p. 1924. ſeqq. & D. B. T. I. ad annum MDCLXXVI.

(f) Non confundendus eſt cum Patre cognomine, Theol. D., Prof. Hafnienſi & Selandiæ Epiſcopo, cujus ſcripta recenſuit Alb. Bartholinus in Scriptis Danorum p. 123.

 ſeqq.

ſeqq. Vitam verò expoſuit Jo. Möllerus in Hypomnematis ad Bartholini librum, p. 390. ſeqq. Conf. Er. Vindingius in Acad. Hafnienſi, p. 170. ſeqq. Har. Huitfeldius in Chronico Epiſcoporum Daniæ, Winſtrupio noſtro inſcripto, p. 48.

(g) in Epiſt. dedicat. Dialogorum Philologicorum, Noſtro inſcript., anno MDCXXXI.

(h) Diſſ. ult. de Poëtis, p. 173.

(i) Diſſ. de Precibus contra alios inſtitutis, hab. Roſtochii, MDCCVII., §. XXI. p. 22.

(k) Animadv. Philol. Hiſt. Tom. II. c. IV. p. 108.

(l) Tom. I. p. 55. 56. apud Möllerum in Bibl. Sept. erud. num IV. p. 43.

(m) Lib. de Scriptis Danorum, quem poſt Præfationem de Gentium Borealium in literas meritis exhibet Jo. Möllerus in Bibl. Se pt erud., p. 125. ſeq.

(n) in Hypomnematis ad librum Bartholini, p. 392. ſeq. ubi & vitam ejus ſuccinctè recenſet. Conf. prolixius Vindingius in Acad. Hafnienſi p. 328. ſeq. & Schefferus in Suecia lit. p. 306. 307.

(o) ed. Hafn. & Roſtoch. MDLXXIV. in 8vo.

(p) lib. de Scriptis Danorum, (de eo ſequens exſtat Jo. Mölleri judicium in Spicilegio Hypomnematum ad Bortholini lib. de Script. Dan., p. 12 : Alphabethicâ is ſerie ductu prænominum eſt diſpoſitus, & diligentia mediocri Scriptores Daniæ, qui ad annum usque 1610. circiter inclaruerunt, potiores recen-

recenſet atque commendat. - - Primus certè omnium Hiſtoriam regni patrii literariam illuſtrare eſt aggreſſus, eôque nomine laude ſuâ, me judice, non defraudandus. Negligentiorem tamen fuiſſe in Autorum ſingulorum ætate, librorum editionis locis ac temporibus annotandis, ineditisque (quos Bartholino omiſſos ipſe paſſim memorat) ab impreſſis, & Latinis ab idiomate exaratis vernaculo, ritè diſtinguendis, nec ſine ἀκρισίας reatu, carminum etiam minutiorum atque vulgarium, mentione aliquâ vix dignorum, Fabricatores obſcuros in Indicem ſuum admiſiſſe, & hos aliosque minoris famæ Scriptores non minus quàm celeberrimos & πολλῶν ἄλλων ἀνταξίȣς, nimiis oneraſſe potius, quàm ornaſſe laudibus, iisdem penè phraſibus ac encomiis ubivis, Trithemii exemplo utentem, ac ità uno omnes calcantem calòpodio, haud diffiteor) pag. 72.

(q) in Catalogo Scriptorum Danicorum ἀνεκδότῳ, ex quo nonnulla adduxit Jo. Möllerus in Bibl. Septent. erud. num. IV. p. 22.

§. IX.

Multò autem minimè eos hac vice ad Nobiles Theologos referemus, qui Photinianorum caſtra ſequuntur, à Ductore ſuo Socinianorum nomen adepti. Cùm enim

iſti,

iſti, nil quippe myſterii retinentes ipſiusque Salvatoris noſtri divinitatem negantes, juxta communiorem Theologorum noſtrorum ferè omnium ſententiam in Chriſtianorum non ſint habendi numero; (a) nequaquam eos reputabimus dignos, quibus locum inter Nobiles Theologos concedamus. Quamvis non pauci ex hac ſecta fuerint, equitum dignitate conſpicui, qui inter ſuos docendo ſcribendoque famam conciliarunt. Ipſe Fauſtus Socinus, Alexandro, Patricio Senenſi & Agneta, Burgeſii Petruccii, Senarum Principis ortus, pluribus Italiæ Principibus & Magnatibus, ut & Pio II. & III., nec non Paulo V. Maximis Romanorum Pontificibus, ſanguine junctus fuit. (b) Jonam verò Schlichtingium à Buckoviec, Sam. Przypkovium, Stanislaum Lubomirskium, Andr. Wiſſovvatium à Szumbki, Fauſti Socini ex filia nepotem, Joach. Paſtorium, Stanislaum Lubienskium, Stanislaum, & Andream, & Chriſtophorum Lubienicios, Joh. Niemejovium, Petrum Sartorium, aliàs Stoinski, & Adamum Goslavium de Bebelno, magna inter Unitarios nomina, Equites fuiſſe Polonos, neminem fugere poteſt. Nec minus noti ſunt ex eadem Chriſto-maſtygum turba Ludovicus Wolzogenius, Baro Auſtriacus in

Taren-

Tarenfeld, Thomas Biſecius vel Piſecius à Martovitz, Eques Sileſius, Jacobus Palæologus, Græcus, ex Imperatorum Conſtantinopolitanorum proſapia ſatus, Hieron. Moſcorovius, ex antiquo & illuſtri Ducum Sileſiorum de Suida, Comitum de Dobczyce, ſtemmate genus ſuum repetens. Quorum omnium & longè plurium ſcripta videri poſſunt apud Chriſtophorum C. F. Sandium, in Bibliotheca Anti-Trinitariorum, & brevius in Catalogo Scriptorum Socinianorum, quem Propylæo Hiſtoriæ chriſtianæ adnexuit Slüterus. (c)

(a) Conf. Dn. D. Fechtius Coll. in Syll. rec. contr. ad Diſp. III. §. III. Rectè proindè, ſi ad noſtram Eccleſiam accedant, etiamſi vel maximè apud ſuos conſuetâ Chriſti forma baptizati, rebaptizantur. Qua de materia pecul. Lipſiæ diſſertationem habuit D. Jo. Olearius, Theol. Fac. ibidem hodieque Senior, anno MDCLXXXVIII. Quod ſi objiciatur: Baptiſmum inter Socinianos fieri retentis verbis inſtitutionis, validum itaque eſſe; meritò reſpondet Dn. D. Fechtius: Non ſufficere prælectionem verborum Inſtitutionis, ſed requiri, ut id fiat in Eccleſia, ad quam beneficia alligavit Chriſtus, Matth. XVI. 18. 19. Ut ad Doctorem creandum non ſufficit ſolennia verba pronunciare: Ego creo te in Doctorem; ſed neceſſe eſt, ut id

fiat in Academia, cui ſoli ab Imperatore privilegium creandi Doctores eſt conceſſum. Conf. idem in Lectionibus ad Hiſt. Eccleſ. Seculi XVI. cap. L. §. V.

(b) vid. Dn. D. Fecht. de Nob. Stud. Theol. §. XXIX.

(c) Append. II. p. 273. ſeqq. Abſolutiſſimum vocat iſtum Catalogum Morhofius in Polyhiſt. Pract. Lib. V. c. I. §. XXXIII. p. 68., negat verò eſſe abſolutum ipſe Slüterus, l. c. p. 288.

§. V.

Hos igitur omnes hactenus commemoratos, &, qui fortè ejus generis ſuperſunt, alios à Tractatione noſtra alienos volumus: occupati quippe in ſiſtendis Nobilibus ortu ſatuque talibus, non verò in officii demum curriculo ad id dignitatis evectis; Nobilibus porrò vel inter Lutheranos, vel Reformatos, vel Pontificios ſive Gradum aliquem Theologicum adeptis, ſive munere quocunque vel Academico vel Eccleſiaſtico, ſui quâdam gloriâ perfunctis, duplici inde ob duplicem nobilitatem laude dignis. Rectè enim Theophilus Spizelius: *Quod ſi,* inquit, *in uno eodemque homine erudito, Gentis & Mentis nobilitas, generis & virtutis claritudo amicè conſpirent, maximis ille ævi ſui ornamentis accenſebitur, nec minus orbem eruditum,*

tum, quàm ſanctam civitatem veluti inaeſtimabilis pretii gemma (de ſolis verò Lutheranis loquitur) *olim exornabit.* (a)

(a) in Infelice literato, Commonefactione XXXI. p. 976.

SECTIO SECUNDA
HISTORICA.
CAPUT I.
DE
NOBILIBUS THEOLOGIS LUTHERANIS.

SUMMARIA.

§. I. Omnium primum ex Claſſe Nobilium Theologorum Lutheranorum producit Nicolaum Ambsdorffium, Nobilem Miſnicum §. II. Secundum Bernhardo, Nobili Burgundo, locum vendicat. §. III. Ambroſium Blaurerum, Nobilem Conſtantienſem, commemorat. §. IV. Johannem Boſſekium, Nobilem Miſnicum. §. V. Ex illuſtri Bucholcerorum familia, Georgios binos unumque Abrahamum Bucholceros recenſet. §. VI. Caroli Auguſti Bülovii, Nobilis Megapolitani mentionem facit. §. VII. Ex Dornkrelliis ab Eberherz *Tobiam & Jacobum, patrem filiumque, Nobiles Luneburgenſes in medium profert. §. VIII. Aliquo in hunc cenſum modò venire Andream Dubitium, Nobilem Pannonium adſe-*

adſerit. §. IX. Omni ex parte inter Nobiles Theologos Lutheranos locum obtinere Petrum Edelingium, Nobilem Pomeranum, oſtendit. §. X. Matthiam Flacium Illyricum, Nobilem Albonenſem, percenſet. §. XI. Burchardum Harbardum, Nobilem Boruſſum, memorat. §. XII. Tilemannum Hesbuſium, Nobilem VVeſtphalum. §. XIII. Matthiam Hoë ab Hœnegg, Nobilem Auſtriacum. §. XIV. Ex antiqua Krakevitziorum proſapia producit Bartholdum Krakevitzium, Nobilem Rugianum. §. XV. Ex eadem Joachimum & Joachimum Albertum Krakevitzios, iſtum Pomeranum, hunc Megapolitanum Nobiles. §. XVI. Non excludendum à Nobilium Theologorum conſortio judicat Leonhardum à Krentzheim, Nobilem Francum. §. XVII. De Kromayerorum Nobili diſſerit familia & primo ex eadem loco commemorat Johannem Kromayerum. §. XVIII. Hieronymos binos, patrem & filium, Auguſtum item Fridericum & Johannem Abrahamum Kromayeros commendat. §. XIX. Ex nobili Liliorum Gente Georgium, hujusque Filium Caſparum à Lilien producit. §. XX. Ad claſſem Nobilium Theoll. Luth. refert Johannem Machabæum, Nobilem Scoto Britannum. §. XXI. Cæleſtinum Mislentam, Nobilem Boruſſum. §. XXII. Nicolaum Hieronymum Oelhaſium, Nobilem Norimbergenſem. §. XXIII. Progreditur ad Johannem Pappum, Nobilem Lindavi-

davienſem. §. *XXIV.* *Balthaſarem Henricum de Platen, Nobilem Rugianum adlegat.* §. *XXV.* *Adolphum Fridericum Preenium, Nobilem Mecklenburgicum.* §. *XXVI.* *Erhardum Queis, Nobilem Boruſſum.* §. *XXVII.* *Jacobi Reibingii, Nobilis Auguſtani mentionem injicit.* §. *XXVIII.* *Caſparum Schvvenckfeldium ab Oſſing, Nobilem Sileſium, connumerandum fuiſſe Nobilibus Theologis Lutheranis aſſerit, niſi puram Evangelii doctrinam cum Fanaticiſmo permutaſſet.* §. *XXIX.* *Majori jure inter Nobiles hoſce Theologos Paulo Sperato, Nobili Svevo, locum relinquendum cenſet.* §. *XXX.* *Non excludendum prorſus ab hoc ordine Johannem Staupicium, Nobilem Miſnicum, pronunciat.* §. *XXXI.* *Georgium Venetum, Nobilem Boruſſum, non ſine laude dimittit.* §. *XXXII.* *Memorat Andream Virginium, Nobilem Pomeranum,* §. *XXXIII.* *Samuelis Voſſii, Nobilis Megapolenſis, meminit.* §. *XXXIV.* *Ex VVellerorum à* Wolßdorff / *antiquiſſima proſapia Hieronymum VVellerum, Nobilem Freibergenſem ſiſtit.* §. *XXXV.* *Quaſi in tranſcurſu Petrum VVellerum, Hieronymi fratrem, citat, deque Jacobo VVellero, Nobili Variſco, prolixius agit.* §. *Denique XXXVI.* *Theologorum nobilium Lutheranorum agmen claudentem, Bernhardum Zieglerum, Nobilem Miſnicum, praecedentibus ſubnectit.*

§. I.

OMnibus nunc, quæ ipſi Tractationi lucem aliquam fœneratura videbantur, in Generali Sectione expoſitis, ipſum Nobilium Theologorum recenſum aggredimur, ex Nobilibus Theologis Lutheranis, ſerie alphabeticâ omnium primum in ſcenam producentes NICOLAUM AMBSDORFFIUM, à Romanenſium ſuperſtitionibus, eô quidem tempore, quô prima adverſus indulgentiarum nundinationes themata evulgaverat Theander Lutherus, ad Evangelico-Lutheranam veritatem converſum. Auras is vitales hauſiſſe primum fertur Tſchepæ in diſtrictu Miſniæ Würzenſi, parente utrôque nobili, Anno ſupra milleſimum quadringenteſimum, tertio & octogeſimo, quem & natalem habuit divinus Lutherus. Poſt impetratum ſupremum in Philoſophia gradum & Theologiæ Licentiaturam, Profeſſor in Academia Vitembergenſi conſtitutus eſt, poſt Magdeburgenſium Paſtor & Superintendens, porrò Epiſcopus Naumburgenſis & Cizenſis, reſtitutô verò Epiſcopatui, à Carolo V. Imperatore, Julio Pflugio, quem ante removerat Fridericus Elector, rurſus Paſtor Magdeburgenſis ac demum Academiæ Jenen-

Jenenſis, cujus inaugurationi interfuit, Profeſſor, Conſiliarius Eccleſiaſticus & Superintendens, cœlebs (quod ad Singularia Viri referendum) defunctus (a) ætatis ſuæ ſecundo & octogeſimo. De eo hæc ſunt Clariſſ. Viri, M. Joh. Caſp. Zeumeri (b): *Inter illos* (Theologos Jenenſes) *profectò inſtar ſolis inter ſydera (teſtante B. Adriano Beiero in Dedicatione Syllab. Rect. & Prof. nova p. 20.) enituit ac eminuit NICOLAVS AB AMBSDORFF, cui, unà cum Cancellario, Greg. Pontano, maximam ſuæ felicitatis partem acceptam refert Jena, cùm quia ſuaſu eorum laudatiſſimus Johannes Fridericus de loco novæ Scholæ concedendo deliberans, ipſam ad prædictam literarum officinam amœnitate loci aërisque ſalubritate commendabilem conſecravit; ceu B. Caſpar Sagittarius in Hiſtoria Joh. Friderici p. 57. teſtatur: tùm quia ipſi ſtudii Jenenſis fundationi præfuerunt.* Dn. D. Eechtius (c) ſequentia de eo conſignavit: *Majori jure hunc Nobilium Theologorum numerum adauget Nicolaus Ambsdorffius, Eques pariter Miſnicus, qui gentilium nomen & Magiſtri Philoſophiæ & Theologiæ Licentiati titulo, quem utrumque ei Wittebergaa contulit, decoravit, ad Epiſcopatum poſtea Naumburgenſem à Johanne Friderico,*

Saxoniæ Electore, evectus, quanquam non usque adeò conſtanti fortunâ uſus. Laudatus Adr. Beierus ſequenti eum honoravit verſu (d):

Theîologi cœtus Nicolaus plantat ab Ambsdorff
Hortum, & Lutheri ſcripta reviſit item.
Hic in Salana celebratur nomine primi
Theîologi primi Theîoſophiquæ Schola.

Virum pietatis Zelô conſpicuum & mundo inviſum adpellat M. Andreas Schoppius in Memoria Matthæi Judicis (e) Invidiam verô iſtam ſibi conciliavit phraſeos: Bona opera ſunt ad ſalutem noxia, contra Georg. Majorem, Bonorum Operum ad ſalutem neceſſitatem (f) defendentem, aſſertione, quamvis ita eandem explicaret, ut nocere opera diceret, ſi fiducia meriti in iisdem collocetur. (g) Rectius proinde ſenſit, quàm locutus eſt (h) Neque ſuccenſuit Ambsdorffio noſtro B. D. Conradus Schlüſſelburgius, hujus quondam Academiæ Profeſſor Philoſophus (i) ac poſt varia officia poſtremò Superintendens Straleſundenſis (k), quod primus omnium publicis ſcriptis errores Georgii Majori refutarit, quando

do in Catal. Hæreticorum (l) propoſitâ quæſtione: Quæ ſit occaſio, origo & progreſſus Diſputationis Georgii Majoris, de neceſſitate bonorum operum ad ſalutem? poſt multa: Ex his (inquit) teſtimoniis Majoriſtarum patet, D. Licentiatum Nicolaum Ambsdorffium juſtiſſimam habuiſſe cauſam ſcribendi contra Majorem. Sunt etiam reliqui ſatis excuſati, quales fuernnt: Nicolaus Gallus, Matthias Flacius Illyricus, D. Joh. Wigandus, D. Joach. Mörlinus, D. Erhardus Schnepffius, Mansfeldenſes Concionatores & Saxonicarum Eccleſiarum Doctores, cum multis aliis D. Majoris errores impios & blaſphemos publicis ſcriptis refutantes: Quorum monitionibus ſi D. Major obtemperaſſet, jam dudum hoc pernitioſum certamen conſopitum fuiſſet. Hactenus Schlüſſelburgius. Plura vitam & ſcripta Noſtri concernentia, quæ prolixius perſequi noſtri non eſt inſtituti, videri poſſunt apud Melch. Adamum, Sileſium, (m) D. Paul. Freherum (n) B. D. Sebaſt. Niemannum, Lubecenſem, Theologiæ Prof., Paſtorem ac Superintend. Jenenſem, ac demum Holſatiæ Duc. Ephorum Generalem (o) & laudatum M. Joh. Caſp. Zeumerum (p)

(a) anno MDLXV., Micrælius ponit annum MDLXIII. in Hiſtoria Eccleſ. Lib. III. Sect. II. p. 735. edit. novæ, ſed minus accuraté.

(b) in Vitis Profeſſorum Theol. omnium, qui in illuſtri Academia Jenenſi ab ipſius fundatione ad noſtra usque tempora vixerunt Jenæ MDCCIV. in 8., p. 2.

(c) Diſſ. de Nobilitate Studii Theol. §. XXV.

(d) in Syllabo Rect. & Prof. Jen. p. 20.

(e) ſubjuncta Parti II. Enarrationis Epiſtolarum Dominicalium Judicis apud Cel. Thomam Crenium, Animadv. Philol. Hiſtor. Tom. VI. c. II. §. I p. 67.

(f) Error eſt pontificius, Sacræ Scripturæ è diametro adverſus. Quô tamen non obſtante poſt tempora Majoriſtica invenit nonnullos in Acad. Julia propugnatores, nominatim Conradum Hornejum, conf. D. Hieron. Kromayeri Hiſt. Eccleſ. Centur. XVII. p. 651. & Georg. Calixtum, qui cùm primus, ut putatur, Theologiam methodô analyticâ tractare cœpiſſet, in eo ſtatim offendit, quod Bona Opera ad media ſalutis ex parte hominis referret. Notatus verò eorum error & impugnatus eſt, à D. Hülſemanno, D. VVellero, D. Rothmalero aliisque. Cœterum Controverſiæ Majoriſticæ hiſtoria habetur apud Autores der unſchuldigen Nachrichten de anno MDCCII. p. 1043. ſeq.

(g)

(g) conf. ejus ſcriptum contra Majorem editum hoc Tit: daß die Propoſition: Gute Wercke ſind ſchädlich zur Seeligkeit/ eine rechte Chriſtliche propoſition ſey. anno MDLIX. in 4to.

(h) vid. illuſtris Seckendorffius in Hiſtoria Lutheraniſmi, p. 395.

(i) conf. Diſſ. mea de Meritis Weſtphalorum in Academiam Roſtoch. heic loci ſuperiori anno habita, Sect. III. p. 45. 46.

(k) quem Theologum cordatum nec unum è multis appellat Crenius Animadverſionum T. IV. c. IV. §. IX. p. 177.

(l) Lib. VII. p. 205. edit Francof. MDXCIX. in 8vo.

(m) in Vitis Theologorum Germanorum, p. 33. edit. noviſſ. Francofurt. MDCCV. in folio.

(n) in Theatro Virorum eruditione clarorum, P. I. p. 205. a.

(o) in Vitis plurimorum Theologorum ſuperioris Seculi MD., publicè olim in Acad. Jenenſi prælectis, hactenus MSC., num. IV.

(p) in Vitis Theoll. Jenenſ. p. 7. 8. 9. Quanquam verò hic ſcripta Ambsdorffii cœteris recenſuerit plenius, omiſit tamen Germanicum quoddam contra Melch. Hoffmannum, ex pellione in Theologaſtrum transmutatum, publicamque in Livonia & aliis locis docendi poteſtatem absque ordinaria vocatione cunctisque literarum præſidiis teme-

rè ſibi vindicantem, ſub hoc Titulo editum: Daß Melchior Hoffmann ein falſcher Prophet und ſeine Lehre vom jüngſten Tage unrecht und wieder GOtt iſt. Conf. Clariſſimus Joh. Möllerus in Iſagoge ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbr. p. II. cap. VI. §. I. p. 130. De cætero videri poſſunt de Ambsdorffio D. Jo. Micrælius in Hiſt. Eccl. loc. cit., D. Jo. Bartholdus Niemeierus in Programm. alleg. lit. D. I. & Autores der Unſchuld. Nachrichten / qui Ambsdorffii Bedencken auf des Philippi Bedencken aufs Interim exhibent, anno MDCCII. p. 508. ſeqq. Quandam ejus Epiſtolam ſuppeditant ex MSCto iidem l. c. p. 1129. ſeq.

§. II.

Proximum ab Ambsdorffio locum jure ſibi vendicat BERNHARDUS, cognomento Doctor mellifluus (quô pactô ab homonymis facilè diſcernitur (a)) Abbas Claræ vallenſis religioſiſſimus juxta ac doctiſſimus, Burgundus domo, genere nobilis. Quantumvis medio ſub Papatu vixerit, tantum tamen abeſt, ut cum illo ſenſerit, ut in omnibus fermè Articulis principalibus, nominatim de Juſtificatione hominis peccatoris coram DEO, Bonorum Operum meritis aliisque Lutherana Dogmata firmiſſimis corroboraverit argumentis. Unde nullus dubita-

tavit Magnus Gerhardus in opere illo Locorum Theologicorum incomparabili (quale, judice Dn. D. Fechtio, nec ullum habemus nec ſperare poſſumus) collecta magno numero ex Bernhardi operibus teſtimonia ubique adducere noſtramque illis doctrinam egregiè confirmare. (b) De eo vel id notabile & memoratu longè digniſſimum eſt, quod ſine Præceptoribus haud vulgarem ſibi comparaverit eruditionem. De priori diſerta ſunt verba Jo. Jacobi Hoffmanni (c): *Nullos habuit Præceptores præter quercus & fagos. Hinc proverb: Neque enim Bernhardus vidit omnia. Nec mirum, cum incidit in fatalia illa tempora, quibus literis omnibus ferè bonis ſpiſſa nox incubuit.* Non incommodè igitur Eruditis αὐτοδιδάκτοις, quos pecul. Diſſertatione exhibere animus eſt, accenſeri videtur. De poſteriori Guil. Cave, Anglorum doctiſſimus: *Literis*, inquit, *humanioribus non leviter tinctus, ſcientiâ Theologicâ inſtructiſſimus, longè ſupra captum ſeculi, quô vixit, elegans ac eruditus.* (d) Celeberrimus Jacobus Thomaſius in pulcerrimis Præfationibus (e) ex Opmeeri Chronographia (f) ſequentia de eo adducit: Bernhardus legem Domini didicit, quam tantâ doctrinæ magnificentiâ enarravit, ut com-

muni Doctorum conſenſu Melliflui Doctoris cognomen ſit adeptus. (g) Summus Kortholtus (h) hunc in modum judicat: *Bernhardus, Abbas Claravallenſis, Vir nobilitate generis, vita ſanctimoniâ, facundia & παῤῥησία ſingulari illuſtris, tantam ſibi eruditionem acquiſivit, quantam quis à viro ejus ætatis vix ſperare potuiſſet.* Excell. Adamus Rechenbergius, Theologus Lipſ. Primarius, in Summario Hiſt. Eccleſ. (i) *Præcipuus*, ait, *melioris Theologiæ Doctor fuit Bernhardus, mellifluus dictus, qui S. literas excoluit, piisque meditationibus illuſtravit, ac vitia curiæ Romanæ liberius in Epiſtolis ad Eugenium taxavit. Vid. ejus Serm. 77. in Cantic. Vir erat meliori ævo dignior, cum in tractandis Scripturis eſſet ſublimis, in ſententiis divinus, in reprehendendis vitiis Cleri univerſi acer & vehemens.* Timannus Geſſelius (k) paucis multa complexus eſt: *Vixit*, ſcribens, *ſanctus ille Bernhardus, natione Burgundus, doctrinâ & judicio præſtans, Eccleſiaſticorum ſui ævi Princeps, Henrico II., Innocentio II. & Eugenio Pontificibus familiaris, Regibus & Magnatibus charus, curiæ Romanæ haud ignarus, rerum jam geſtarum oculatus teſtis & omni exceptione major.* (l) Maximus noſtræ Academiæ quondam Theologus, David Chy-

træus,

træus, Eloquentiam Bernhardi hunc in modum admiratur: *Bernhardus admirabilis religionis ſtudio & ſacrarum literarum peritiâ, quarum verba & ſententiæ dicenti ſe ſponte offerunt, in movendis etiam affectibus piis non ſegnis nec inefficax, ſimul tamen feſtivus & jucundus eſt, ut Mellifluî cognomen non immeritò ipſi tributum videatur, cum plerique alii ipſi σύγχρονοι & recentiores Scholaſticæ Theologiæ Scriptores frigidi & ἀπαθεῖς in dicendo, unum hoc agant, ut lectorem doceant.* (m) Idem alio loco de ſcriptis ejus ſic pronunciat: Scripta Bernhardi ex variis & continuis Sacræ Scripturæ ſententiis, velut teſſellis aptè inter ſe junctis contexta & ſtipata, & perpetuo quodam lepore & feſtivitate condita ſunt. Inprimis verò ardenti Spiritu doctrinam de Filio Dei, Homine pro nobis facto, & Gratia Chriſti, ac juſtitia fidei ad uſum veræ pietatis & conſolationis ac fiduciæ & lætitiæ in pectoribus accendendæ accommodatum, illuſtrius ferè & efficacius, quàm ulli alii Patres, illuſtravit. (n) Verè non minus quàm ſcitè Sixtus Senenſis de iisdem in Bibliotheca Sancta: *Univerſa ejus Scripta nihil aliud ſunt, quàm centones Divinorum Voluminum, quibus Veteris & Novi Teſt. dicta adeò commodè & aptè inſerta ſunt, ut ibi na-*

ta

ta eſſe credantur. Et Jo. Gerhardus: *Bernhardus*, inquit, *ſolus poſt Auguſtinum, ſicut Auguſtinus poſt Apoſtolos, reliquis præferendus eſt.* (o) Quamvis largiendum ſit, nævos quosdam, vitio ſeculi, ſcriptis ejus adſperſos eſſe. Qua de re Jo. Micrælius in Hiſt. Eccleſ. Fuiſſe eum, ait, virum longè pientiſſimum, Scripturæque S. cognitione celeberrimum & laude humilitatis, beneficentiæ & patientiæ excelluiſſe non negamus, ejusque in tenebris Eccleſiæ jam ſuffuſis puriorem Theologiam miramur, dignum, cui detur titulus melliflui Doctoris; ſed quod ſtipulas tritico admiſcuit, hoc communibus ſeculi illius erroribus damus. (p) Conf. pluribus Matthias Flacius (q) Jo. Henr. Hottingerus (r) Theoph. Spizelius (s) Ad. Rechenbergius (t) Carolus Viſch (u) Jo. Gottfridus Olearius (x) Hieron. Kromayerus (y) Centur. Magdeburg. (z) Rob. Bellarminus (aa) Eraſmus Roterodamus (bb) D. Götzius (cc) Thomas Pope Blount (dd) aliique (ee)

(a) Ἐκ τῶν Ὁμωνύμων S. Bernhardi notandos ducimus ſequentes: *Bernhardum*, Monachum Benedictinum Archiepiſcopum Toletanum, cujus ſunt Sermonis V. ſuper Salve Regina. vid. Theoph. Raynaudi Erotetemata de Libb. malis & bonis p. 131. Vinc. Plac-

Placcius Tr. de Script. Pſeudon. p. 163. *Bernhardum*, Abbatem Bonevallis, doctrinâ & eloquentiâ præſtantem, qui II. Libros Hiſtoriæ Bernhardi Clarævallenſis contexuit. vid. Dn. D.Görzius in Maletem.Annæberg., num. XV. de Lutheraniſmo Bernhardi, p. 767. *Bernhardum* Sylveſtrum, quem propterea notandum arbitramur, quod ejus Formula Honeſtæ Vitæ & Epiſtola de Cura & regimine rei familiaris Bernhardo Clarævallenſi à quibusdam tribuantur. Vid. Joh. Simlerus in Biblioth. p. 99., Theoph. Reynandus l. c. p. 130., Vinc. Placcius l. c., Guil. Cave in Hiſt. Script. Eccleſ. Lit. P. I. p. 450, & ex illis Joh. Möllerus in Homonymoſcopia Hiſtorico-Phiologico-Critica, Hamb. edita an. MDCXCVII. in 8vo, Sect. II. c. VI. §. XXII. p. 546. *Bernhardum* Morlanenſem ſive Morlacenſem, Anglum, Ordinis Benedictini Monachum Cluniacenſem, Sec. XII. florentem, qui rhythmos dactylicos, ultra ter mille verſus continentes, de contemptu mundi dedit, quorum initium eſt:

Hora noviſſima, tempora peſſima ſunt, vigilemus,
Ecce minaciter, imminet arbiter ille ſupremus.

Conf. Andr. Chriſtianus Eſchenbachius Diſſ. de Poëtis Chriſtianis Sacris Græcis & Latinis, hab. Altorfi anno MDCLXXXV. poſtea Diſſertationibus ejusdem Academicis, Noriber-

ribergæ MDCCV. in 8. editis, inſerta, num. II. §. XLVII. p. 128. ubi elegantiſſimos vocat rhythmos iſtos & legi dignos non tantum ob dictionem facilem & argutam, ſed quod corrupti ſeculi mores ingenioſè inibi perſtringantur. Add. Dn. D. Gôtzius l. c., Jo. God. Olearius in Abaco Patrol. p. 83. & Guil. Cave Hiſt. Scr. Eccl. Lit. P. I. p. 666. *Bernhardum*, Monachum Dominicanum (Ordinis Prædicatorum, ſi credimus Chriſt. Matthiæ in Theadro Hiſtor. p. 980.) Henrici VII. Imperatoris percuſſorem, qui vitiis ſceleribusque clarus audit Götzio l. c. p. 768. Vid. plura de eo apud Martinum Difenbachium in Diſſ. de vero mortis genere, ex quo Henricus VII. Imperator obiit, p. 19. ſeqq. Plures ex antiquioribus dabit, Götzius, qui & p. 769. 770. ὁμωνύμους Bernhardi recentiores commemorat. Vid. Königius in Bibl. p. 104.

(b) vid. D. Götzius l. c. p. 763. ſeqq.

(c) in Lexico univerſali, Tom. I. p. 277.

(d) in Hiſt. Scr. Eccl. Lit. P. I. p. 449. b.

(e) p. 567.

(f) p. 648.

(g) apud Götzium l. c. p. 773.

(h) in Hiſtoria Eccleſiaſtica, Lipſ. anno MDCXCVII. in 4to edita (de qua Dn. D. Fechtius Coll. ad Summarium Hiſt. Eccleſ. Ad. Rechenbergii, Sect. I. c. V: Ego, inquit, nunquam perſuaderi mihi patiar, ut ejus

eſſe

eſſe credam, quod neque ſummam Viri in hoc ſtudiorum genere eruditionem, nec ſtylum, nec tractationis indolem, in aliis Hiſtoricis ipſi conſuetam, ullô modô ſapit. Certiorque redditus ſum ab amico, in quodam Collegio, cui & Kortholtus tanquam auditor interfuerit, olim iſta dictaſſe B. D. Niemannum, Theologum Jenenſem, quo Viro & ego olim & Præceptore uſus ſum & Hoſpite. &c.) Sec. XII. Sect. II. c. IV. §. II. p. 473.

(i) Period. IV. c. II. de Hiſt. Sect. XII. p. 349.

(k) Hiſt. Sacr. Tom. II. p. 371.

(l) Conf. Theander Lutherus, Tom. IV. Jen. Lat. p. 148. b. & aureo in Geneſin Commentar. p. 154.

(m) in Orat. p. 509., apud Götzium l. c. p. 777. ſeq.

(n) in Onomaſtico Theol. f. 78. b. edit. Vitemberg. MDXCIIX. in 8t.

(o) in Methodo Studii Theol. p. 287.

(p) Lib. III. Sect. I. p. 485.

(q) in Catalogo Teſtium Veritatis, Lib. XIV. fol. 1379. ſeqq.

(r) Hiſt. Eccl. Seculo XII. p. 109. ſeq.

(s) in Infelice Literato, Commonefact. XI. p. 1931., itemque in Pio literati hominis receſſu, ſive à profanæ doctrinæ vanitate ad ſinceram pietatem manuductione (Literato Feliciſſimo ſacræ metanœæ proſelyto, ſive de Converſione literatorum Commentario, edito Auguſtæ Vindel. MDCLXXXV. in 8., an.

8, annexa) Num. VIII. p. 491. ſeqq., qui & ejusdem Bernhardi Epiſtolam ad Thomam de S. Audomaro, de maturanda converſione, quæ exſtat inter illius Epiſtolas, num. CVIII. Tom. I. Opp. Colon. MDCXLI. fol. 53. ſ. & ſermonem geminum de converſione Pauli, exhibet in Selectis Doctorum Veterum Scriptorumque Eccleſiaſticorum de vera ſinceraque ad DEum converſione monumentis & documentis, ſubjunctis pariter Literato Feliciſſimo, p. 283. ſeqq. & 290. ſeqq. add. Ej. Spizelii Felicem Literatum, Commentatione IV. Part. II. §. XVII. p. 533., Commentat. VII. §. X. p. 819. & §. XI. p. 832., Comment. VI. §. IV. p. 677. & denique Coronide de Literatis ex animo felicibus, §. IX. p. 1090.

(t) Summar. Hiſt. Eccl. l. c. p. 350.

(u) in Bibliotheca Script. Ordinis Ciſterc. p. 39.

(x) in Abaco Patrol. p. 80. ſeq.

(y) Hiſt. Eccleſ., Centur. XII. p. 478. ſeq.

(z) Centur. XII. c. X.

(aa) in Catal. Scriptor. Eccleſ. (quem Dn. D. Fechtius Coll. in Rechenbergii Summar. Hiſt. Eccl. Sect. I. §. II. exiguum quidem, ſed magni pretii vocat, quia in plerisque ſuamet principia & propriam religionem, nothos libros pro talibus agnovit, quos tamen in libris Controverſiarum tanquam veros Patres pro Doctrina Pontificia allegaverat) p. 142.

(bb) in

(bb) in Dial. Ciceroniano p. 154. & Annot. ad cap. I. Epiſt. ad Rom.

(cc) in Meletem. Annæb p. 763. ſeqq.

(dd) in Cenſura celebriorum Autorum p. 372. ſeqq.

(ee) Matthæus Dreſſerus de Feſtis p. 186. apud Th. Crenium in elegantiſſima de Singularibus Scriptorum Diſſertat., §. XXXVII. p. 47. ſeqq. God. Arnoldus in der Abbildung der erſten Chriſten / im Vorbericht / itemque in Hiſtoria Eccleſ. & Hæret. Part. I. Lib. XII. III. §. III. p. 353. & Guil. Cave Hiſt. Lit. P. I. p. 448. ſeqq.

§. III.

Non dubitamus Bernhardo ſubjungere AMBROSIUM BLAURERUM, quamvis ad Calvinianorum claſſem fortè ob nimiam lenitatem, (ob quam hodieque malè apud Noſtros audit Philippus Melanchton (a)) à Joh. Micrælio (b) relatum. Is poſtquam Conſtantiæ anno ſupra milleſimum quadringenteſimum ſecundo & nonageſimo nobili loco in lucem editus fuerat, Monaſticæ vitæ in cœnobio Alberſpacenſi vixit addictus. Ex Monacho verò factus Lutheranus, (c) elogia divina primò Conſtantienſibus, tùm Auguſtanis, iterum Conſtantienſibus, mox Biennenſibus, poſtmodum Vitodurenſibus

aliisque diſpenſavit, conſtantis atque fidelis paſtoris elogium conſecutus. (d) De eo ſequentia reperiuntur apud Celeberrimum Virum, Chriſtianum Junckerum, Hiſtoriographum Saxo-Hennebergicum: Ambroſius Blaurerus war ein berühmter Evangeliſcher Prediger zu Coſtnitz am Boden-See/ der zu Coſtnitz von vornehmen Eltern gebohren/ ſchon Anno 1492. (quo annô eum natum diximus) im Cloſter Albersbach in Swaben als ein Münch gelebet/ nachmals aber aus dem Cloſter gegangen (davon ſeine an den Abt deſſelben Cloſters edirte Schrifft/ unter dem Titel: Verantwortung an Rath zu Coſtnitz/ warümb er aus dem Cloſter gewichen/ 1523. in 4to/ handelt) von dem Rath zu Coſtnitz zum Prediger berüffen/ nicht allein zur Reformation ſelbiger Stadt/ ſondern auch der Stadt Ulm/ nebſt Johanne Oecolampadio und Martino Bucero, Anno 1531. ingleichen des Hertzogthums Würtenberg/ nebſt Erhardo Schnepfio, Jo. Brentio und Matthæo Albero Ao. 1534. nach Hertzog Ulrichs Zurückkunfft in ſein Fürſtenthum/ viel beygetragen. Es tadelte zwar Lutherus an ihm/ daß Er/ auf Zvvinglii Parthey hangende/ gelehret hat/ wie nemlich Brodt und Wein im H. Abendmahl das obje-

objectum der Sinnen/ der Leib und Blut Chriſti aber das objectum des Glaubens im H. Abendmahl wären/ welches aber nachmals durch Erh. Schnepfii Vermittelung beygelegt worden. Dahero er auch nicht allein Anno 1537. zu Schmalden des Melanchtonis Buch de Primatu Papæ mit unterſchriebe/ ſondern auch Anno 1539. auf dem Convent zu Franckfurt mit war/ und daſelbſt als ein Deputirter auf das Colloquium zu Nürnberg/ von wegen der Stadt Coſtnitz deputiret wurde. (e) Epigramma in eum compoſitum, ſequens percenſet Adamus: (f)

Blaurerum agnoſcit civem Conſtantia clara,
Qui Monachus primum, qui ſacra deinde docet.
Illius Ambroſium pia vox ſpirabat odorem,
Vox Chriſti miſeris ipſe ſalutis odor.

Edidit Epiſtolam exhortatoriam ad Eccleſiam Conſtantienſem, ut in Religione Evangelico-Lutherana conſtanter perſeverent: Concionem Bernæ habitam unà cum actis Diſputationis Bernenſis, aliaque. Vid. plura apud Jo. Sleidanum (g) Martinum Cruſium

 (h) Ja-

(h) Jacobum Verheyden (i) & Paulum Freherum (k)

(a) Vid. Magnif. Dn. D. Joh. Frid. Mayeri Diſſ. Theol. de nimia lenitate Philippi Melanchtonis hæreſes promovente propriamque prodente, hab. Kilonii ann. MDCXCV. ſuperiori anno recuſa. Add. præter elegantiſſimam Magni noſtri Affelmanni de Philippiſmo fugiendo Diſputationem, B. D. Conr. Schlüſſelburgii Theol. Calviniſt. Lib. II. c. X. fol. 84. ſeqq.

(b) Hiſt. Eccleſ. Lib. III. Sect. II. b. 809.

(c) Vid. Mart. Cruſius in Annalibus Suev. Lib. XI. P. III. p. 604. & Dn. D. Götzius, Schediaſm. Hiſt. Theol. de Converſis Pontificiis ex lectione librorum Lutheri Lutheranorumque Doctorum, ad veritatem Evangelico-Lutheranam perductis, Lipſ. edit. MDCCV. in 4to, §. XV. p. 34.

(d) Conf. Adamus in Vitis Theologorum Germanorum p. 198.

(e) im dem güldenen und ſilbernen Ehren-Gedächtniß Lutheri, Franc. & Lipſ. MDCCVI. in 8. p. 160., ubi & duos nummos effigiem Blaureri referentes commemorat.

(f) loc. cit.

(g) in Commentariis paſſim, præcipuè lib. VI, & XXI.

(h) l. c.

(i) in Elogiis præſtantium Theologorum, p. 68.

(k) in

(k) in Theadro Virorum erud. clarorum, p. 213. a.

§. IV.

Sequitur hunc JOHANNES BOSSEKIUS ex generoſo & antiquo ſtemmate oriundus. (Non enim Parentem ſolùm, Johannem à Boſſeck, Paſtorem in Gauditſch & Rev. Min. ad Lipſienſem Diœceſin ſpectantis Seniorem, & Avum, Johannem à Boſſeck Med. Doct. & Lippſtadienſium in Weſtphalia Phyſicum ordinarium habuit nobiles; ſed & Proavum, Johannem, qui ordine Dominicanorum relicto poſthabitisque paternis prædiis, exul Lippſtadium conceſſit ibidemque ſacro munere defunctus eſt: nec non Abavum, Johannem itidem à Boſſek, Equitem Franconium, qui Pontificiis ſacris addictus, duobus Electoribus Colonienſibus per complures annos à ſanctioribus conſiliis fuit (a)) S. S. Theol. Doctor, primum ab anno MDCXCV. Eccleſiæ Svidnicenſis Paſtor Prim. & Ephoriæ Jeſſenenſ. Adjunctus, ab anno verò MDCC. Eccleſiæ Hartzbergenſis Paſtor & vicinarum Superintendens. Præter inauguralem Diſputationem, quæ eſt de Huberianiſmo falsò nobis imputato, Præſide Celeberrimo D. D. Jo. Georg. Neumanno, anno MDCCIV. habita, ipſe Præſes publicæ

ventilationi ſubmiſit Diſpp. de Impoſitione manuum: de declinando à ſe infortunio, aliasque (b)

(a) vid. Nova Literaria Germ. T. II. MDCCIV. menſ. Auguſt. p. 284.
(b) conf. Nov. lit. Germ. l. c. p. 283. ſeqq.

§. V.

Juſtò nun ordine progredimur ad antiquiſſimam & illuſtrem Bucholcerorum familiam, in amœniſſimis ſoli Miſnici ſpatiis, avitis jam olim gaudentem prædiis, & non opum duntaxat amplitudine, ſed honorum quoque dignitate florentem. (a) Dedit ea familia non Reipublicæ ſolùm, ſed & Eccleſiæ Viros omni laude majores. Jureconſultis verò ſuo jam loco relictis, tres ſaltem ex nobili iſto ſtemmate prognatos commemoramus Theologos. Eorum primus eſt GEORGIUS BUCHOLCERUS, S. S. Theol. Doctor & apud Lipſienſes Verbi Divini Miniſter. De quo audiemus Melch. Adamum, ſequentia referentem: *Georgius Bucholcerus, Theologorum ſui in Miſnia ſeculi doctiſſimus, diſertiſſimus, prudentiſſimus denique fuit habitus. Hinc illi ſummi in diſciplina ſacra honores decreti: hinc divinæ voluntatis publicas ad populum Lipſicum deſigna-*

ſignatus Interpres: hinc eidem Monachorum Marpurgenſium à Viris Principibus demandata fuit reformatio. (b) De mortis genere à Monachis nequiſſimis nequiſſimo auſu procurato idem Adamus: *Cujus* (reformationis) *usque adeò raſi fratres fuère impatientes, ut Virum juxta ac Theologum optimum veneno ſuſtulerint.* (c) Alter hujus Georgii ex fratre Andrea (qui peragratis præcipuis orbis Europæ provinciis, ſeptem linguarum cognitione excultus, domum rediit & rem Patriæ publicam multos annos laudabiliter adminiſtravit (d)) nepos eſt, GEORGIUS pariter BUCHOLCERUS, Eccleſiæ ad D. Nicolai in urbe Berolinenſi Paſtor & Præpoſitus; *cujus nomen etiam hodie eruditis notum eſt ex Epiſtolis publicatis, quas ad illum ſcripſit magnus ille Melanchton.* (e) Tertius denique eſt Georgii jam nominati filius, ABRAHAMUS BUCHOLCERUS (quem Bucholzerum ſcribit Johannes Micrælius (f)) inſignis & Chronologi & Theologi nomen adeptus, natus Schönavii prope Dahmam in Saxonia, non verò Schönhoviæ in Batavis, (g) Anno ſupra milleſimum quingenteſimum undetrigeſimo. Unde opportunè admodum in Melanchtonianam ejus incidit ætas, beatum enim ſe prædicaſſe fertur,

ὅτι τοῖς Μελάγχθονος χρόνοις ἀπήτησεν ἡ γένεσις αὐτοῦ. (h) Rector is, poſt geſta laudabiliter ſtudia, Grünbergenſis Scholæ, nihil tale vel cogitans vel ambiens, conſtitutus eſt. Qua de re Paulus Freherus: Anno, inquit, 1555. ætatis 26. in Sileſiam amicorum viſendorum gratia contendit & Freiſtadii ad Joach. Curæum, Medicum & Philoſophum, divertit: cui roganti, velletne Grünbergam quoque oppidum Freiſtadio vicinum videre? animum ſibi eſſe, reſpondit, non ſingula Sileſiæ oppidula, ſed celebriores tantum urbes obire, ſed ecce 23. Jan. 1556. Grünbergam, ut Scholam ibi inſtauratam moderaretur, à Senatu vocatus, ex conſilio venit, ad quam undique deinde diſcipuli famâ Bucholceri commoti confluxerunt. (i) Hinc à multis ad miniſterium Eccleſ. expetitus, Sprottavienſe acceptavit, cui & præfuit in annum usque 1573., quô ipsô ad functionem aulicam Croſnenſem, vocatus, abiit, & hinc demum accitus Freiſtadium, *ejus loci Eccleſiam ſingulari amore complexus eſt, doctrinæ puritate, eloquentiâ naturali & vitæ integritate conſpicuus: & licet nonniſi finitâ horâ alterâ pro concione peroraſſet, nemini tamen unquam audiendi tædium obrepſit.* (k) Mortem ſibi præſagiiſſe cenſendus eſt, dum inci-

incidendos epitaphii loco ſepulchrali lapidi verſus ipſe compoſuit, cum Dominicâ, quâ de perditâ ove exponi ſuevit pericopa, apprimè concordantes. (l) Qua de re hæc commemorat Melch. Adamus (m): *Itaque quos ſepulchro ſuo incidi voluit verſus, eos maturè contexuit: In quo illud memorabile eſt, quod, qui anteactorum eventuum harmonias magnâ inquiſiverat induſtriâ, idem epitaphii ſui & diei ſepulturæ congruentiam, quaſi divinitus edoctus, attigerit.* Celebrem eum Theologum & Chronologum adpellat Georg. Matthias Königius (n), qui ex Thuano quoque refert, affirmaſſe quendam, univerſam antiquitatem in Bucholceri pectuſculo latuiſſe reconditam. Virum magnum & excellentem ingenio, doctrinâ variâ ac lectione multâ vocat Neander (o) Elogia admodum honorifica, qui ejus vitam & ſingularia accuratè ſatis deſcripſit, ſuppeditat Melch. Adamus (p): *Innotuerat* (inquiens inter alia) *fama eruditionis ejus Sileſiæ univerſæ & Doctorum plerorumque conſenſu ſingularis gloria civitati iſti conceſſa videbatur, quæ Bucholcerum auditura eſſet Religionem ſacram profitentem. Itaque certatim de eo accerſendo Magiſtratus laborarunt.* Et poſt quædam: *Cauſa autem cur Bucholcerum ſummi pariter & infimi am-*

bierint & tot civitates Doctorem ſibi expetiverint, non fuit nulla nec fuit una. Nam principio ei inerat ſingularis in docendo ſuavitas & ſuavis dexteritas, quæ novam ei ſubinde acceſſionem ad nominis gloriam attulerunt. Et mox (q): Jam facundiæ Bucholcerianæ vix parem reperias. Ciceronis dicitur tanta vis fuiſſe eloquentiæ, ut pro Ligario dicens, arma de Imperatoris, quantumvis irati, manu excuſſerit & miſero ſupplici veniam imperrarit. Quod cum legimus, tantum non obſtupeſcimus, & profectò deprecationis Ligarianæ effectus iſte fuit ſingularis. At Bucholcerus in noſtra ſua & mediæ concionis ſuggeſtum nunquam aſcendit, quin de cordibus hominum ipſis, quos ferè vellet, affectus excuteret. Templum ingrediebatur quis ſenſu iræ divinæ perterritus? DEum immortalem, quantâ fidei voluptate perfuſus domum redibat! &c. Iterum: Quemadmodum autem eum propter elegantiam ingenii ſuſpexerunt eruditi; propter judicium in rebus ſacris exquiſitum honorarunt Principes, ita ob virtutem amarunt omnes boni. (r) Scripta ejus Chronologica valdè erudita, laborioſè & accuratè conſcripta audiunt Neandro (s) De Chronologia in ſpecie Wenceslaus Budovvitz à Budovva, Baro

&

& Conſiliarius Cæſareus in literis ad Adamum filium (t) ita judicat: Mitto tibi dono Chronologiam Abrahami Bucholceri, quæ meô judiciô omnes Chronologias, quæ ad noſtrum usque tempus prodiere, (ſalvô tamen pio & utili aliorum labore) ſuperare videtur. Idque non modò exactiſſimâ temporum ſupputatione, ſed etiam eorundem temporum collatione quâdam myſticâ & propheticâ, remotâ tamen omni ſuperſtitione: id quod in nullis Chronologiis tam dextrè factum mihi videre contigit. - - Quoties ſacra biblia leguntur, Chronologia hæc non modò ſtudioſis, ſed etiam iis, qui ſibi Doctores eſſe videntur, à latere eſſe poteſt. - - Denique Chronologia hæc multorum Commentariorum in Biblia ſacra, quibus multi magis impediuntur quam promoventur, eſſe poterit; præſertim politicis hominibus & circa rerum gubernacula verſantibus, qui evolvendis multorum ſcriptis vacare non poſſunt. Conf. pluribus Jac. Aug. Thuanus (u) Martinus Hanckius, Gymn. olim Vratiſlavienſis Eliſabethani Rector, Phil. Prof. & Scholarum A. C. addictarum Inſpector (x) B. D. Joh. Andr, Quenſtedius (y) D. Caſp. Sagittarius (z) Thomas Pope Blount, (aa) Joach. Paſtorius (bb), alii.

(a) vid.

(a) vid. Melch. Adamus in Vitis Theologorum Germ. p. 261.

(b) l. c. p. 261. b.

(c) ibidem.

(d) teſte Adamo, p. 262.

(e) Verba ſunt denuò Adami, l. c.

(f) in Hiſtoria Eccleſ., Lib. III. Sect. II. p. 744. itemque Theoph. Spizelius in de Vaticiniis quibusdam Angelicis amica & placida collatione, edita Auguſtæ Vindelicorum anno MDCLXVII. in 8., p. 28.

(g) ut autumat Jacobus Aug. Thuanus Hiſt. lib. LXXX. in utraque quidem editione, Genevenſi altera, altera Francofurtana.

(h) Nec abs re factum illud à Bucholcero, cum eâ ætate nemo ullus Melanchthone exiſteret eruditior. Communis hinc Germaniæ Præceptoris titulum promeruit. Recteque omnino Morhofius in Polyhiſt. Lit. Lib. I. c. XIX. §. XXXIII. p. 243. edit. noviſſimæ: Quantus Vir fuerit Philippus Melanchthon, nemo ignorat; pluris ſanè æſtimandus, quam vulgò ſit. Primus ille in Germania diſciplinarum omnium & purioris Theologiæ cum Luthero reſtitutor, nullum eruditionis genus intactum reliquit, ut in ſingulis habitare, non peregrinari videretur. - - Stylus ipſi purus & limpidus, nonnunquam humilis, nonnunquam aſſurgens: plena tamen ingenii & prudentiæ omnia. Vid. idem Lib. I. c. XVI. §. LI. p. 196.

(i) in

(*i*) in Theatro Virorum erud. clar. p. 258. b.
(k) Verba ſunt Freheri, p. 259. a.
(*l*) *Ita verò illi ſonant:*

Hîc pie Chriſte tuo recubat quæſita cruore
Inque tuo gremio parvula dormit ovis.
Reddidit hæc animum balanti voce fidelem
Huic Paſtor dicas, intret ovile meum!

(m) in Vitis Theoll. p. 267. a.
(n) in Bibliotheca V. & N. p. 141. a.
(o) in Geographiæ Part. I.
(p) l. c. p. 264. b.
(q) p. 265. a.
(r) p. 267. b.
(s) l. c.
(t) anno MDCIII. exaratis.
(u) ad ann. MDLXXXIV. apud Blountium loc. mox cit.
(x) de Script. Rerum Rom. Part. I. p. 241.
(y) de patriis illuſtr. Virorum p. 231.
(z) Introd. in Hiſt. Eccl. c. XI. §. XVII. p. 122. ſeqq.
(aa) in Cenſura celebr. Autorum p. 787. ſeqq.
(bb) in Palæſtra Nobilium §. XXX., apud Th. Crenium Methodorum Tom. II. num. VI. p. 343., qui & de Indice Chronologico Bucholceri videri poteſt Tom. III. Methodor. n. XIII. p. 452.

§. VI.

§. VI.

Merita CAROLI AUGUSTI à BÜLOW hodieque poſt fata veneratur civitas Roſtochienſis, quæ Paſtorem primarium Petrinum, licet per temporis ſpatium haud prolixum, fovit: Non itaque à numero Theologorum Nobilium excludendum. In orbem is ingreſſus eſt Güſtrovii, Ducum Megapolitanorum ſede, anno milleſ. ſexcenteſ. ſexageſimo octavo, (Parente Adamo Henningo à Bülovv, Hæreditario in Glaſau, Gramſau & Briſtau, olim Cameræ Ducalis Güſtrov. Præſide, poſt ſupremo ditionis Boitzenburgenſis Præfecto, demum Conſiliarlo per terras Meclenburgicas Provinciali) egreſſus ex eodem Roſtochii, an. MDCCI. Quamvis verò de eo genere gratulari ſibi Noſter potuerit, ex quo Reges procreari DEus voluit (a); ſtudium tamen Theologicum cum Juridico, cui per integrum jam triennium invigilaverat, commutare nullus dubitavit, ex nobiliſſimo ſtudio maximum generis nobilitati accedere ſplendorem planiſſimè exiſtimans. Vitam, quam perſequi noſtri non eſt inſtituti, prolixè expoſuit B. D. Andr.Dan. Habichhorſtius in Roſtochio Literato (b) & Magnif. Dn. D. Jo. Petrus Grünenbergius

bergius Noſter in Programm. (c), cui ſua debent Novorum Lit. Collectores (d).

(a) vid. Dn. D. Grünebergii Programma funebre, publicatum, anno MDCCI.

(b) anno MDCC. Roſtochii edito in 8., Ord. IV. Num. III. p. 333. ſeqq.

(c) funeri Büloviano ſacro, jam cit.

(d) in Nov. Lit. Maris Balt. & Septentr. de anno MDCCI. Menſ. Septemb. p. 258.

§. VII.

Non ſubticenda nobis eſt nobilis & antiqua Dornkrelliorum familia, quæ Viros noſtræ dedit Eccleſiæ, Nobilibus Theologis haud immeritò adnumerandos. De Gente repetimus verba, à Novorum Germaniæ Literariorum Collectoribus (a) conſignata: *Sunt autem Dornkrellii ab Eberhertz perantiquo & nobili genere oriundi è Moravia, ubi ad fines Bohemiæ quatuor milliaribus Iglaviâ diſſitum eorum palatium avitum* Eberhertz / *à quo cognomen traxere ſuum. Progenitores rebus pace ac bello geſtis clari, more antiquorum ſeculorum ex ſpeciali Regum Bohemorum gratia hiſce nobilitatis inſignibus fuerunt condecorati, ut geſtarent in galea Epiſcopi effigiem albâ ſacrâque induti ſtolâ, lævâ manu pedum argenteum tenentis, dexterâ exaltatâ digitisque prioribus elevatis benedictionem dantis*

dantis. Clypei in medio ſecti pars anterior argento, poſterior coccò coruſcabat. Numerantur verò inter Majores Henricus, Conradus, Andreas, Erhardus, Franciſcus, Nicolaus, Johannes, Erneſtus, Georgius, Fridericus, omnes Dornkrellii ab Eberhertz/ *legitimo matrimonio prognati juſtâque ſerie deſcendentes.* Nobis, miſſis jam illis, ſuffecerit duos ex eadem Gente ortos Theologos commemoraſſe. Quorum prior eſt TOBIAS DORNKRELLIUS, Tobiæ, Phil. & Med. D. & civitatum Ultzenſis ac Lüneburgenſis Phyſici Ordinarii, filius, Seculi ſexti & decimi anno nonageſimo octavo in lucem editus, denatus verò Seculi ſuperioris quinquageſimo octavo, Verbi Divini apud Ultzenſes & Luneburgenſes Miniſter, Theologus & Chronologus accuratiſſimus. Innotuit editâ à ſe Harmoniâ Evangelico-Apoſtolicâ & elaboratis JEſu Chriſti ac Divi Pauli Vitis. (b) Poſterior Tobiæ filius, JACOBUS DORNKRELLIUS, eſt, S. S. Theol. Lic. (pro quo Gradu obtinendo heîc loci Præſide immortalis nominis Theologo, D. Juſto Chriſtoph. Schomero de Nobili Harmoniæ ſacræ ſtudio diſputaverat (c)) & Verbi Divini Miniſter. Singulare hujus Viri eſt, quod tantoperè vitâ privatâ fuerit delectatus, ut ad eam ſemel iterum-

que

que, relictis ultrò officiis Eccleſiaſticis, quibus admotus fuerat, redierit. Quare haud incommodè à Caſp. Henrico Starckio, Lubecenſi, Doctis adnumeratus eſt, qui Vitam privatam honoribus officiisque publicis prætulerunt. (d) Nos, quæ habentur in Novis Literariis Germaniæ, (e) communicabimus. Hunc verò in modum illa: *Lucem ille* (Jacobus Dornkrellius) *vidit Luneburgi, 1643. 23. Aug., abſolutisque ſtudiis conſtitutus eſt 1668. Paſtor Holdenſteti ſub Ephoria Ultzenſi, ubi per annos 17. integros ſacro officio functus. Anno autem 1685. exemplô admodum varô, relictô, bona cum gratia ac Venerandi Conſiſtorii Cellenſis conſenſu, Holdenſtetô, domicilium fixit Lunaburgi, ibique propriis ſumptibus, comparatâ etiam hunc in finem typographiâ, publici juris fecit Biblia ſua Hiſtorico-Harmonica, opus curæ & laboris immenſi utilitatisque haud ſpernendæ. - - Anno 1690. Sereniſſimus Elector Brandenburgicus, nunc Rex Boruſſiæ, ipſi credidit Præpoſituram Gultzovienſem in Pomerania ulteriori, cui per integrum decennium præfuit. Anno 1700. ordinatis rebus domeſticis elocatisque filiabus omnibus, Hamburgum ſe contulit, conſtituitque vitam, quæ reſtabat, privatam tranſigere Bibliaque Dogmatico-Parallela - - edere. Anno*

H

no tamen ſuperiori hinc ad filiam valetudinis curandæ gratia diſceſſit, ubi vitam cum morte commutavit, opere iſto, quantum ſcimus, nondum perfecto. (f).

(a) in Nov. Lit. Tom. III. de anno MDCCV. menſe Jul. p. 277.

(b) vid. Nov. Lit. Germ. l. c. p. 278.

(c) Anno MDCLXXXVI.

(d) in Tract. Hiſtorico-Morali ea de materia hoc ipſo anno evulgato Lubecæ in 4to, c. II. §. XIV. p. 56. ſeq. conf. & cap. I. §. IV. p. 9.

(e) Tom. III. p. 276.

(f) Recenſitum eſt Opus iſtud Biblicum ab iisdem Collectoribus, in Nov. lit. Germ. Tom. I. de anno MDCCIII. p. 358. 359. vid. Autores der unſchuldigen Nachrichten / anno MDCCII. p. 265. ſeq. De cætero conf. D. Schomerus in Programmate Diſp. inaug. præmiſſo.

§. VIII.

Aliquô fortaſſe modô huc referri poterit ANDREAS DUDITHIUS, (a) Nobilis Pannonius. Quamvis enim primis temporibus profeſſione externâ noſter non fuerit, defunctus quippe apud Romano-Catholicos Tinienſi primum, poſt Choncidienſi, ac demum Quinquecdeſienſi Epiſcopatu; (b) tantum tamen, ſpartam licet ſuſtinens, in Eccleſia Romana, noſtræ Religionis fautorem ſe exhibuit, ut depoſito Epiſcopatu ſuo Religionem

gionem Evangelicam amplexus (Romam idpropter à Pontifice citatus, cumque determinato ibidem tempore non compareret, proſcriptus) Vratislaviæ inter Evangelicos domicilium fixerit. Prius verò, quam quoad externam profeſſionem nuncium Papatui mitteret, Concilio Tridentino, ad quod Cleri Hungarici nomine miſſus fuerat, interfuit. In quo, cum, quæ gerebantur, in numerato haberet, ſequentem exaravit ad Maximilianum II. epiſtolam, gravitate pleniſſimam, quam ex Hiſtoria Concilii Tridentini Suaviana exhibet D. Chriſtianus Kortholtus (c) His verò concepta ea verbis eſt: *Quid profici potuit in illo Concilio, in quo numerarentur, non ſuis momentis ponderarentur ſententiæ. Quod ſi causâ, ſi ratione pugnandum fuiſſet, ſi pauci quidem ſocii nobis adfuiſſent, viceramus, quamvis nos pauci magnas copias adverſariorum. Sed cum numerus tantum prodiret in aciem, quô longè inferiores futuri fuiſſemus, in optima cauſa victores diſcedere non potuimus: Singulis noſtrum centenos de ſuis Papa potuit opponere: ac ſi centeni parum multi viderentur, repente mille creare potuit, quos ſuis laborantibus ſubſidio mitteret. Itaque videre erat, quotidie Epiſcopos famelicos & egen-*

tes, ex majori parte barbutulos adoleſcentes luxuque perditos Tridentum volitare, conductos ad ſententiam ſecundum Papæ voluntatem dicendam, indoctos illos quidem & ſtolidos, & tamen impudentiâ & audaciâ utiles, hi cum ad veteres adulatores Papæ acceſſiſſent, tum verò victrix exſultabat iniquitas, neque decerni jam quicquam potuit, niſi in eorum ſententiam, qui Papæ potentiam luxumque defendere ſummam religionem arbitrabantur. Erat aliquis vir gravis & eruditus, qui tantam indignitatem ferre non poterat, hic ut non bonus Catholicus terrore, minis ac inſectatione à Concilio ad probandum, quæ nollet, traducebatur: in ſumma, in eum ſtatum res eſt deducta, iſtorum qui illuc facti inſtitutique venerant improbitate, non ut jam Epiſcoporum, ſed larvarum, non hominum, ſed ſimulacrorum, quæ nervis moventur alienis, ut Dædali ſtatuæ fuiſſe perhibentur, Concilium videretur. Erant Epiſcopi illi conductitii plerique ut utres ruſticorum muſicum inſtrumentum, quos, ut vocem mittant, inflare neceſſe eſt. Nil habuit cum illo conventu Spiritus S. commercii, omnia erant humana conſilia, quæ in immodica & ſanè quam pudenda Pontificum dominatione conſumebantur.

Illinc

Illinc reſponſa tanquam Delphis aut Dodone exſpectabantur, illinc nimirum Spiritus ille S. quem ſuis Conſiliis præeſſe jactant, tabella in manticis incluſus mittebatur: qui, quod admodum ridiculum eſt, cum aliquando, ut fit, aquæ pluviis excreſcebant, non ante advolare poterat, quam inundationes deſediſſent. Ita fiebat, ut Spiritus non ſuper aquas, ut eſt in Geneſi, ſed ſecus aquas ferretur. O portentoſam & ſingularem dementiam! ratum nihil eſſe poterat, quod Epiſcopi tanquam plebs ſciſceret, niſi Papa Auctor fieret. &c. Vitam ingenui hujus Confeſſoris expoſuit Thuanus, Scriptor verè Auguſtus. (d) Eloquentiæ Tullianæ tantus fuiſſe fertur admirator ſectatorque, ut integrum Ciceronem ter manu propriâ deſcripſerit. (e) Philippus Caroli, primum Prof. Altorfinus, poſt ad Pontificios Apoſtata (f) eum vocat Virum natalium claritate, ingenio, omni ſcientiarum genere excultum. Thomas Crenius ſequentem in modum de eo judicat in Animadverſionibus (g): *Claudam hoc caput rariſſimâ quâdam Epiſtolâ Andreæ Duii -- Pannonii, JCti, Epiſcopi Quinqueclеſienſis, -- trium Imperatorum Conſiliarii & Oratoris Tullianæ eloquentiæ ſectatoris admirabilis, Viri literis inſigniter exculti & rerum politicarum*

 uſu

uſu probati. Interfuit is Concilio Tridentino, in quo varias Orationes habuit, quarum duæ, altera de communione ſub utraque ſpecie, altera de ſacerdotum conjugio, tunc per Germaniam publicatæ ſunt. (h) Equidem à Reformatorum quibusdam, nominatim Gisberto Voëtio & Joh. Hoornbeckio (i) ad Arianiſmum prolapſus Noſter dicitur; contrarium verò patere videtur ex Georg. Mich. Lingelsheimii, ad Helvetios olim Legati (k) binis Epiſtolis, editâ jam olim unâ (l) alterâ à Crenio primum evulgata, quam Animadverſionibus ſuis Philologico-Hiſtoricis inſeruit (m).

(a) Ita communiter nomen ejus ab Authoribus ſcribitur; ex MSCta verò quadam ipſius Dudithii epiſtola ad Joach. Camerarium, anno MDLXVIII. exarata, quam exhibet Eruditiſſimus Thomas Crenius, Tom. II. Animadverſionum Philol. Hiſt. c. IV. §. X. p. 140. ſeq. patet, quod rectius ſcribatur Dnditius.

(b) vid. B. Caſp. Sagittarius Introduct. in Hiſt. Eccleſ. cap. XXXII. §. XXXIII. p. 822.

(c) in Prodromo ingenui Theol. Cultoris, poſt fata Viri ſummi MDCCIV. edito, cap. II, §. X. p. 54. ſeqq.

(d) in Hiſtor. Lib. XCVI. p. 476. Add. Quenſtedius in Patriis Virorum illuſtrium, Witteb.

teb. MDCLIV. in 4. ed., p. 261. & Autores der unſchuldigen Nachrichten / de anno MDCCII, p. 875. ſeq.

(e) vid. Joh. Hoornbeckius in Apparatu ad Controverſias & Diſputationes Socinianas, p. 61.

(f) Animadverſionum Hiſtor. Philol. Criticarum in Agellii Noctes Atticas, Lib. XIV. c. I. Aphor. III. p. 523.

(g) Tom. II. c. IV. §. X. p. 138.

(h) Gisberti Voëtii, celeberrimi multæque lectionis, (judice Crenio l. c. p. 142.) Theologi, judicium, vid. in illius Exercitatione de Prognoſticis Cometarum, p. 21. edit. Amſtelod. anno MDCLXV. in 4to.

(i) quorum verba admodum prolixa adduxit Crenius loc. all. p. 142. ſeq.

(k) In cujus Epiſtolis (judice Morhofio in Polyhiſt. Lit. Lib. I. c. XXIV. §. XC. p. 331.) multa habentur, quæ pertinent ad ſtatum Germaniæ ſuperiorum temporum, ad Aulas Principum tum temporis inteſtinis malis turbatiſſimas, habentur & de rebus literariis notitiæ non contemnendæ.

(l) quæ reperitur inter Cll. & Doctiſſimorum Viror. ad Melch Goldaſtum Epiſtolas, Num. CCCVIII. p. 370.

(m) Tom. II. p. 153.

§. IX.

Majori, quam Duditium, jure ad Nobiles Theologos Lutheranos referimus PETRUM

EDELINGIUM, anno ſupra milleſimmum quingenteſimum viceſimo ſecundo nobili loco in Pomerania natum, denatum verò Seculi ſuperioris anno ſecundo, Theologum & annis venerabilem & multis in Eccleſiam Orthodoxam meritis inclytum. Is poſt abſoluta feliciter ſtudia Doctoratus Philoſophici axiomate ornatus & Profeſſor in alma Pomeranorum Gryphica conſtitutus, non multò poſt ad Paſtoratum Paſevvalcenſem & demum ad Superindentiam Epiſcopatus Camminenſis Generalem ſimulque ad Decanatum Capituli Colbergenſis evectus eſt. Conſcripſit Tabulam Gentilitiam Familiarum in inclyta Colberga: Continuationem Diarii Eberiani aliaque. (a) Vid. de eo Chriſtoph. Hartknochius (b).

(a) conf. Henningus Wittenius in Diario Biograph. Part. I. ad annum Chriſti MDCII.
(b) in der Preußiſchen Kirchen-Hiſtorie, Lib. II. c. V. §. I. p. 459.

§. X.

Commemorandus nunc eſt Theologus immortalium in Eccleſiam Chriſti univerſam meritorum gloriâ prorſus illuſtris, MATTHIAS FLACIVS, Illyricus (a) aliàs Francovvitzius adpellatus (b), Profeſſor primum Theologus Jenenſis, ob notiſſimum verò de pecca-

peccato errorem (c) (quô & hoc effecit, ut imago ejus in Bibliotheca Academica Jenenſi reliquis Theologis exempta in loco ſeparato poſita fuerit, (d)) variis in locis, nominatim Ratisbonæ, Antvverpiæ, Argentorati & Francofurti, ubi deceſſit ſeculi ſexti & decimi anno ſeptuageſimo quinto, exul. Vitam ejus prolixè ſatis expoſuit Melch. Adamus in Vitis Theologorum Germanorum (ad quas eundem referri poſſe putavit, cùm fuerit Germanus licet non ſatu, ſaltem incolatu) (e) & recentius M. Jo. Caſp. Zeumerus (f) Notabile eſt, quod relicto Monachatu, cui per tempus aliquod fuerat addictus, perlectis nonnullis Evangelicorum libris, ad eorundem caſtra tranſierit. Qua de cauſa ad Converſos Pontificios ex lectione librorum Lutheri Lutheranorumque Theologorum, de quibus Schediaſma Hiſtorico-Theologicum vulgavit Dn. D. Götzius (g), referri meretur. De meritis illius ſequentem in modum iudicat Dn. D. Fechtius (h): *Matthias Flacius Illyricus, Vir divini ingenii, & ob quædam ingenii monumenta ſingularem in totam Eccleſiam noſtram uſum ad hodiernum usque diem diffundentia, utpote Notas in Novum Teſtamentum: Clavem Scripturæ, & Centurias Magdeburgenſes, immortalem famam adeptus.*

ptus. In oppugnatione Interimiſtarum vehementior & iniquior quibusdam videbatur, præcipuè in Præceptorem ſuum Melanchthonem; ſed hic laudem potius Zelus merebatur, ejus enim contra Melanchthonis teporem, quò jam plurima Pontificiis conceſſerat, & Calvinianos planè in ſinum ſuum recipiebat, rigor niſi fuiſſet, magno præcipitio tota Proteſtantium Eccleſia ad Papiſmum relapſa fuiſſet, judice Jo. Hoornbeckio in Synopſi Controverſiarum. Idem alio loco (i): *Matthias quoque Flacius, illuſtriſſimum inter Theologos maximorumque meritorum, ſi excitatam ultimo vitæ tempore tragœdiam excipias, nomen.* D. Joh. Micrælius (k) Virum vocat de Eccleſia Chriſti optimè meritum & contra Pontificios ſimul & Synergiſtas & Calvinianos imperterritum veritatis aſſertorem. Et (l) inſignem Theologum, immortali dignum nomine. Dn. D. Quenſtedius ſuperioris ſeculi originem (m) Joh. Caſp. Zeumerus: (n) *Hic, Flacius*, ait, *quamvis cùm aliis tùm præcipuè paradoxo illo de peccati ſubſtantia, non exiguas in Eccleſia Chriſti turbas dederit, laude tamen ſuâ defraudandus non èſt ob egregia, quæ reliquit, ſcripta, quibus aut Antichriſti regnum oppugnatum, aut Theologiæ Studioſos ivit adjutum.* Malè itaque Flaccius nequidquam

quam recti feciſſe dicitur, niſi cum moreretur, Guil. Budæo, Viro aliàs eruditiſſimo (o), de quo videri poſſunt Paulus Jovius (p) Ludov. Vives (q) Eraſmus Roterodamus (r) Caſp. Barthius (s) aliique. Labores Flacii noſtri quod concernit, inter illos primò quidem loco jure collocari meretur illuſtre *Centuriarum Magdeburgenſium Opus*, quod non tantum non ſpernendum, ſed planè heroicum eſt, dicente illuſtri Böclero. (t) Non pauci quidem contra illud inſurrexerunt (u); ſed laudes ejus maſculè vindicatæ ſunt à Joh. God. Oleario, (x) Jo. Georg. Dorſcheo (y) & Rumetſchio (z) Inſigne & nobile Opus vocat, quale priſtina ætas nunquam viderit, D. Georg. Calixtus (aa) Jo. Henr. Hottingerus: *Quod opus* (inquit) *non tam ex nævis, qui à nonnullis jam ſunt obſervati, quam inexpugnabili æſtimari debet labore & inaudito antea conatu.* (bb) Rich. Montacutius (cc): *Centuriatores qui dicuntur Magdeburgici* (ait) *facinus aggreſſi pulcherrimum, opus arduum, Herculeam molitionem, qui de disjectis hinc inde & vagè varieque diſperſis ruderibus antiquitatis, colliſa plerumque diſſipata & diſſecta, ædificium quoddam inſigne ac uſu eximium orbi Chriſtiano conſtruxerint.* Et, qui primò collocandus locò fuerat, Dn. D. Fecht. (dd)

Inter

Inter admiranda , infit , *hujus ſeculi noſtri meritò refertur magnum opus Centuriarum Magdeburgenſium.* Duplex verò eſt Operis iſtius editio , Oporiniana altera eaque optima , altera Luciana eaque mutila. De qua Thomas Crenius : Centurias Magdeburgenſes, opus ob Hiſtoriam Eccleſiaſt. lectione digniſſimum præfationibus longè utiliſſimis librarius ſpoliavit Helvetius, Lucius, omiſſis quoque, quem in finem neſcio, ipſis Autorum nominibus, niſi fortè, ut videri poſſit proprium. (ee) Præcipium Operis hujus immenſi Autorem & ἐϱγοδιώκτην fuiſſe Flacium, quamvis operà adjutum Jo. Wigandi, Matthæi Judicis, Baſilii Fabri , Andr. Corvini & Thomæ Holthuteri, quorum & nomina dedicationibus ſubſcripta deprehenduntur (ff), unô ore teſtantur omnes. Jo. Andr. Quenſtedius: *Ipſi etiam* (Flacio, inquit) *utpote in ſcriptis veteribus Eccleſiaſticis & ad Hiſtoriam facientibus verſatiſſimo* (gg) *inſigne illud opus & quale priſtina ætas nunquam viderat, Centuriarum Magdeburgicarum , maximam partem debemus.* (hh) Richardus Montacutius (ii) : *Scio unum de primariis illius incepti operis & abſoluti Autoribus, Virum certè induſtriæ prodigioſæ, librorum quendam immanem beluonem & Biblio-*

Bibliothecarum omnium περιφοιτήτην, *furioſum tamen Theologum, Flacium Illyricum, novarum quarundam & monſtroſarum opinionum extitiſſe adinventorem.* (kk) De continuatione Centuriarum jam dudum agitata ſunt conſilia, ferturque annuô olim honorario à Sereniſſimis DD. Brunſvico-Lunæburgenſibus donatus, ut earum ſuſciperet continuationem Vir ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam natus factusque tractandam, D. Gebh. Theod. Meierus. (ll) Poſt iſtius fata Conſilium de emendatione, defenſione & continuatione Centuriarum edidit non minus Meiero celebris in ead. Acad. Julia Profeſſor D. Jo. Andr. Schmidius (mm), cujus utrum ſperandus ſit effectus, tempora nos ſecutura docebunt. Solus verò nullorumque adjutus operâ Flacius edidit *Catalogum Teſtium Veritatis*, opus omninò pretioſum, tantoque majoris æſtimandum, quanto majori periculo ab ipſo conlectum fuit congeſtumque. *Clam enim* (verbis loquar Dn. D. Fechtii (nn)) *& ſub nomine hominis Pontificii omnes Pontificiorum in Monaſteriis Bibliothecas perreptaverat, ſcripta in iis inventa unà cum iis, quæ contra Papatum faciebant, annotans & Catalogo inſerens.* Eundem in modum Crenius (oo): Catalogus iſte Flacianus integer ferè legitur

legitur in Jo. Wolffii Tabernæmontani, JCti, Lectionibus memorabilibus. Flacius verò ad illum concinnandum totam Stiriam, Auſtriam, & vicinas regiones perreptavit, libros undiquaque conquirens, diſſimulatâque perſonâ & habitu pleraſque Monaſteriorum Bibliothecas perluſtrans, è quibus etiam, quos potuit, libros clam ſecum abſtulit, teſte Melchiore Adamo in ejus vita & Paulo Ebero in literis ad Farenheidium. (pp) De eo ſequentem in modum judicat B. Jac. Thomaſius (qq) *Matthias Flacius, Illyricus, Teſtium Veritatis ſuperiore ſeculo Catalogum ſanè luculentum & uberem conſcribens, Eccleſiam ſibi noſtram nunquam intermorituro obſtrinxit beneficio.* (rr) Præ reliquis duæ ejus memorandæ ſunt editiones, Goulartiana una, altera Dieterichiana. De priore Hottingerus (ss): Editio hæc noſtris maximè commendanda, veluti totius antiquitatis Eccleſiaſticæ promptuarium. Thomas verò Crenius hæc de ejus habet inſtituto (tt): *Simon poſtea Goulartius illum librum non aliter, ac ſi proprius labor eſſet, tractavit, addidit, rejecit, quæ voluit, pro lubitu, & accuratiore, ut præ ſe fert, ordine chronologicô digeſta teſtimonia in XX. libros diſtinxit, ut aliud ferè opus videretur. Prrdiit duobus Tomis*

Lugdu-

Lugduni 1597. in 4to, auctius verò Genevæ 1608. in fol. ubi ab An. 1517. ad ann. 1600. teſtimonia adjuncta reperiuntur. Meritò hinc B. Thomaſius, quod ſua à Placianis nullô ſignô diſtinxerit Goulartius, queritur. (uu) Dieterichii verò editionem (xx) Goulartianæ palmam præripere docet Caſp. Sagittarius Introduct. in Hiſt. Eccleſ. (yy) De ea Crenius ita pronunciat: *Johannes verò Conradus Dietericus Catalogum illum, uti à Flacio profectus erat, ſincerum exhibuit; elogia & cenſuras doctorum virorum præmiſit, notulas quasdam adſperſit & auctarium addidit, etiam Tractatus aliquot à Flacio editos, ut: de Papæ primatu, & ſimiles ſubjunxit. Prodiit diſſimulato Dieterici nomine Francofurti A. 1666. & Cattopoli 1667. in 4to. Sed adjectum illud fuit in editione noviſſima Francofurtenſi Anno 1672. in 4to.* (zz) De eadem Thomaſius (aaa): *Catalogus huic noſtris temporibus inſigne auctarium adjecit Clariſſimus Philologus, Jo. Conr. Dietericus, Græcar. lit. & Hiſt. apud Gieſſenſes, dum viveret, Profeſſor eximius.* Clavem Scripturæ Flacianam maximo in pretio Eruditis haberi neminem fugit. Rectiſſimè Crenius (bbb): *Sed mittamus,* inquit, *iſtas affanias & audiamus unum ex optimis (excipe tamen errorem de peccato) Proteſtantium*

tium Interpretibus, cujus Clavis Scripturæ ſtudio quidem in Exegetico omnem laudem ſuperat, quippe cujus è fontibus nemo non ferè ſuos hortos irrigat, etiamſi plurimi id de induſtria tacent, ne nimirum è Lutherano ſapere videantur. Neque immeritò Jo. Henr. Hottingerus, quanquam ἀλλόφυλ@., (ccc) *Plura*, ait, *in hoc ſubſidii genere præſtitit Flaccus* (rectius: Flacius) *Illyricus in ſua Clavi, quæ magni tum laboris tum uſus opus.* Haud minori in pretio habetur Opus illud, quod ſub Gloſſæ in Nov. Teſt. nomine prodiit, conſummatiſſimum. Ad cujus Præfationem, quod facit, memoratu digna ſunt, quæ refert Crenius (ddd), ſcil. B. D. Joh. Chriſtoph. Seldium, Superint. Gen. olim Coburgenſem & Theol. in Gymn. illuſtri Profeſſorem (cui alio loco idem Crenius elogium admodum inſigne ſuſpendit, (eee)) tres cumprimis ſuis commendare ſemper conſueviſſe Præfationes (1) D. Glaſſii in Biblia Vinarienſia, ſive Erneſtina, virulenta à maledicentia Viti Erbermanni vindicata à D. Joh. Muſæo, Præf. Tract. de Converſione hominis peccatoris ad DEum, nuperrimè recuſi; (2) Matthiæ Flacii Illyrici Præf. unà cum Dedicatione in Gloſſam compendiariam Novi Teſt. Et denique (3) D. Nic. Hunnii Præf. Διασκέψει

Theo-

Theologicæ de fundamentali Diſſenſu Doctrinæ Evangelicæ Lutheranæ & Calvinianæ ſive Reformatæ præfixam. De ipſa verò Gloſſa (ſicut & de Centuriis & Clave Script.) Dn. D. Fecht. confiteri nullus dubitat, *quod æternam obtineat & obtentura ſit laudem.* (fff), De cætero conferri de Flacio poterunt Conradus Geſnerus (ggg) Jacobus Verheyden (hhh) Adr. Beierus (iii) Dn. D. Fechtius (kkk) Joh. Andr. Quenſted. (lll) Henr. Pantaleon (mmm) Godofredus Arnoldus (nnn) Ge. Math. Königius (ooo) & Joh. Barth. Niemeirus (ppp) Quoad cognomines Flacii ſequentia repetimus ex Jo. Mölleri Homonymoſcopia (qqq): *Matthiæ Flacio Illyrico, inquientis, Theologo Lutheranorum ſuperioris ſeculi omnium facilè eruditiſſimo, ſed ingenii turbulentioris & plus juſto contentioſi,* ὁμώνυμος *fuit præter Filium, Profeſſorem Acad. Roſtoch., Medicum inſignem, licet non ex omni parte. Matthæus Flaccus, Cygnæus, Poliater Seculo ſuperiori Berolinenſis, ob novaturiendi in arte ſua ſtudium à Dav. Chytræo amico notatus.* (rrr)

(a) à patria nomen ſortitus, Albonæ enim Illyrici, hodie Sclavonia appellatæ provinciæ, oppido nobili loco natus eſt. Vid. Dn. D. Fecht. de Nobil. Studii Theol. §. XXV. A

vulgo Lirx dictus, qua de re ſingulare aliquod exemplum adfert B. Chriſtoph. Henr. Lœberus, Superint. Orlamundanus, in Hiſtoria Diœceſ. Orlamundenſis.

(b) vid. Adr. Beierus, Eccl. Jen. olim Archidiac. & Fac. Phil. Adjunctus in Nomendatore Prof. Jenenſ. p. 453. Paulus Freherus in Theatro p. 236. a Jo. Caſp. Zeumerus in Vitis Theoll. Jenenſ. p. 33. Königius in Bibl. &c.

(c) Vid. de eo Theoph. Spizelius in Felice literato, Comment. V. §. VII, p. 605. Ex inſtituto de Flacianiſmo egerunt D. Jo. Wigandus Seculo ſexto & decimo, ſuperiore verò D. Jo. Ern. Gerhardus, Theologus Jenenſis, & D. Gerhardus Titius Theologus Helmſtadienſis. Ad rem ipſam quod ſpectat, in potius loquendi, quam in ſenſu Flacium erraſſe judicat D. Seb. Schmidius, De Peccato Orig. Diſp. II. §. V.

(d) Conf. Caſp. Sagittarius Introd. in Hiſt. Eccl. c. XIII. p. 244.

(e) p. 225. ſeqq.

(f) l. c. p. 33. ſeqq.

(g) Lipſiæ excuſum, MDCCV. in 4to.

(h) Coll. MSC. in Rechenbergii Summ. Secul. XVI. §. XX.

(i) de Nobil. Studii Theol. §. XXV.

(k) in Hiſt. Eccl. Lib. III. Sect. II. p. 891.

(l) p. 758.

(m) in Patriis, p. 262.

(n) l. c.

(n) l. c. p. 37. 38.

(o) Centur. XVI. *θανατολογίας*, ad ann. MDLXXV.

(p) in Elogg. doct. Virorum, num. XCVII.

(q) in II. Auguſt. de Civ. Dei, c. XVII. p. 208. ſeq.

(r) Adnotationibus in Matth. V. p. 29. & I. Epiſt. VII. p. 14. 15.

(s) in Adverſariis L. I. c. X. col. 20. apud Th. Crenium Methodorum Tom. II. num. I. p. 2. ſeqq.

(t) in Hiſt. univ. primorum ſeculorum, p. 16.

(u) Nemo tamen majore niſu invectus eſt in eaſdem, quam Cæſar Baronius, opere conſcripto, quod triginta annorum laborem ipſe vocat. Evehunt quidem plerique Pontificiorum illud ſupra omnes cœlos, ſed qui ſine affectu judicant, unicum ejus finem fuiſſe dicunt, ſtatuminare pontificis Monarchiam, corraſis in eam rem quibuscunque & ſæpe contra manifeſtam veritatem detortis. Quare & à ſuæmet religionis ſociis ſubinde refutatus, quem ideò D. Dannhauerus in Præf. Chriſteid. vocat *Actæonem à ſuismet moloſſis laniatum.* vid. Dn. D. Fechtius Coll. MSC. ad Hiſt. Eccl. Seculi XVI. cap. LV., quod Memorabilia illius Seculi complectitur, §. VI. conf. ejusd. Coll. cap. XVI. §. XIIX. add. Morhofii Polyhiſt. Pract. Lib. IV. c. I. §. XII. p. 35.

(x) in Abaco Patrologico (de quo vid. judicium D. Fechtii Coll. MSC. in Rechenbergium, Sect. I. §. II. & Jo. Andr. Boſii Introduct. in notiam Scriptorum Eccleſ. c. III. §. XL., apud Crenium Methodorum Tom. III. p. 448.

(y) in Theologo latrone, Præfat. p. 32. ſeqq.

(z) de univerſali Doctorum hiſtoria, p. 35. ſeqq.

(aa) in Apparat. Theol. p. 184. 185.

(bb) Bibliothecar. quadripart. lib. III. c. III.

(cc) apud Sagittar. Introduct. in H. E. c. XIII. §. XV. p. 275.

(dd) Lectionum ad Hiſt. Eccl. Sect. XVI. c. LV. §. VI.

(ee) Animadverſ. Tom. I. c. I. §. II. p. 2.

(ff) Sagittarius l. c. §. III. p. 245.

(gg) quod & fatetur ultrò G. Calixtus l. c. p. 184.

(hh) in Dial. de Vitis ill. Virorum, p. 263.

(ii) Præfat. ad Exercitat. Eccleſiaſticas.

(kk) Plura vid. apud Thom. Pope Blount, in Cenſ. p. 714. ſ.

(ll) conf. Sagittar. l. c. §. XXI. p. 282. (non 152., quam citat in Propylæo Schlüterus p. 25.) add. Wilh. Ern. Tentzelius Colloq. Menſtr. MDCLXXXIX. p. 480.

(mm) quod recenſitum eſt ab Authoribus des alten und neuen aus den Schatz Theol. Wiſſenſchafften/anno MDCCI. p. 25. ſeqq.

(nn) Coll. ad Rechenberg. Sec. XVI. §. V. ſub finem.

(oo) Ani-

(oo) Animadv. Tom. XII. c. I. §. VII. p. 75.

(pp) conf. Morhof. Polyhiſt. lit. Lib. I. c. IV. §. XXIV. p. 35. edit. noviſſ. & Polyh. Pract. Lib. V. c. I. §. XXIIX. p. 65.

(qq) in Præfationibus, num. LXXXIV. p. 552.

(rr) conf. Jo. Andr. Boſii Introd. in notitiam Script. Eccleſ. c. IV. §. XXI., apud Crenium Tom. III. Methotorum, p. 454.

(ss) Biblioth. quadripart. p. 392.

(tt) l. c. p. 74. 75.

(uu) in diſſ. de Nigello Wireckero, §. XVIII. & XLVII. vid. & ejusd. Schediaſm. Hiſt., p. 62. ubi inter alia: *Ut adeò* (inquit) *minimè diſſimulanda ſit iſta Goulartii in opere alieno tàm audax iniquitas, præſertim nullô diſcrimine Flacianis teſtibus ſuos immiſcentis*.

(xx) quæ non ſolum anno MDCLXXII. (ut habet Slüterus in Propylæo Sect. II. p. 156.) ſed & MDCLXVI. & LXVII. licet omiſſo Autoris nomine, prodiit.

(yy) p. 766.

(zz) l. c. p. 75.

(aaa) in Præfationibus l. c. p. 552.

(bbb) Animadv. Tom. III. c. III. §. IX. p. 132.

(ccc) lib. I. Bibliothecar. c. V, §. I. p. 170.

(ddd) Tom. V. c. I. §. IX. p. 39.

(eee) Tom. I. c. IV. §. IIX. p. 70.

(fff) Coll. ad Hiſt. Eccleſ. Sec. XVI. c. XXVII. §. IV.

(ggg) in Bibliotheca.

(hhh) in Elogiis præſtant. Theologorum, p.157.
(iii) in Syllabo Rect. Jen. p. 453.
(kkk) in aureo ad Epiſtolas Marbach. Apparatu c. IV. p. 72. ſeqq. item in Noctibus Chriſtianis Exerc. I. §. XII. p. 11. ſeqq. & Coll. ad Hiſt. Eccl. Sec. XVI. c. XXV. §. XXII.
(lll) in Vitis illuſtr. Vir p. 262.
(mmm) in Vir illuſtr. Germ. P. III. p. 438.
(nnn) Hiſt. Ecclæſ. Hæret. P. II. Lib. XVI. c. XXIX. p. 354. ſeq.
(ooo) in Bibliotheca, p. 306. b.
(ppp) in Programm. cit. lit. D. 2. a.
(qqq) c. III. §. X. p. 61. edit. Hamb. MDCXCVII. in 8. quæ & allegavit Crenius Exerc. II. de Libris Scriptorum optimis & utiliſſimis, occaſione Epiſtolæ Flacianæ ad Thom. Matthiam exaratæ, p. 61.
(rrr) Vid. L. Joach. Felleri, Prof. olim Lipſ. Cygnos Quaſimodogenitos, c. III. p. 32.

§. XI.

Juſto Flacium ordine excipit BURCHARDUS HARBARDUS (a) Bucholtzii, præfecturâ prope Conizium, Boruſſiæ civitatem, in confiniis Poloniæ nobili locô natus Seculi ſexti & decimi anno quadrageſimo ſexto, juxta Königium quadrageſimo nono. De cujus familia nobili verba adducemus Freheri, quæ habet in Theatro Virorum erud. clarorum (b) Ita verò ille: *De cujus familia nobili hoc commemoratur, eam 1470. à Polonia Rege*

Rege Caſimiro magnis & ſingularibus immunitatibus donatam fuiſſe, ut coram nullo, præterquam regio tribunali ſeſe ſiſteret, ac plenariam poteſtatem inſtituendi & exercendi jus in cauſis criminalibus & civilibus haberet. Poſt geſta ſatis gnaviter Regiomonti & Lipſiæ ſtudia, Doctoratus Philoſophici in Acad. Lip. axiomate auctus & minoris Principum Collegiatus conſtitutus eſt, non longô poſt obtento quoque Doctoratu Theologico, ad S. Theol. Profeſſionem, Canonicatum Miſnenſem, Stipendiariorum Electoralium Inſpecturam, Scholarum illuſtrium viſitationem ac Decemviratum Academiæ evectus: Theologus de quolibet officio præclarè meritus, denatus anno ſuperioris ſeculi quarto & decimo. Mortuum eum pro concione laudavit D. Georg. Weinrichius, ejusdem olim Academiæ Theologus & Superintendens. De eo Johannes Micrælius (c): *Burchardus Harbardi, D. Prof. Lipſ., unà cum Miro, Mylio & Hunnio ad repurgationem Electoratus Saxonici, à Calvinianis παρεισάκτοις, ann. 1592. adhibitus.* Conſcripſit doctrinam de Conjugio: Capita doctrinarum de Confesſione veræ fidei complectentia: de Capita Lege Divina; de Magiſtratu Politico, &c. (d)

(a) Harbartum vocat Königius in Bibliotheca p. 379. b., Harbardi Micræl. loc. mox cit.

(b) p. 374 375.
(c) in Hiſt. Eccl. Lib. III. Sect. II. p. 764.
(d) vid. Paulus Freherus l. c. & Henningus Witteniuſ in Memoriis Theologorum renov. Dec. I. p. 79. ſeqq.

§. XII.

Munitiſſima in Ducatu Clivenſi urbs eſt Veſalia, quæ protulit nobili locô natum TILEMANNUM HESSHUSIUM, anno ſuprà milleſimum quingenteſimum vigeſimô ſextô, Theologum de plurimis Germaniæ locis, quibus Evangelium prædicavit, deque univerſa adeò Eccleſia Chriſti longè meretiſſimum, haud immeritò à Dn. D. Fechtio illis Theologis adnumaratum, qui quò majori eruditionis virtutumque apparatu à Divina Providentia inſtructi fuerunt, eò pluribus Eccleſiis ad diſſeminandos donorum fructus deſtinati atque adhibiti ſunt. (a) Fuit is Phil. & Theol. D. Superintendens primum Goslarienſis ac poſtmodum Roſtochii (b), Bremæ, Heidelbergæ, Magdeburgi, Regiomonti, Helmſtadii & alibi Verbi Divini Doctor, docendo tum pro cathedra Academica tum Eccleſiaſtica famam haud vulgarem conſecutus, denatus ejusdem, quo natus fuerat, ſeculi anno octavo & octogeſimo. Vitam ejus expoſuerunt Melch. Adamus, (c) Paulus

Paulus Freherus, (d) D. Seb. Niemannus, (e) & M. Jo. Caſp. Zeumerus (f) Plurima egregia non ubivis obvia, vitam meritaque ejus concernentia, ex B. D. Lucæ Bacmeiſteri, Patris, ſummi olim hujus Academiæ Theologi, Paſtoris Mariani & Miniſterii Roſtoch. Superintendis (g) Hiſtoria Eccleſiæ & Miniſterii Roſtochienſis MSCta inſeruit nuper Roſtochio Evangelico (h) Dn. D. Zacharias Grapius, quæ ita habent: Tilemannus Heshuſius ex urbe Roſtochienſi à Senatu pulſus primum ad Ducem Megapolitanum Ulricum ſeſe contulit, qui etſi reſtituere eum volebat in priſtinum locum, tamen ipſi noluit ſua cauſa urbi & multis in ea hominibus innocentibus vim & damna inferri, ſed petivit ſe ab Illuſtriſſ. Principe clementer dimitti. Ita aliquando poſt Wittebergam venit ſalutaturus Dn. Philipp. Melanchthonem, & cæteros Præceptores. Ubi cum & ego (*Backmeiſterus*) tum temporis ſtudiorum cauſa adhuc viverem, conveni eum, & ut veterem Præceptorem ſalutavi, commiſerans injuſtam ejectionem, & exilium ejus, de quo jam ante fama Wittebergam pervenerat. Audiveram eum docentem primo privatim in muſeo, quod dicebatur Philippi Melanchth., qui illud ſæpius inhabitare ſolitus fue-

rat, in Collegio novo: Explicabat autem Evangelium Matthæi inſigniter, accipiens ab Auditoribus δίδακτρον, unde dicebat, ſe Scripta Patrum Eccleſiaſticorum ſibi comparare velle. Poſtea permiſſum ei fuit, ut publicè locos communes Philippi in veteri Collegio hora 4. tribus hebdomadæ diebus, Solis, Mercurii & Saturni legeret. Quod ipſum M. Davidi Chytræo quoque tum juveni 18. annorum & paulò amplius conceſſum deinde fuit propter inſignem ejus eruditionem, & docendi facultatem in iſta jam ætate. Quem & ego Wittebergam primum veniens Anno 1548. tum docentem & locos communes explicantem in frequentiſſimo auditorio cum admiratione audivi. Heshuſius vero à Philippo commendatus Electori Palatino Ottoni Henrico Principi ſinceræ religionis, juſtitiæ aliarumque virtutum laude præſtanti Heidelbergam vocatus eſt, ibique in Academia aliquandiu docuit. Hoc vero Principe ſequenti anno 1559. mortuo ſucceſſit Fridericus, qui ad Calvinianum dogma inclinans Theologos ejusdem Profeſſionis aliunde accerſivit Petrum Boguinum, Michaëlem Dillerum, Olevianum & Clebitium, cum quibus in certamen Heshuſius incidit, ac propterea ab Electore iſto dimiſſus eſt; Poſtea eodem

eodem anno Bremam vocatus à Senatu venit, ubi D. Albertus Hardenbergius in templo cathredali docens Calvinianum dogma aſtutè inſtillabat auditoribus, quem refutare in ſuis concionibus reliqui concionatores urbani cœperunt, unde diſſidium publicè exardeſcere cœpit. Id ut maturè reſtingueretur, D. Heshuſii conſilio & opera Senatus uti voluit, tanquam Eccleſiæ illius ſupremo Inſpectore; verum ipſe munus illud recuſavit in ſe recipere, quod jam per Hardenburgium turbata eſſet Eccleſia & tota ferè urbs, nec comparere ille vellet ad inſtitutum Colloquium inter ipſum & D. Heshuſium, D. Joachimum Mörlinum & D. Paulum ab Eizen habendum, quos etiam Senatus ad hoc colloquium Brunſvvigâ & Hamburgo accerſiverat. Prævidens igitur futuram paulò poſt ſeditionem, quamvis diligenter à Senatu & primariis civibus rogatus, manere noluit, ac rediit Magdeburgam, ubi Superintendentis officium ipſi Senatus commendavit, quo per annos paucos functus eſt. Nam moto certamine de mandato Luneburgenſi ſic dicto, quod Luneburgi in Conventu Ordinum Circuli inferioris Saxoniæ decretum erat, ac paulò poſt publicatum de non edendis libris polemicis niſi prius nonnullis ad eam rem

depu-

deputatis cenſendi exhiberentur, & Archiepiſcopus Magdeburgenſis idem mandatum Miniſterio & Senatui Magdeburgenſi transmiſiſſet, jubens, ut illi parerent in officinis ſuis typographicis, D. Heshuſius aliique in Miniſterio ſe acriter huic mandato tam Circuli, quam Archi-Epiſcopi oppoſuerunt publicis etiam ſcriptis, ac mandatum iſtud, quia Archiepiſcopus ſedem ſuam Halæ Saxonum habebat, unde & miſerat illud Magdeburgum, appellarunt per contemptum das hälliſche oder vielmehr das hölliſche Mandat. Inde igitur diſſidio inter Miniſterium, imprimis Superintendentem D. Heshuſium, & urbis Senatum ac Syndicum D. Franciſcum Pfeil orto, Heshuſius tandem etiam Archi-Epiſcopi juſſu Magdeburgâ cedere coactus eſt. Venit poſtea Jenam vocatus à Principe Vinarienſi Johanne Wilhelmo, poſtquam ille ditionem fratris Johannis Friderici Gotha expugnata capti & in Auſtriam abducti ob Wilhelmum Grumbachium & alios à Cæſare proſcriptos in patrocinium ſuum ſuſceptos Cæſare conſentiente occupaſſet & Academiam Jenenſem atque Eccleſias Thuringicas reformaſſet. Revocavit enim Princeps ille Theologos à fratre antea ejectos, præcipuè D. Johannem Wigandum & D. Timotheum

motheum Kirchnerum, quibus adjunxit D. Heshuſium. Id factum eſt Anno 1567. quo & Wigandus, qui tum Superintendem Wismarienſem agebat, miſſo à dicto Principe Joh. Wilhelmo proprio ad noſtros Principes Joh. Albertum & Udalricum legato, horum permiſſu Wismaria rediit Jenam. Deinde verò Anno 1573. optimo & religionis ſinceræ amantiſſimo Principe Johanne Wilhelmo in florenti ætate anni 43. mortuo, Auguſtus Elector Saxoniæ ut proximus agnatus tutelam pupillorum & adminiſtrationem Ducatus ſuſcepit. Cumque Corpus doctrinæ Miſnicum à Theologis Jenenſibus, & miniſtris Eccleſiæ in Thuringia ſubſcribi vellet, multi eorum diſceſſerunt, & imprimis Theologi ſupra dicti. Et ex hac occaſione Heshuſius & Wigandus in Boruſſiam vocati ſunt à Principe Georgio Friderico Anspacenſi, qui tum & Boruſſiam Orientalem tenebat ut tutor Principis Boruſſiæ Melancholici. Is enim Princeps Eccleſias Pruſſicas aliquantum turbatas à nonnullis pacare rurſus ſtudebat, & Epiſcopatus illos duos Sambienſem & Pomezanienſem in priorem dignitatem reſtituit, illum Heshuſio, hunc Wigando commendans. Heshuſius ergò domicilium ſuum habens Regiomonti, ibidem in Academia

quoque

quoque docuit. Cum verò doctrinam de perſona Chriſti & de Communicatione idiomatum traderet, repetivit ſentiam ſuam antea Jenæ quoque propoſitam de abſtracto, quod ſcil. Majeſtas Divinæ Naturæ ſeu τȣ̃ λόγȣ non ſolum in concreto; ſed etiam in abſtracto h. e. per appellationem, quæ ipſam humanam naturam per ſe conſideratam ſignificat humanitati Chriſti unitæ λόγῳ verè communicetur. His enim & ſimilibus verbis utitur præcipuè in libro, cui titulus eſt: Aſſertio teſtamenti Chriſti contra Exegeſin Calviniſticam, Regiomonti edito Ann. 1574. Hinc igitur inter Heshuſium & Wigandum, qui antea conjunctiſſimi inter ſe fuerant, diſſidio ac certamine orto, initio clandeſtinè, poſtea etiam publicè cum magno Eccleſiæ Pruſſicæ ſcandalo, tandem Heshuſius non ſatis ſe explicans dimiſſus eſt, ac navigio Lubecam venit Regiomonto, ubi cum aliquamdiu hæſiſſet, à Duce Brunſvvicenſi Julio Helmſtadium vocatus eſt Anno 1578. Ibi enim Princeps novam Academiam, quam à ſe Juliam dici voluit, biennio ante conſtituerat, inque ea Theologi tum erant D. Timotheus Kirchnerus & D. Baſilius Satler, Paſtor ſimul Eccleſiæ, & Daniel Hoffmannus, quibus adjunctus eſt Heshuſius, qui ibidem

usque

usque ad vitæ ſuæ finem permanſit. Obiit enim Anno 1588. d. 14. Septembr. Hactenus Backmeiſterus. De cætero *Virum excellenti, ſed vehementiori & inquieto ingenio* vocat Dn. D. Fechtius (i), *Virum ut eximiâ eruditione & zelo, ita etiam variis utiliſſimisque ſcriptis per univerſam Europam famoſum* Petrus Lindenbergius (k) Joh. Micrælius: *Tilemannus Heshuſius*, (inquit) *D. Veſalienſis Weſtphalus, variis exiliis ob religionis controverſias, ab Interimiſtis & Calvinianis motas, agitatus, tandem etiam Jenâ pulſus, ubi diu docuerat, in locum defuncti D. Joachimi Mörlini Epiſcopus Sambienſis in Boruſſia anno 1573. eſt conſtitutus. Sed & inde poſt quadriennium ob ſchiſma de phraſi (An humanitas in abſtracto dici debeat adoranda) notum dimiſſus, Helmſtadii profeſſionem ſuſcepit: & contra Calvinianos ore & calomo omnipræſentiam carnis Chriſti fortiter usque ad annum Chriſti 1582. defendit. - - - Cæterum non paucis libris profuit Eccleſiæ*, ut Commentariis in Pſalmos, Eſaiam & omnes Epiſtolas Pauli, Examine Theologico, Tractatu de Cœna, de Juſtificatione, aſſertione Teſtamenti J. C. contra blaſphemias Calviniſtarum, & nonnullis homiliis. (l)

(a) in

(a) in Oratione de Divinæ Providentiæ documentis in Miniſtrorum Doctorumque Eccleſiæ translatione conſpicuis, habita Roſtochii die 15. Julii, anno MDCXC., cum SS. Theol. Profeſſionem officiaque eidem annexa ſolenniſſimè ingrederetur.

(b) Haud abs re itaque Theologis illum Roſtochienſibus accenſui in Diſſ. Meritis Weſtphalorum in Acad. Roſtochienſem, ſuperiori anno heic loci habita, Sect. I. p. 16. ſeq.

(c) in Vitis Theologorum Germ. p. 295. ed. nov.

(d) in Theatro Virorum erud. clar. P. I. p. 274.

(e) in Vitis plurimorum Theologorum Seculi XVI., num. XXIX.

(f) in Vitis Theologorum Jenenſium, p. 76. ſeqq.

(g) vid. de eo Clariſſ. M. Joach. Manzelius in Gloria Acad. Roſtoch. ex Profeſſoribus longævis, ad Dn. D. Fecht. anni MDCCVI. ſub finem, lit. B. 1.

(h) edito MDCCVII. in 12., cap. VII. §. II. p. 143. ſeqq.

(i) in Apparatu ad Epiſtolas Marbach., c. IV. p. 89.

(k) in Chronico Roſtochienſi, Lib. V. cap. X.

(l) in Hiſt. Eccleſ. Lib. III. Sect. II. p. 757. 758. Add. Joh. Andr. Quenſtedius in Dial. de Vitis illuſtr. Virorum p. 208., ubi *Theologum Lutheranum inſignem multisque ſcriptis Didacti-*

Didacticis & Polemicis contra Calvinianos clarum nominat. Prolixè de eo egit Nicol. Gryſenius in Hiſtoria van der leere / levende und tode M. Joach. Schlüters / lit. P. fol. 1. ſeqq.

§. XIII.

Progredior ad MATTHIAM HOE ab HOENEGG, Theologum de Eccleſia orthodoxa, ſiquisquam alius, præclariſſimè meritum edecumatisque ſcriptis quamplurimis (unde ad πολυγράφυς, qui laborioſà ſedulitate pluribusque ſcriptis ſeſe poſteritati commendarunt, haud incommodè refertur (a)) immortale nomen adeptum: Concionatorem primò aulicum Dresdenſem, inde Superintendem Plavienſem in Voigtlandia, tum S.S. Theol. Doctorem, mox Paſtorem & Directorem Eccleſiarum Germanicarum Pragenſium, ac demum Electori Saxoniæ à Concionibus aulicis primariis, Confeſſionibus ſacris & Conſiliis Eccleſiaſticis. Natus in Viennæ, Imperatorum Romano-Germanicorum ſede, nobili fuit ſtemmate, Seculi ſexti & decimi anno octogeſimo, denatus ſeptimi & decimi quadrageſimo quinto (perperam verò à Königio annus emortualis ponitur quadrageſimus nonus (b)) ætatis ſuæ ſexageſimo quinto. De eo ſequentem in modum Dn. D. Fechtius (c): *In ſuperiore Saxo-*

nia Dreſda, Electorum ſedes Matthiam Hoëum & Jacobum Wellerum, utrumque Equeſtri ſanguine, illum ex Auſtria, hunc ex Variſcis, familia juſta nobilitatis per annos amplius ſeptingentos privilegiis ornata, oriundum, Doctores tantâ celebritate inclytos nacta eſt, ut cum interioribus magnorum Heroum ſacris eſſent admoti, in componendis variis in Eccleſia Evangelica obortis ſive diſſidiis ſive controverſiis, potiores ſubinde ad ipſos deferrentur partes. Plur. Rev. Dn. M. Henr. Pippingio *Theologus Conſummatiſſimus* audit (d) D. Joh. Micrælio (e) *Vir animi firmiſſimi, & adverſus quasvis hæreticorum injurias variâ eruditione munitiſſimus, cum aliis ſcriptis, tum imprimis Philoſophiâ ſpeculativâ, Apologetico contra Bellarminum - - celeberrimus.* D. Jo. Bartholdo Niemeiero (f) *gravitate docendi, prudentiâ in componendis diſſidiis ſive controverſiis, nec non vulgatis eruditis ſcriptionibus non parum celebris.* Dn. D. Götzius: Matthiam Hoë ab Hoenegg (inquit) Theologum illum Saxonicum, præclara edidiſſe volumina, Pontificiis æquè ac Reformatis oppoſita, eruditos haud ignorare credo. Ex illis verò adduci meretur ejusdem Manuale Evangelicum, pro veritate Lutherano-Evangelica, ad reprehendendos Pontificiorum errores

rores An.1603.ſcriptum,quod Jacobo Reihingio, Principis olim Neoburgici Sacellano & Jeſuitæ non inerudito, in tantum profuit, ut perſpectis argumentis illis, quæ pro veriore ſententia allata fuere, in noſtra caſtra tranſierit, atque, quæ adverſus hunc libellum molitus erat, publico ſcripto retractaverit. (g) Conf. pluribus de Noſtro B. Theoph. Spizelius in Templo Honoris reſerato (h) Joh. Diedericus à Gülich in Elucidario Tabularum Chronol. Chriſtoph. Schraderi (i) Paulus Freherus in Theatro Viror. erud. clarorum (k) Henningus Wittenius in Memoriis Theologorum renov. (l) & Diario Biographico. (m) Præter Commentar. in Apocalypſin: Explicationem Pſalmorum: Epiſtolæ ad Galatas: Prophetæ Joëlis expoſitionem: Labyrintum Papiſticum Gretſerianum & ſexcenta alia, publicâ authoritate conſcripſit Defenſionem Pupillæ Evangelicæ iteratam & ſolidam, (de qua Crenius: *Iteratam*, inquit, *& ſolidam defenſionem Pupillæ ſub nomine Theologorum Saxonicorum Lipſiæ anno MDCXXX. in fol. editam & à b. Henr. Höpfnero (alii dicunt Hoë) conſcriptam optimum multi ferunt Höpfneri vel Hoëi librum eſſe, nec intercedo:* (n)) Deciſionem controverſiæ Rathmannianæ & denique Deciſio-

nem controverſiæ Tubingenſis ejusque Apologiam. Quemadmodum ex documentis authenticis, à B. D. Sam. Carpzovio, Saxoniæ Archi-Theologo, ex Sacello Dresdenſi ſecum communicatis, ſufficienter probavit in Diſſ. Epiſt. ad Thomam Crenium Henricus Pippingius (o) Quibus ſcriptis, ſi nulla ejus forent alia, meruit, qui inter maximos Eccleſiæ noſtræ Theologos referretur. Non obſtantibus tamen illis, impudentiſſimè, pro more ſuo, de hoc Theologo, poſtquam plurima in ejus contemptum adduxerat, calumniatur God. Arnoldus: Aus dieſen und andern Umſtånden erhellet gnuſam/ daß die Lutheriſchen Prediger / und unter ihnen der vornehmſten D. Hoë, an ſolchen Verderben ſo wol ihrer eignen Glaubensgenoſſen / als hernach des Sachſenlandes viel Schuld gehabt. (p) Quò ipsò partium ſtudium, quod omnibus in paginis diabolici carminis ſui ſectatur, abundè prodit.

(a) vid. Henningus Wittenius in Præfat. Diarii.

(b) in Bibliotheca, p. 407. b.

(c) de Nobilitate Studii Theol. §. XXVI.

(d) in Exercitationibus Academicis juvenilibus, ſuperiori anno Lipſiæ evulgatis, in 8., p. 499.

(e) in Hiſt. Eccleſ. Lib. III, Sect. II. p. 767.

(f) Pro-

(f) Programmate cit. lit. D. 3.

(g) Schediaſm. Hiſtorico-Theol. de Converſis Pontificiis ex lectione librorum Lutheri Lutheranorumque Theologorum, Lipſ. ed. MDCCIV. in 4to, §. XXXI. p. 49.

(h) p. 164.

(i) pag. 977.

(k) p. 517.

(l) Dec. VIII.

(m) ad ann. MDCXLV, add. M. Dav. Schultetus, Vir elegantiſſimè doctus, in Diſſ. de Præcocibus Doctis ad Adr. Bailleti librum: des Enfans devenus celebres par leurs etudes ou par leurs ecrits.

(n) de Libris Scriptorum optimis & utiliſſimis, Exercitat. I., num. XXXVII. p. 30. 31. opus eximium vocat B. D. Chriſt. Kortholtus in Prodromo ingenui Theologiæ cultoris, c. I. §. XXI. p. 36.

(o) quam Diſſertationibus Acadd. juvenilibus annexuit, p. 495. ſeqq.

(p) in Hiſtoria Eccleſiaſtica & Hæretica, Part. II. Lib. XVII. cap. I. §. XIIX. p. 413.

§. XIV.

Ad antiquam nunc accedo Krakevitziorum proſapiam, per integra ſecula illuſtrem. Dedit ea primô loco nominandum inſignem & incomparabilem Theologum, BARTHOLDUM KRAKEVITZIUM, (a) nobili Parente utrôque in Inſula Rugiana anno ſu-

pra milleſimum quingenteſimum ſecundo & octogeſimo in hanc mundi lucem editum, Hæreditarium in Præſentz & Upatel, S. S. Theol. Doct. & Prof. in Acad. Gryphica Primarium, ad D. Nicolai Paſtorem, Conſiſtorii Regii Præſidem & per Pomeraniam citeriorem & Rugiæ Principatum Superintendentem Generalem, anno ſuperioris ſeculi quadrageſimo ſecundo defunctum. De cujus feliciſſima memoria hæc refert Paulus Freherus (b): Illud ſtupendæ memoriæ indicium eſt, quod quotannis ſolenni Paraſceves die paſſionem Salvatoris JEſu Chriſti per quatuor horas è ſuggeſtu dilucidans, auditoribus ſuis uſum & ſalutarem informationem impertiverit. Dn. D. Fechtii ſequens de eo eſt elogium (c): *Ejus in Eccleſiam, in Academiam, in omnem rem literariam nunquam intermoritura merita, recenſitis plurimis, iisque variâ eruditione & ſapienti judicio refertis ſcriptis, in Programmate Exequiali conſignavit D. Franciſcus Stypmannus, Juris eò tempore Anteceſſor latè celebris, inſeruitque poſtea Memoriis ſuis doctiſſimus Vir, Henningus Wittenius.* (d) *Natus is fuerat ex nobiliſſima Krackevitziorum in Inſula Rugia Buttovia familia, quæ jam olim Epiſcopali cathedra, quæ Camini erat, Antiſtites non unos dederat;*

derat; cumque à generoſo parente, Victore Crakevitzio, ad liberalia ſtudia educeretur, ultroneô motu Theologiam, cui ſe ſacraret, elegit. Quod viri conſilium Pomeraniæ Duces tantô ſunt affectu proſecuti, ut & ad ſummos iſtos honores eundem, juvenem adhuc, vix annum vigeſimum tertium agentem, nec quicquam tale ſperantem, deſtinarent & ſumptus liberaliſſimos ad ampliſſimam per Germaniam peregrinationem, gradumque, cum rediiſſet, in Academia hac noſtra capeſſendum, cupidiſſimè ſubminiſtrarent. Præfuit officio in annum usque triceſimum ſextum, non exiguâ eruditionis, pietatis, prudentiæ, aliarumque virtutum famâ, donec die VII. Novembris Anno MDCXLII. placidiſſima quidem morte, ſed maximô cum Eccleſiæ mœrore exſtingueretur. D. Abrahamus Battus (c) appellat einen aufrichtigen und tapffern Theologum, der ſich um die Kirche Chriſti in Pommern mit ſeinen Hohen von GOtt verliehenen Gaben hochverdient gemacht hat. Celeb. Dn. D. Jo. Frid. Mayerus (f): *Magnus*, inquit, *& incomparabilis Antiſtes, Bartholdus Krakevitzius, cujus ob ſingularem doctrinam, prudentiam Theologicam ANIMUMque prorſus INVICTUN, ſempiterna inter noſtrates memoria viget.* Et alio loco (g): *Quæ ſub*

initia ſuperioris ſeculi Eccleſiæ fuerit facies, velim Noſtri ex Magno Krakevitzio intelligant. D. Joh. Micrælius (h): *Bartholdus*, ait, *Krakevitzius D. Nobilis Rugianus - - plurimis annis heroicô planè animo curam Eccleſiarum ore & calamo geſſit.* Non poterant hæc Summorum Virorum elogia movere profanum Arnoldum, ut rectius ſentiret ſcriberetque de æternæ memoriæ Theologo, ac ſenſit ſcripſitque in Hiſtoria Eccleſiaſtica & Hæretica, æternis omninò tenebris digna. Sicut enim hic adverſam fortunam Noſtratium Theologorum vehementer exaggerat eâdemque delactatur: ita maximoperè gloriatur, Krakevitzium dignam Zelo contra Hæreticos mercedem conſecutum eſſe. Verba ejus ita habent (i): Es wird auch von einen Käyſerlichen Obriſten Perusi erzehlet/ daß Er an. 1631. den Superintendenten in Grypsvvalde, D. Berthold Krakevvitz durch ſeine Soldaten einen Schilling oder Product geben laſſen/ weil Er etwa auf die Jeſuiten etwas frey geſcholten hätte. Welche ſeltſahme Straffe wohl ihm und ſonſt manchem dem Eyfer vertrieben haben wird/ der ihn im ſchelten auf die Ketzer zu ſetzen pflegen. Et aliô loco (k): Von welchen wir aber im erſten Capitel ſehen / wie übel ihm ſein fleißiger

ger Eyfer wieder die Ketzer bekommen / da ihm die Papiſtiſchen Soldaten deswegen ordentlich einen Product gegeben. Cur verò hæc inſolentia adeò placeat Arnoldo, qui ipſe nequitiam militum non ſubticet? In loco enim priori (l) hæc recenſet: Wie übel dazumal und zuvor die Käyſerlichen in den Proteſtirenden Landen / ſonderlich in Mecklenburg und Pommern gehauſet / iſt nicht ohne Bewegung zu leſen. Sie haben das gantze Land nicht allein greulich verwüſtet/ ſondern auch mit Schänden und andern Greueln ärger als Beſtien ſich bezeiget/die Leute biß auf den Todt um ein wenig Geld gemardert / Mägdlein von 8. biß 10. Jahren geſchändet / und unzehliche Greuel verübet. (m) Vindicarunt Theologum omni laude majorem Dn. D. Fechtius (n) & Pronepos Bartholdo proavo digniſſimus, Dn. D. Alb. Joach. Ktakevitzius. (o) Quorum ille inter alia: *Sive fabula ſit*, inquit, *ſive hiſtoria, quæ etiam Theadro Europæo illata, de Bartholdo Krakevvitzio memoratur, vix fidem apud poſteritatem noſtram inveniet, fuiſſe aliquando hominem non dicam Chriſtianum, nedum Theologum, ſed virum tantum honeſtum, qui id in vitio ponere auſit, in quo toties Apoſtoli ſummam hominis Chriſtiani gloriam conſti-*

tuunt, pati nempe propter Chriſtum & veritatem, 1. Petr. II. 20. IV. 13. 16. 1. Tim. I. 8. 2. Tim. II. 3. Rom. V. 3. 2. Cor. I. 4. 5. 6. Ut vel hinc, quò Spiritu obſeſſus fuerit, dum iſta ſcriberet, Arnoldus, etiam iis innoteſcere poſſit, qui ut Numen eundem adorant. (p) Hic verò ſequentibus utitur verbis: Quid judicas Lector cordate! Solte Herr Arnold wohl hievor nicht einen Product verdienet haben/alldieweil er ſich ſo unchriſtlich und untheologiſch aufführet? Aſt DEus condonet ipſi hanc animæ petulantiam! Et mox: Sed poſito, ea omnia ita contigiſſe, quid tum? Annon potius glorioſum tanto Heroi, quod fortunam cum Domino ſuo expertus ſit eandem. Num tu indecorum judicas, Arnolde, virgis cædi ob veritatis annunciationem intrepidam? Miror, te non in theatrum producere ſanguinum Salvatoris noſtri corpus, aut Pauli vulnera. Pudeat te, Te Chriſtianâ religione imbutum, adeò aberrare à ſanctiſſimis veræ Religionis præceptis. (q)

(a) Perperam Gracovitium appellat D. Hieron. Kromayerus in Hiſtoria Eccleſ. Centur. XVII. p. 648.

(b) in Theatro Viror. erud. clar., p. 500. b.

(c) de Nobilitate Studii Theol., §. XXVII.

(d) pag.

(d) pag. 503. ſeqq. & per modum excerptorum Theatro ſuo Paulus Freherus, l. c.
(e) in Præfat. ad iteratam editionem der Chriſtlichen Warnung.
(f) in Epiſtola ad Dn. D. Fechtium, Aphoriſmis Theologicis D. Jo. Georg. Dorſchei. anno MDCCIII. editis præmiſſa,)(2. b.
(g) Præfat. ad Diſcurſum Theol. Bartholdi Krakevitzii MDCCV. in Acad. Gryph. publicæ diſquiſitioni ſubjectum, de Dominatu in Eccleſia Chriſti Politico.
(h) in Hiſt. Eccl. Lib. III. Sect. II. p. 771. Add. D. Niemeieri Programma, lit. D. 3. b.
(i) Part. II. Lib. XVII. c. I. §. XXII. p. 414. b.
(k) p. 494.
(l) ſub init. §. XXII.
(m) Vid. Theatrum Europæum, Tom. II. p. 246.
(n) in Præf. B. D. Joh. Tarnovii Commentario in Threnos Jeremiæ, edito Hamb. MDCCVII. in 4to, præmiſſa.
(o) Programm. Acad. de juſto zelo Theologico, Diſputationibus privatis in Synopſin Controverſiarum ſub pietatis prætextu motarum D. Sam. Schelgvigii, præmiſſo, anno MDCCIV.
(p) cit. Præf. lit. B. 2. b.
(q) Progr. alleg. p. 10.

§. XV.

Secundus ex nobili Krakevitziorum familia eſt JOACHIMVS KRAKEVITZIVS,

Bar-

Bartholdi jam laudati filius, Phil. Mag. & Ethices primum ac Hiſtoriarum in Acad. Gryphica, dein Logices & SS. Theol. in Acad. Sorana Profeſſor & Eccleſiaſtes, denatus eodem, quô Parens, annô, ſcil. ſuperioris ſeculi ſecundo & quadrageſimo, cùm editus in lucem fuiſſet anno ejusdem ſeculi nono Edidit is Diſputationes XIII. Ethicas, & Exerc. Philol. Theol. ex Joh. I. 14. (a) Tertius denique eſt ALBERTUS JOACHIMUS KRAKEVITZIUS, Hæreditarius in Gevezin, nobili in Diſtrictu Meklenburgico-Stargardienſi feudo, S. S. Theol. D. & in hac Academia hactenus Ling. Hebr. & Catecheſeos Chriſtianæ, nunc Theol. Profeſſor Ducalis, natus anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum ſeptuageſimo quarto, quem Deus omni benedictione coronet, diutiſſimèque in ſui nominis gloriam, Academiæ hujus & totius Eccleſiæ ornamentum ſupereſſe jubeat! *Theologus modeſtus* ille *&* *ſincerus* audit denen Stillen im Lande (b) ein gelahrter Theologus Clariſſimo Viro, Joh. Gerhardo Meuſchenio (c) der ruhmwerthe Herr D. Krakevitz Autoribus der Unſchuldigen Nachrichten (d) Item der pro veritate & pietate rühmlich arbeitende Herr D. Krakevitz. (e) Præter ſcripta ab eo in Controverſia Terminiſtica

ſtica publicata ſequentes ejus proſtant Diſſertationes: De non ſperanda extra Eccleſiam Lutheranam ſalute pro Gradu Baccalaureatus Theol. ſub Præſidio Dn. D. Jo Nicolai Quiſtorpii noſtri hab: De Statutis non bonis Iſraëli à Deo datis, ex Ezech. XX. 25. pro Doctoratu in Theol. obtinendo, hab. ſub Præſidio B. D. Andr. Dan. Habichhorſtii: De Regeneratione: De Quæſt: An liceat ſacrum deponere officium? De Sepulchris Patriarcharum: De verbis Pſalmi, LXXII, 17. לפני שמש ינון שמו: De Paulo poſt ſui converſionem adhuc Phariſæo, ex Act. XXXIII. 6: De Umbra Petri morboſos ſanante, ex Act. V. 15: De Bileamo impio donis adminiſtrantibus ornato, ſanctificantibus verò deſtituto: De Mortuorum reſurrectione, aliæque. In eo quoque eſt, ut Hiſtoriam Paſſionis Dominicæ ex Antiquitate Judaica & Philologia Sacra illuſtret, quod hactenus fecit VI. Diſputationibus, quarum prima inſcripta eſt de Chriſto paſſionem ſuam prædicente & Synedrio de morte Chriſti conſultante; ſecunda de Muliere Chriſtum Bethaniæ inungente; tertia de Iuda proditionis mercedem paciſcente; quarta de ultimo Paſchali Jeſu Chriſti convivio; quinta de Pedilavio Chriſti, & ſexta de animarum noſtra-

ſtrarum Sponſo ac Sponſore in monte oliveti internis animæ doloribus excruciato. Quamvis verò in hiſce omnibus ne Momus ipſe quoad orthodoxiam deſiderare quicquam poſſit, non effugere tamen potuit maleferiatorum quorundam, Terminiſmi & Pietiſmi eum inſimulantium, calumnias & mendacia, quæ repreſſit Apologiâ quadam (f) Teſtimoniô Reverendiſſimæ Facultatis Theol. Roſtoch. munita, ex quo ſequentia damus: So bedauren wir zuforderſt von Hertzen des Satans Tück und Liſt/ und vieler Menſchen Boßheit/ die ſich laſſen leiten von dem abgeſagten Feind der Menſchen/ nach ſeinem Willen/ ihren Nächſten zu kräncken. Flehen aber zu dem Allmächtigen GOTT/ daß er dem Satan und alle ſeinem mächtigen Anhange wolle ſteuren und wehren/ und aus deſſen Stricken die Verleitete reiſſen. Leben auch in JEſu der feſten Zuverſicht/ wir werden erhörlich beten/ und/ wenn man ſich hüte vor der That/ Er ſchon der Lügen werde Rath ſchaffen; auch alles ans Licht bringen/ was im Finſtern verborgen lieget. Rühmen anbey unſers vielgeliebten Herrn Collegen Liebe zur Wahrheit und Eifer vor die Ehre GOttes und Beybehaltung der Renommee unſerer Academie,

demie, die darinn hauptſächlich beſtehet/ daß wir durchgehends im hertzlichen wahren Glauben bleiben/ und lieben unſern gnädigen GOtt und ſein reines Wort/ auch das lehren/ was aus ſelbigen kan und ſol gefaſſet und zu aller Seelen Wohl vorgetragen werden. Et poſt quædam: Was das vornehmſte Suchen unſers Herrn Collegen betrifft/ ob ratione Terminiſmi oder Pietiſmi von Ihm etwas wiedriges uns bewuſt ſey? So antworten wir hierauff rotundè und wohlbedächtlich: Negando. Maſſen alles/ was zu unſern Händen gekommen/ und in Theologicis von unſern Herrn Collegen publiciret/ cenſiret und ediret/ wozu hauptſächlich die Sylloge Theſium ex univerſa Theologia depromptarum cum Sincera Declaratione orthodoxiæ ſuæ kömmet/ ſo von uns gleichfals cenſiret und durchgehends approbiret/ unſerm Zeugniß öffentlich beytretten/ daß Er mit uns gleichförmiger Lehre nach GOttes Wort ſey. &c. (g) Neque ignota cuiquam eſſe poteſt controverſia, quæ Noſtro intercesſit hactenus cum Seb. Edzardo, Gymn. Hamb. P. P., occaſione der unpartheyiſchen und Chriſtlichen Erwegung contra Tract. Chriſtiani Democriti ſub Tit: Ein Hirt und eine Heerde. Contra quod ſcriptum

ptum cum ederet Edzardus eine Unterſuchung; Noſter ipſi oppoſuit Vindicationem des Vorſchlags zur Union. De quo ſcripto Authores der Unſchuld. Nachrichten (h): Sonſten (inquiunt) läſt der Herr Autor ein ſchönes Exempel einer groſſen Theologiſchen modeſtie blicken und begegnet ſeinem Gegner ſehr liebreich. Cumque denuò evulgaret Edzardus den ausführlichen Beweiß; ultimò locô publicavit kurtze und endliche Anzeige/ daß der Herr Prof. Edzardi in Hamburg ohn Urſach wieder ihn ſtreite.

(a) vid. Wittenii Diar. Biog. P. I. ad ann. MDCXLII.

(b) in Menſibus reſervatis, de MDCCIV., in der vierdten Offerte, p. 246.

(c) in dem Chriſtlichen Bedencken von der Reformation der Univerſitäten und Schulen/ edit. Hamb. anno MDCCVII. in 12., p. 192.

(d) de anno MDCCVII., Ord. XIV. p. 779.

(e) ejusdem anni ord. II. p. 110.

(f) cujus hæc eſt inſcriptio: D. Albrecht Joachim von Krakevitz ausführliche Vorſtellung/ wegen ſeiner auff der Univerſität Roſtock geführten Lehre/ darinnen gründlich dargethan wird/ welcher geſtalt derſelbe von der Zeit an/ da Er angefangen zu dociren biß auff dieſe Stunde/ mit denen übrigen hochverdienten Lehrern gedachten Orts in der Einigkeit des Geiſtes gewan-

wandelt: Der boßhaffte Lügen-Geiſt aber/ ſo ihn eines Terminiſmi und Pietiſmi unverſchämter Weiſe einige Zeit her beſchuldigen wollen / kräfftigſt zu ſchanden gemacht wird. Wie dann ſolches mit einem öffentlichen Zeugniß der hochwürdigen Theologiſchen Facultät beſtätiget wird. Roſtock. MDCCVI. in 4to.

(g) inſertum eſt Teſtimonium hocce ipſi Apologiæ, p. 59. ſeqq.

(h) de anno MDCCVII. Ord. III. p. 186.

§. XVI.

Non excludendus eſt à conſortio Nobilium Theologorum LEONHARDVS à KRENTZHEIM, ab Iphoven, Nobilis Francus, inde ab anno ætatis primo & viceſimo, Chriſti verò milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio, Eccleſiæ Lignicenſis Diaconus, tùm Ducis Sileſiæ, Friderici III., cui ob doctrinam & pietatem chariſſimus fuerat, Concionator aulicus, mox Lignicii ad B. Virg. dein ad D. Petri Paſtor, tandem etiam ab anno 1571. Eccleſiarum totius Ducatus Lignicenſis atque Olavienſis Superintendens Generalis. Poſtremo huic muneri per viginti & unum annos præfuit, præfuiſſetque haud dubiè ad finem usque vitæ, niſi errores quosdam foviſſet (a), quos tamen, monitus licet, (b) nec ponere nec emendare

cupiebat. Miſſione itaque à Principe impetratâ in Bohemiam conceſſit, ad munus Eccleſiaſticum, Rognitium vocatus, tandem Frauſtadium in Poloniam abiit, ubi poſt triennio in officio Eccleſiaſtico exactum mortuus; primus ex Lutheranis Miniſtris honorem ſepulchri eſt conſecutus. (c) Monumentum ejus memoriæ ſacrum Lignicii in Templo, quod Petro-Paulinum vocant, à propinqua cognatione conjunctis erectum, ſequens commemorat Moſemannus:

LEONHARTO KRENTZHEIM
ab Iphoven, Nobili Franco, Theologo
& Chronologo
celeberrimo,
Qui cum
Magni illius Melanchthonis judicio animum ad
verbi D. Miniſter. adplicaſſet, illique per
annos XLV. bonâ fide dexterit
ſumma invigilaſſet,
exantlat. laboribus multis, difficult.
graviſſ. &
Relictis poſt ſe ingenii monum. præſtantiſſ. publ.
privatisque Ob. Frauſtadii A.C. M.D.IIC.
Pr. Id. Xbr. poſtq. vix. A. LXVI.
è quibus XL hujus urbis & Ducatus Ec-
cleſiar. tum Miniſterio, tum Guber-
nationi ſalutariter impendit:

Mar.

Mar. Pat. Soc. Avo deſideratiſſ.
Ux. Lib. Gen. & Nep. ſupereſt.
M. H. Poſ.
Credidit in Chriſtum, fratres dilexit oves-
que
Norma Gregis Vox & vita docentis
erat.

De cætero *Theologum & Chronologum clariſſimum* vocat Quenſtedius. (d) Niemeierus de eodem ſequentem in modum judicat: *Quamvis verò in Divinis Scripturis, in veterum ac recentiorum Scriptorum monumentis, in Hiſtoria Eccleſiaſtica, in Chronologia ſtudio mirâ induſtriâ & aſſiduitate eſſet verſatus, factum tamen eſt, ut Philippi Melanchthonis autoritatem nimis magni faciens, præcepesque ejus exemplum ſequens in errores nonnullos fuerit prolapſus.* (e) Reliquit Opus Chronologicum, quod inſigne vocat Bucholcerus, (f)

(a) Errores iſti ſequentes ferè fuerant, quod realem idiomatum communicationem in perſona Chriſti negaret: Omnipræſentiam carnis Chriſti improbaret: Chriſtum ſecundum Divinam naturam exaltatum eſſe diceret, cum tamen ſecundum humanam naturam ad dextram Dei in cœlis usque ad extremum judicium ſedere, ac per conſequens Chriſtum

 cor-

corpore & ſanguine ſuo in S. Cœna non eſſe realiter præſentem, &c.

(b) ab Ægidio Hunnio, Theologo Witteb., Wolffgango Mamphraſio, Superintend. Würtzenſi, integriſque Collegiis, quæ ad examinanda dogmata iſta à Frid. IV. Sileſiæ Duce invitata fuerant. Vid. ausführlicher Bericht der Kirchen-Viſitation im Hertzogthum Lignitz / edit. Witteb. MDXCIII. & MDC.

(c) vid. M. Jo. Moſemanni, Lignicô Sileſii, pec. Diſſ. de Vita & Doctr. Leonhardi à Krentzheim, hab. Vitemberg. ao. MDCXCIX.

(d) in Patriis illuſtrium Virorum, p. 174.

(e) in Programm. cit. lit. D. 2. b.

(f) in Indice Chronolog. p. 527.

§. XVII.

Nec docet nos dememiniſſe vetuſtæ & nobilis Kromayerorum proſapiæ, de qua Chriſtianus Chemnitius, tum Phil. M. & Jenenſis Scholæ Rector, mox Archidiaconus Vinarienſis, demum S.S. Theol. D. ejusdemque Prof., Paſtor & Superintendens Jenenſis, Vir commodis ſtudioſorum promovendis, de quibus præclariſſimè meritus fuerat, natus factusque (a) in Oratione parentali Johanni Krom. hab. (b) Horum, inquit, Kromayerorum majores cùm illuſtria fortitudinis & heroici animi ſpecimina edidiſſent, tem-

tempore Maximiliani I., juſtiſſimus Imperator nobilitatem virtute metiens, non longô genere & tarda proſapia, inde à multis avis, abavis, atavis, tritavis & quadritavis enumeranda, virtuoſiſſimos iſtos viros in numerum nobilium Romani Imperii clementiſſimè recepit & adſcivit. Quæ dignitas majoribus privilegiis & amplicatione inſignium ſplendidis literis adaucta eſt ab inviĉtiſſimo Rege Romanorum Ferdinando. Hactenus ille. Ex ea familia primus occurrit commemorandus JOHANNES KROMAYERUS, Theologus de Eccleſia noſtra inſigniter meritus, in lucem editus Döbelæ Miſnicorum Seculi ſexti & decimi anno ſeptuageſimo ſexto. Cùm ſtudiô is Theologico ſe addixiſſet, adeò excultum eôdem brevi tempore illum ſenſit Sereniſſimus Saxoniæ Adminiſtrator, ut dignum agnoſceret, qui annos nondum natus XXIV. Diaconatui & paulò poſt Paſtoratui ad D. Petri & Pauli Islebienſi admoveretur. Aliquô in his officiis tempore, nec longô tamen, magnâ cum fama, exacto, ab Sereniſſima Vidua, Dorothea Maria, Saxoniæ Duce, Ebraicè docta, (c) ad Concionatoris aulici munus; poſtremò verò ad Superintendentiam Generalem à Duce Saxo-Vinarienſi & ad

ad Paſtoratum Primarium à Senatu Vinarienſi evectus eſt. Quas ſpartas cùm per annos plus minus quadraginta quatuor ſummà cum laude ornaſſet, ad meliora vocatus eſt anno Chriſti ſupra milleſimum ſexcenteſimum tertio & quadrageſimo. De eo & Hieronymo Dn. D. Fechtius: *Neque ſilendi* (inquit) *nobis in hac Saxoniæ noſtræ parte ſunt Johannes & Hieronymus Kromayeri, uterque utilisſimis laborum ſacrorum monumentis clari* (d) Vitam ejus & ſcripta recenſuerunt Paulus Freherus, (e) & Henn. Wittenius. (f) Sunt inter ſcripta ejus, Harmonia Evangeliſtarum: Examen Libri Chriſtianæ Concordiæ: Hiſtoriæ Eccleſ. Compendium. De quo Severinus Walth. Slüterus (g): *Johannes Kromayerus*, inquit, *patruus Hieronymi; Ducatus Saxo-Vinarienſis Ephorus Generalis, ante Hieronymum* (cujus memoraverat Hiſtoriam Eccleſiaſticam) *ſimile quid ediderat, ſed hanc operam ipſe Hieronymus in Præfatione libri ſui vocat nimis ſuccinctam, eſtque omninò talis.* (h) Confecit præterea, quod paucis compertum eſt, Paraphraſin in Jeremiam & ejus Threnos doctiſſimam, quæ hodie in Bibliis Vinarienſibus (i) comparet; licet Paraſtatam habuerit in perficiendo hoc labore longè utiliſſi-

liſſimo, D. Groshainium, ceu oſtendit Clariſsimus Vir Godofredus Vockerodtius, Gymn. Gothani Rector, in Commentatione ſive Exercitationibus Academicis de Eruditorum Societatibus (k)

(a) ſicut judicat de eo Dn. D. Fecht. Præfat. Exegeſibus Schomerianis in Epiſtolas Pauli Minores præmiſſa, quâ de Academicis Doctoribus, utrum in iis culpa aliqua vel neglectæ vel contemptæ à Theologiæ cultoribus lectionis Biblicæ reſideat, disquiritur, ſimulque Academiæ contra injuſtas multorum criminationes defenduntur, §. XVIII. p. 23.

(b) anno MDCXLIII.

(c) vid. Dn. Götzius in Meletem. Annæberg. p. 882.

(d) de Nobilitate Studii Theol. §. XXVI.

(e) in Theatro Virorum erud. clar. p. 509. b.

(f) in Memoriis Theologorum renovatis, p. 622.

(g) in Propylæo Hiſt. Chriſtianæ, Sect. I. p. 9.

(h) vid. Sagittarii Introd. in Hiſt. Eccleſ. cap XV. §. X p. 338.

(i) Solidiſſima eſt iſta in Bibliis illis Vinarienſibus paraphraſis, à Theologis quippe ſummâ eruditionis laude florentibus confecta, nominatim D. Joh. Gerhardo, D. Sal. Glasſio (qui in Mantiſſa ad Philolog. S. §. VIII.

p. m. 1491. edit. Francof. & Hamb. optimæ, de anno MDCLIII. Fateor, inquit, huic Operi Biblico, auſpiciis illuſtriſſimi & pientiſſimi mei Principis, Noribergæ jam quartum edito, aliquid operæ à me impenſum, neque forſan minimum. Et ipſius libri Pſalmorum, interſertas quod annotatiunculas attinet, auctorem me profiteor) D. Jo. Himmelio, D. Nic. Zapffio, D. Andr. Keslero, D. Arnoldo Mengeringio, Jo. Kromayero, Jo. Mich. Dilherro, aliis. Recte D. Abr. Calovius in aurea Pædia, Sect. II. Art. II. c. II. can. I. p. 146: *Hæc Biblia ſatis accuratam & genuinam exhibent in pleriſque exegeſin.* Et D. Mich. VValtherus, Senior, olim per Ducatus & Comitatus Cella-Lunæburgicos Superint. Generaliſſimus, in præfat. Centuriæ Miſcellaneorum Theologicor: *Veritas & conſcientia me hoc ſolum fateri cogunt. Solum per tot annorum millenarios enarrationem fundamentaliorem utilioremque Codicis ter ſancti nec vidiſſe nec radiis ſuis perſtrinxiſſe unquam. Norimberga in ipſo anni ingreſſu, quô opus illud diviniſſimum lucis uſuræ fuerat expoſitum, de omnibus cathedris ſuis Deo propterea gratias egit ſolenniſſimas.* Vid. Thomas Crenius Methodorum Tom. II., qui eſt de Philologia, ſtudiis liberalis doctrinæ, informatione & educatione literaria generoſorum adoleſcentum, Lugd. Bat. MDCXCVI. in 4. n. IX. p. 450.

(k) Part. II. cap. I. §. XXIII. p. 80.

§. XVIII.

§. XVIII.

Secundus ex Gente Kromayeriana Theologus Nobilis eſt HIERONYMUS KROMAYERUS, Johannis jàm jàm laudati frater. De quo verò, præterquam quod fuerit S. S. Theol. Lic., Ædis primariæ Cizenſis ad D. Michaëlis Paſtor, ac demum Superint. Plavienſis, quod referam, nihil ſnppetit. De generis nobilitate, de qua tamen neminem dubitare credo, ex abundanti videri poteſt D. Sagittarius (a) Tertius jâm dicti filius ὁμώνυμος eſt, celeberrimus ille Lipſienſium Theologus, HIERONYMUS KROMAYERUS, in orbem protruſus Cizæ anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum decimo, poſt geſta laudabiliter ſtudia Phil. M. & ejusdem FCtis Aſſeſſor, poſt Hiſtoriarum & Oratoriæ Ordinarius, tùm Theol. D. & Prof. Extraord., mox ordinarius ac demum Primarius, Conſiſtorii Electoralis & Ducalis Adſeſſor, Canonicus Miſenenſis, Collegii Ducalis Collegiatus, Alumnorum Electoralium Ephorus & Académiæ Decemvir. E vivorum ſublatus numero ſeculi ſuperioris anno ſeptuageſimo, ætatis verò ſuæ ſexageſimo. Vitam ejus perſecuti ſunt Henningus Wittenius (b), Theoph. Spizelius (c), & Sagittarius.

rius (d) diligentiſſimum in Acad Lipſ. Profeſſorem vocat Sev. Walth. Slüterus (e) Einen tapffern Theologum unſer Kirchen B. Lic. Joach. Fellerus (f) D. Jo. Micrælius (vel potius Dan. Hartnaccius in Continuatione) Hiſt. Eccleſ. (g) *Hieronymus*, inquit, *Kromayer, Theologus Lipſ. primarius, Theologiâ Poſitivo-Polemicâ, Locis Anti-Syncretiſtis - - - - immortalem ſibi nominis gloriam conciliavit.* Theoph. Spizelius in Epiſt. Dedicatoria Amicæ & placidæ Collationis ſuæ de Vaticiniis quibusdam Angelicis (h) Theologum Conſummatiſſimum adpellat & de Eccleſia orthodoxa bene meritiſſimum, Virum maximum, ſummum, ſplendidum Eccleſiæ lumen & maximum Saxoniæ, imò Eccleſiæ univerſæ columen. Et in ipſo Tractatu (i) primi commatis Theologum, & celeberrimum. (u) Idem in Felice literato (l) *Felicem hoc nomine* (ait) *apprimeque beatum D. Hieronymum Kromayerum extitiſſe alibi* (m) *teſtatus ſum ſcil. adeò in illo cuncta in uſum expedita, lepore atque ſuavitate condita fuiſſe, ut rarô quenquam offenſum, conciliatos plerosque & melius inſtructos reliquerit, ſiquidem non ignorarit Vir & Theologus prudentisſimus, orthodoxorum quorundam diſcordiam publicam graviſſima-*

rum

rum calamitatum cauſam eſſe atque ſcaturiginem, imò malum antiquisſimum, quo invaleſcente univerſa res ſacro-publica in ruinæ extremæ conſtituta ſit periculo. Nihil proin illò per omnem vitam placidius, nihil fuiſſe tranquillius, ubique pacata habuiſſe omnia, ſtrenuumque veritatis defenſorem, ſed ſine verborum acerbitate agere conſueviſſe. Ad cujus inſignis viri exemplum Doctores Chriſtiani tum demum ſe felicitatis literariæ apicem attigiſſe credant, ſi imperturbata animi gaudeant tranquillitate, neque ullum cum rixis & disſidiis inteſtinis habeant commercium. Portum quippe tunc attigere verè felicem atque lætisſimæ Segetis prænunciam proſperitatem ſunt ſecuti. Inter ſcripta ejus omnium in manibus eſt Theologia Poſitivo-Polemica, poſt multas editiones à B. D. Aug. Pfeiffero, Prof. tum Lipſ. & Eccleſiaſte, poſt Superint. Lubec., cum Iſagoge perutili edita, in cujus principio ſuum de hac Theologia judicium aperit. Sunt ejus porrò Eccleſia in Politia, ſive Hiſtoria Eccleſiaſtica (quam utilem maximè vocat in Hiſtoria recentiori inde à tempore reformationis per Lutherum inſtitutæ Slüterus (n)): Loci Anti-Syncretiſtici: Polymathia Theologica: Comm. in Epiſt. ad Gal. & Apocalypſin: Scrutinium Religio-

num

num tum falſarum, tum unicè veræ, tribus, quod ſciam, vicibus editum. In prima editione non decem ſaltem, (ut arbitratur Paulus Freherus (o)) ſed tredecim comparent Diſputationes. Prima enim agit de Religione in genere, II. de Paganiſmo, III. de Muhammediſmo, IV. de Judaiſmo, V. de Catabaptiſmo & Quakeriſmo, VI. de Weigelianiſmo, Roſæcrucianiſmo & Paracelſiſmo, VII. de Photinianiſmo, VIII. de Arminianiſmo, IX. de Calviniſmo, X. de Abyſſiniſmo, XI. de Anatoliciſmo, XII. de Papiſmo, XIII. de Lutheraniſmo. Editio ſecunda, quinque Diſputationibus Autoris auctior, prodiit, curâ D. Frid. Rappolti, Prof. olim Lipſ. (d), ceu indicavi in *Diſſ. Hiſtorico-Theol. de Numo Confesſionali & oblatorio.* (c) Editione tertiæ acceſſerunt (1) Detectio & proſcriptio variorum noſtrô tempore Syncretiſmorum ex Dannhavveri Myſterio Syncretiſmi, (2) Carteſianiſmus & Cocceјaniſmus, deſcriptus & refutatus à D. Val. Alberti. (r) Quartus eſt AUGUSTUS FRIDERICUS KROMAYERUS, S. S. Theol. Doctor, Paſtor Prim. & Miniſterii Evangelico-Lutherani Erfurtenſis Senior. (s) Quintus denique eſt JOHANNES ABRAHAMUS KROMAYERUS (quem alicubi Hieronymum patruum ſuum appellare

lare memini) Paſtor, Conſiſtorialis & Superintendens Ohrdruffienſis in Thuringia, qui præter Diſpoſitiones memoriales in univerſum Codicem ſacrum, inclaruit editô nuper Tractatu, hunc Titulum gerente בת מילדת לאם, Filia matri obſtetricans, hoc eſt: de Uſu Linguæ Arabicæ in addiſcenda Ebræa & explicanda Scriptura S. Libelli duo, (t) cæterum ad quemnam hi poſteriores Johannem an Hieronymum primum familiam ſuam referant, me hactenus fugit.

(a) Introduct. in Hiſt. Eccleſ. c. XV. §. X. p. 336.
(b) in Memoriis Theoll. renov. Dec. XIII. p. 1686. ſeqq.
(c) in Templo Honoris reſerato, p. 408. ſeq.
(d) l. c. cap. XV. §. X. p. 335. ſeqq.
(e) in Propylæo Hiſt. Chriſt., Sect. I. §. III. p. 8. 9.
(f) in Dedicat. Studioſi Devoti, a. iii.
(g) Lib. III. Sect. II. p. 771.
(h) Auguſtæ Vindel. anno MDCLXVII. in 8vo edit.
(i) p. 22.
(k) p. 182. add. p. 138.
(l) Commentat. V., quæ eſt de Literatorum contentionibus. §. XVII. p. 654. 655.
(m) in Templo Honoris, p. 408.
(n) l. c. p. 9.
(o) in Theatro, p. 699. a.
(p) anno MDCLXXIII.

(q) ſu-

(q) ſuperiori anno heîc loci hab., cap. I. §. XII. p. 16.

(r) Conf. Slüteri Propyl. Sect. II. p. 192.

(s) vid. Nova Literaria Germaniæ, Tom. II. anno MDCCIV., Menſ. Febr. p. 70.

(t) Francof. & Lipſ. MDCCVII. in 4to.

§. XIX.

Verè nobilem eſſe, cui binos debemus Theologos, Liliorum gentem, non eſt cuiquam incompertum. De ea Joach. Heinricus Hagen, Eloquentiæ, Poëſ. & Mathematum in illuſtri Collegio Chriſtian-Erneſtino quondam Profeſſor: Gens (inquit) Liliorum - - ex quorundam teſtimoniorum fide antiquæ nobilitatis eſſe perhibetur, cujus ſi autores ab ultima origine repetendi, non in remota tantum longè ſecula, ſed & peregrè & in extera loca abeundum eſſet. Non adeò multi abiere anni, ex quo Scriptum emanavit incerto auctore provulgatum, quod cunabula hujus gentis haud inanibus conjecturis, in Italia auguratur. Unde eam auſpiciis Alexandri Severi & Valerii Probi, Impp. in Germanicas oras traductam, Pannoniæ ſuperiori, Danubiique litoribus admovet, ubi Præfectos Advocatorum & Prætorianos Magiſtratus Auguſtis præſtitiſſe pertendit. Cui ſubſtruendæ traditioni lapidem quendam ex

Anna-

Annalibus Aventini, clariſſimi Bojorum Scriptoris, accerſit, Romanis aliquot literis notisque inſignitum, quæ ex hujus conjectura hunc in ſenſum exeunt: In honorem Deorum Dearum, vel Dedicatum Marti Victori, Lilius Filius vivus ſibi legit monumentum. Quam ſcripturam luculenter affirmare credit, jam longinquis temporibus Lilianam aliquam gentem nobilem ſub Romanis floruiſſe, quæ ſucceſſu annorum initio ad Danubii oram conſederit; tum in magnam, ut vocabant, Germaniam transgreſſa non præſtantiam modò laudemque egregiis facinoribus, verum & genus atque nomen, numeroſa educta progenie, longè latèque propagarit. Ac inſubidus ſanè fuerit, qui inficiari temerè auſit, nobiles unquam Lilios procreaſſe Italiam, cum Aloyſiorum, Antoniorum, Gregoriorum, Gyraldorum cæterorumque nobiliſſimis pariter ingeniorum monumentis emineant, ac clariſſimô famæ ore commendentur. De cætero, quantum per indubia veterum memoriarum veſtigia progredi & aſcendere datur, primum moderna Liliorum Familia ex vero laudare habet ſtirpis ſuæ ſtipitem, FRANCISCUM quendam, Virum manu promptum & militari rei operantem. &c. (a) Commemorandi nobis veniunt duo

ex

ex ea gente Theologi, quorum primus eſt GEORGIUS LILIUS, Matthæi filius, Caroli nepos, Sebaſtiani pronepos & Franciſci, quem modernæ Liliorum familiæ ſtipitem eſſe audivimus, abnepos, qui omnium primus in hac gente Theologicis diſciplinis operam cum vita addixit. Neque ſanè hoc inauſpicato aut ſucceſſu improbo, tam ſecundo enim in hoc ſtudio Georgius noſter pede progreſſus eſt, ut per varios in Marchia ſacrorum munerum gradus, ad ſupremum, qui Berolinenſis Præpoſitura Cathedralis eſt, aſcenderit. *In quo gradu honorum*, (verba ſunt Hagenii (b)) *quem per undecim annos tenuit, cum aliquamdiu commodè ſeſe expediret, ad extremum turbulentis pravè ſentientium machinationibus & vafritie implicitus, in miras Tragœdias conjectus eſt, quibus etſi aliquatenus ſe evolverit, ex mœrore tamen & cordolio inde contracto, viribus deminutus, & urgente inſuper ſenio (ſeptuagenario quippe gravabatur) ultimæ neceſſitati adnotus eſt: id quod contigit anno hujus ſeculi ſexageſimo ſexto.* Secundus eſt Georgii jam laudati filius, CASPARUS à LILIEN, Hæreditarius in Waitzendorff / S. S. Theol. D. Sereniſſimi Marchionis Brandenburg. Baruthini Conſiliarius Intimus, Confeſſionarius & Concionator

nator aulicus ſupremus, Conſiſtorii Præſes, Superioris Burggraviatus Norici Superintendens Generalis, Collegii Chriſtian-Erneſtini, quod Byruthi floret, Director, omniumque in terris Baruthinis Scholarum Inſpector. Natus Berolini, Pruſſorum Regis ſede ſplendidiſſima; ſeculi ſuperioris anno ſecundo & triceſimo, denatus ejusdem ſeculi ſeptimo & octogeſimo. In quo Viro rerum divinarum ſcientia & equeſtris ordinis dignitas ſibi invicem mirè reſponderunt. (c) Eum cum præcipuis Patriæ viris & propetuò memorandis æſtimandum dicit, qui vitam, ampliſſimas per præcipuas Europæ partes peregrinationes meritaque ſumma prolixè expoſuit, Joach. Henr. Hagenius. (d) Qui non ſolum Elogium, quod Theologorum in Argentinenſi Univerſitate Ordo, quando Doctorales adeptus eſt honores, communi ore Noſtro impertivit, commemorat; (e) ſed & in laudes ejusdem ſequentem in modum inter alia exſpatiatur: (f) *Jam quid horum omnium non egregiè Noſter tenuit? Quis in ullo ei aquam hærere, aut in aliquo eum claudicare animadverterit? Diffuſa ſanè lectionis erat, & adhuc dum ſtudii minimè fatiſcentis, cui & haud rarò multum noctis vindicabat. Quam ſolertiam feliciſſima vindicabat*

memoria, ut & facile lecta comprehenderet, & comprehenſa firmiter contineret, & cum uſus ferret, expeditè redderet. Quo fiebat, ut perpetuo eum recta beataque ſenſuum & verborum copia circumflueret! Cœleſtium doctrinarum veritatem ut à puero jam amplexus erat, ita incorruptè ſervavit, & contra omnis generis Sectariorum ſtrophas maſculè ſemper aſſeruit. Teſtimonium perhibent ſcripta ejus, cum erudito Orbe communicata, quæ longo ordine percenſere ſuperſedemus, cum catalogum eorundem haud pridem ſuppeditaverit Celeberrimus Henricus Pippingius. (g)

(a) in Oratione de Vita Caſparis à Lilien, in illuſtri Collegio Chriſtian-Erneſtino die ejusdem emortuali anno MDCLXXXVIII. hab. inſertaque à Clariſſimo Viro, Henrico Pippingio Memoriis Theologorum noſtra ætate Clariſſimorum, Triad. Decadum, Lipſ. MDCCVII. ed. p. 1264.

(b) Orat. cit. apud Pippingium l. c. p. 1265. 1266.

(c) vid. D. Jo. Bartholdi Niemeieri Programma cit. lit. D. fol. 4. b.

(d) apud Pippingium, c. 1256.

(e) ibidem, p. 1273. 1274.

(f) loc. all. p. 1282.

(g) in Memoriis jam cit. p. 1289. ſeqq.

§. XX.

Digitized by Google

§. XX.

Ad claſſem Nobilium Theologorum Lutheranorum me judice referendus quoque eſt JOHANNES MACHABÆUS (a) ex generoſa & pervetuſta Macalpinorum familia in Scotiæ regno oriundus, qui Religionis cauſa exul Wittebergam delatus, ibidem Divo Luthero, Phil. Melanchtoni aliisque tum noſtræ Eccleſiæ Theologis, cum conſtantiſſimè ab ore eorundem penderet, chariſſimus exſtitit. Poſt exactum aliquod ibidem temporis intervallum ob inſignem eruditionem & huic conjunctam pietatem Doctoratus Theologici axiomate auctus àque Chriſtiano III. Danorum Rege laudatiſſimo Hafniam, ad docendam publicè Theologiam, vocatus eſt, quod munus ab anno Chriſti milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſecundo, usque ad quinquageſimum ſeptimum, quo moriens illud vacare fecit, magnô bonorum omnium plauſu ſuſtinuit. Ab Eraſmo Vindingio *Theologi ſummi* titulô mactatur (b) Sequens verò ἐπιτάφιος λόγος poſitus fertur parenti à filio, Chriſtiano Machabæo, in Regia Hafnienſi itidem Profeſſore: Johannes Machabæus, Alpinas, ex nobili Macalpinorum familia oriundus in Scotia, Religionis cauſa in exilium actus, hinc viciſſim

M 2 Pſeudo-

Pſeudo-Pontificatum Romanum exegit. Cumque annis plus minus XV. in hac Academia ſalutis doctrinam propagaſſet, & Illuſtriſſimi Regis, D. Chriſtiani III. & omnium Bonorum favorem meruiſſet, in cœleſtem Patriam translatus eſt anno MDLVII. &c. (c) Reliquiſſe fertur Enarrationem in Deuteronomium. (d)

(a) Maccabæum vocat Königius in Bibliotheca Vet. & Nova p. 491. a.
(b) in Rectoribus Hafnienſibus.
(c) Conf Paulus Freherus in Theatro p. 175.
(d) vid. Königius, loc. cit.

§. XXI.

NobilemBoruſſum, accepimus, COELESTINUM MISLENTAM (a) Myslentam aliis (b), perperam vero Myſſentam Kromayero (c) & Chriſtianum Mislentam Niemeiero (d) dictum: S.S. Theol. Doctorem in Acad. Regiomontana Hebr. primum linguæ, (e) poſt Theol. Profeſſorem Primarium, Templi Cathedralis Paſtorem & Conſiſtorii Sambienſis Adſeſſorem, natum anno ſupra milleſimum quingenteſimum octavo & octogeſimo, denatum ſupra ſexcenteſimum quinquageſimo tertio. (f) De quo hæc habet Dn. D. Fechtius (g): *Jungemus his in Boruſſia Cœleſtinum Mislentam, è nobili Polonorum gene-*

genere ortum, eòque à Principe Alberto nobilium ſtipendio donatum: quò tantas ſibi acquiſivit doctrinæ divitias, ut Regiomontanæ & Academiæ & Eccleſiæ, in qua per annos XXXIV. docuit, fructum adferret, nullâ unquam memoriâ obliterandum. Micrælius verò ſequentia: *Cœleſtinus Myslenta,* D. - - *celebris diſcusſione diſquiſitionis Sachſianæ de communicatione idiomatum: Manuali Prutenico:* (in cujus Prolegomenis prolixè agit de Pruſſorum Religione (h)) - - *Anticriſi & aliis ſcriptis - - nomine Miniſterii Tripol. Regiomontani editis.* (i) Rudolpho Goclenio, Gieſſenſium olim Philoſopho πολυγράφῳ (k) cum quo literarium coluit commercium, inſigne Gieſſenſis Academiæ (in ea enim prius docuit, quam ad Acad. Regiomontanam deferretur) ornamentum itemque Theologus ac Philologus Polyglottus appellatur. (l) Imperterritô prorſus animo juſtôque Zelô reſtitit ſui temporis Novatoribus (quicquid judicet Niemeierus, qui *nihil in eo deſiderandum* ſcribit, *niſi quod Zelo ſecundum ſcientiam non fuerit uſus* (m)) edíditque Anti-Rathmanniana & Anti-Syncretiſtica. Illa quidem occaſione controverſiæ illius notiſſimæ ab Hermanno Rathmanno, Eccleſiæ Miniſtro Dantiſcano excitatæ (n); hæc

verò occaſione Johannis Latermanni, viri formâ quam mente, judice Crenio (o) melioris. Poſtquam enim hic ceu γνήσιος Georgii Calixti diſcipulus, ſub cujus & præſidio anno MDCXLV. habitâ de Trinitate Diſputatione contra claram Scripturæ literam Myſterium SS. Trinitatis in V. T. revelatum & ad ſalutem creditu neceſſarium fuiſſe negaverat; Syncretiſticas in Academia Regiomontana flammas Diſputatione ſua, an. XLIX. ibidem de Prædeſtinatione habitâ, excitaſſet, in qua conciliationem cum Reformatis Synergiſmum in opere converſionis, incertitudinem ſalutis, neceſſitatem Bonorum Operum ad ſalutem adſtruxerat, Auguſtinum Patronum abſoluti decreti Calviniani adſeruerat, Formulam Concordiæ rejecerat, Myſterium SS. Trin. unà cum apparitionibus Filii DEI ex V. T. ejecerat omnesque adeò Helmſtadienſes novitates in Academiam Regiomontanam invexerat; Cœleſtinus Mislenta unà cum Miniſterio Tripolitano eidem ſe opponebat, conquiſitisque cenſuris ac judiciis à Theologis Lipſienſibus, Vitembergenſibus, Jenenſibus Argentinenſibus, Gedanenſibus, Hamburgenſibus aliisque etiam Miniſteriis Orthodoxis impietatem Latermannianam & Dreierianam

rianam omnium conſpectui maturè exponebat Vid. Dn. D. Grapius, (p) D. Hieron. Kromayerus, (q) Arnoldus (r) Addantur B. Chriſtoph. Hartknochius, Gymn. olim Thorunienſis Profeſſor, (s) Freherus (t) Wittenius (u) & Königius (x).

(a) ex nobili & perantiqua Mislentiorum familia oriundum, in qua præ cæteris Vincentius Mislenta Epiſcopus Cracovienſis. circa annum MCCVII. florens, eminuit.

(b) vid. König. in Bibliotheca, p. 564. c.

(c) in Hiſt. Eccleſ. Cent. XVII. p. 647.

(d) in Programmate cit. lit. D. 4. a.

(e) ut enim omnibus in linguis Orientalibus: ita cumprimis in Hebræa adeò verſatus fuit, ut in Acad. Gieſſenſi ſub præſidio D. Chriſtoph. Helvici, Theologi & Philologi Profeſſoris ibidem celeberrimi, Ebraicè diſputaverit.

(f) Et circa annum ejus natalem & emortualem erratur à quibusdam. Königio ſcilicet in Bibl. l. c. natus dicitur anno 1558., quâ ratione ætatis anno 95. obiiſſe cenſendus foret. Frehero verò in Theatro p. 566. annus emort. conſtituitur 56.

(g) Diſſ. de Nobilitate Studii Theol. §. XXVIII.

(h) vid. D. Sagittarius Introd. c. XIX. ſ. XLII. p. 461. ſ.

(i) in Hiſtor. Eccleſ. Lib. III. Sect. II. p. 782.

(k) De eo egi in Schediaſm. Hiſtorico-lit. de Eruditis climacterico maximo denatis, p. p. 20. 21.

(l) apud Freherum, loc. all.

(m) in Programmate, l. c.

(n) De ipſo Rathmanno & ejus adverſariis hæc habet inter alia Dn. D. Fechtius Coll. in Rechenbergii Summ. Sect. XVII. §. XVI: Equidem auſteriorem, quam par erat, habebat adverſarium Rathmannus D. Corſinum, in quo nihil moderationis erat, nihil manſuetudinis. Quam ſi initio ſtatim adhibuiſſet egiſſetque magis benignè cum fratre ſuo, turbæ illæ nunquam fuiſſent enatæ. Viciſſim Rathmannus, non obſtante, quod periculoſis & ex Fanaticorum Schola deſumptis phraſibus uſus eſſet, idque ipſi ad oculum Theologi Wittebergenſes & Regiomontani remonſtraſſent, cedere tamen noluit, quod in illo viro arguit animum non ſatis Chriſtianum & paci deditum.

(o) Animadv. Philol. Hiſt. Tom. XIV. c. I. §. II. p. 45.

(p) in Summa Theol. recentioris MSC., cap. VI. Sect. I. §. V.

(q) Hiſt. Eccleſ. Cent. XVII. p. 650. ſeq.

(r) Hiſt. Eccleſ. & Hæret. Part. II. Lib. XVII. c. XI. §. XVII. p. 514.

(s) in der Preußiſchen Kirchen-Hiſtoria, ed. Francof. & Lipſ. anno MDCLXXXVI. in 4to.

4to, in qua prolixè Mislentæ operam ſuum in hac Latermanniana tum aliis in controverſiis præſtitam percenſet. Loca ſuggeret index.

(t) loc. cit.

(u) in Memoriis Theoll. renov. Dec. VIII. p. 1057. ſſ. & D. B. T. 1. ad ann. MDCLIII.

(x) in Bibl. V. & Nov. loc. cit.

§. XXII.

Nobilium Theologorum numerum adauget quoque NICOLAVS HIERONYMVS OELHAFIVS, (a) Norimbergæ nobili loco prognatus, anno ſuperiori ſeculis ſeptimo & triceſimo, denatus in florentiſſima ætate, ejusdem ſeculi ſeptuageſimo quinto, cùm poſt geſta Altorfii, Helmeſtadii & Argentorati ſtudia confectumque ad exteros iter, Paſtor per quinquennium Lauffenſes pro cathedra docuiſſet. Præter binas Diſputationes de Jure Naturæ, ejusdemque immutabilitate & indiſpenſabilitate, Tractatum Theol. de Prædeſtinatione elaboraſſe fertur. (b) A Chriſtophoro Arnoldo, S. S. Theol. & Phil. Prof. Noribergenſi ſequens ipſi Epitaphium poſitum eſt:

Is qui plus *olei* quàm vini abſumpſerat:
Is qui
Infundens *oleum* vulnera ſana dedit.

Cujus mens *oleo* fuerat tranquillior: & qui
Sedulus haud *oleum* perdidit atque operam.
Cujus cor *oleo*, ceu lampas, luce repletum eſt;
Hic ſponſum aſpectat, donec adeſſe velit.
Conditur in crypta, velut igne lucerna perenni,
Ut, ſi lux mundi venerit, illa micet.
Illa quidem fracta eſt, *olei* ſed ſervat odorem
Teſta diu, donec cingat *oliva* caput.

(a) ὁμωνύμους hicce habuit *Tobiam Oelbaſium*, Patriâ itidem Norimbergenſem, ICtum & Acad. Altorf. Procancellarium, anno MDCLXVI. defunctum. Cujus orationes, rem monetariam concernentes, impreſſæ ſunt MDCLXV. vid. Henningus Wittenius in Memoriis ICtorum, p. 432. *Nicolaum Oelbaſium*, Medicum, cujus eſt elenchus plantarum circa Dantiſcum, ed. anno MDCXLIII. *Petrum Oelbaſium*, ICtum, cujus in Inſtitutionum libros IV. exſtant 16. Diſpp. Dantiſci ed. anno MDCXLVIII. conf. Königius in Biblioth. p. 585. b. *Jo. Chriſtoph. Oelbaſium*, JC., cui à J. C. Becmanno

manno in Catalogo Bibl. Francof. p. 331. 332. malè tribui Joach. Oelhafii, Med. D. & in Gymn. Gedan. Profeſſoris Seminarium Peſtilentiale, Dantiſci An. MDCXXVI. excuſum, obſervat Jo. Möllerus in Homonymoſcop. Sect. II. c. VII. §. XCIV. p. 708. Et, quem noſter Nicol. Hieronymus, veneratus eſt Parentem, *Gabrielem Oelhafium* à Schollenbach, Judicii Norimbergenſis Aſſeſſorem Primarium & ſuburbii Wordenſis Præfectum.

(b) Vid. Freherus in Theatro Vir. Erud. clar. p. 710. b.

§. XXIII.

Injurius eſſem in Eccleſiam noſtram, niſi JOHANNEM PAPPVM, Theologum immortaliter de ea meritum, hoc loco commemorarem. Ingreſſus enim is mundum eſt Lindavii ad lacum Acronium, parente utroque nobili, anno ſupra milleſimum quingenteſimum nono & quadrageſimo. De parente Melch. Adamus: Cùm verò (inquit) parens ejus ardentiſſimo purioris doctrinæ Zelo flagraret & religionis ſinceræ acerrimus vindex & propugnator eſſet, utpote qui non ſolùm Wittebergæ reverendi Patris, Mart. Lutheri auditor diligens fuerat, ſed imperterritum ſe quoque teſtem eidem præbue-

buerat, cum anno decimo octavo à Leone X. Pontifice revocationem theſium de indulgentiis propoſitarum urgente, & diris anathematum comminationibus confeſſorem Dei gravante, ad generale atque liberum Concilium appellaret, voluit hic parens, ut vitæ aulicæ filius valediceret & ad Academiam rurſus ſe conferret, ſtudiumque ſanctæ Theologiæ Tubingæ prius inchoatum continuaret. (a) Hactenus Adamus. Argentinam itaque adiit Johannes noſter ibidemque Præceptorem nactus eſt D. Joh. Marbachium, Theologum & eruditionis ſolidæ & pietatis laude inclytum, (b) ſub cujus ductu tantum Divinâ adjuvante Gratiâ profecit, ut omnium cum applauſu anno ætatis XX. Reichovillenſi Eccleſiæ præficeretur, mox in Academia Argent. ætatis XXI. Ebrææ linguæ, & haud longò poſt S.S. Theol. Profeſſor & Eccleſiaſtes, ac Conventus denique Eccleſiaſtici Præſes conſtitueretur. In quo poſteriori officio tantâ prudentiâ verſatus eſt, ut Eccleſiarum Miniſtri, inſpectioni illius commiſſi, conſilia & actiones ipſius ſuſpexerint & admirati ſint, Deoque pro eximiis in ipſum collatis donis gratias egerint. (c) De ingenio ejus præcoci notatu digna ſunt verba Dn. D. Fechtii (d): *Mira-*

Miraculo (inquientis) *ſimile eſt, adoleſcentem, vix unum & viginti annos natum, duplici in Academiâ Profeſſione defungi & in ſummo ſimul templo ſacris orationibus dare operam: imò publico contra Joannem Jacobum Rabum, optimi viri, Ludovici Rabi, Eccleſiarum Ulmanarum Antiſtitis, degenerem filium, ad Pontificiorum caſtra prolapſum & facti ſui rationes epiſtolâ ad Patrem editâ reddentem; quem ſcripto libro, hiſtoriam ſimul Concilii Ttidentini continente, eâpſe ætate refutavit, vaſti ingenii monumento inclareſcere.* (e) De ſtupenda Pappi memoria ſummus Polyhiſtor, Matthias Berneggerus (f): Hoc loco mihi temperare nequeo, quin de Clariſſimo quondam in hac Academia Theologo, Johanne Pappo, commemorem aliquid, quod vobis omnibus vel propter memoriam tanti Viri credo non injucundum eſſe futurum. Is ut aliis excellentibus animi dotibus divinitus erat ornatus, quas nunc carendo demum agnoſcimus, quasque mirari facilius eſt quam laudare: ſic imprimis adeò felici memoria fuit, ut quamvis pagellam etſi longiuſculam, ter vel à ſe lectam, vel ab alio prælectam, poſſet ad verbum recitare memoriter. Cùm ex eo quæreretur, ecquô id artificio fuiſſet aſſecu-

ſecutus? triplici, reſpondit: Grammatico uno, altero Dialectico, tertio Rhetorico. In prima enim lectione ſic vim poteſtatemque vocabulorum & genuinum Autoris ſenſum expendere: in altera συνέχειαν obſervare ac logicam textus propoſiti diſpoſitionem inſtituere: in tertia denique, quicquid artificii rhetorici eſt, cogitatione digerere: atque ita citra omnem difficultatem, quicquid velit, in animum demittere. Crediderim hâc ipsâ uſum arte magnum illum Julium Cæſarem Scaligerum, ut de ſe ipſe teſtatur, Jonicos verſus centum & viginti veſpertinâ meditatione conceptos, poſtridie ad verbum ſine ulla hæſitatione dictaſſe. (g) Jo. Conr. Dannhauerus, illuſtre prorſus inter Noſtrates nomen, Pappum vocat Theologum incomparabilem, tantò ſeveriorem, quantò cordatiorem. (h) Idem Virum ſuô meritô magnum, ſive divinam prorſus ingenii excellentiam, ſive acre judicium, ſive præcurrentem ſemper annos & vaſtam variarum rerum eruditionem, ſive in legendo copiam, ſive in ſcribendo elegantiam, ſive prudentiam in agendo, ſive in religionis ſenſu puritatem, ſive in officio parrheſiam & dexteritatem, ſive indefeſſam induſtriam, ſive animi pietatem atque ex iſtis evaleſcen-

tia

tia in Ecclesiam Argentinenſem merita, quam imperterrito animo adverſus hoſtes veritatis acerrimos pariter atque potentiſſimos, poſt Johannem Marbachium, in veritatis confeſſione retinuit, quæ laudes huic viro quaſi propriæ ſunt. (i) Dn. D. Fechtius doctiſſimum & κριτικώτατον Theologum appellat, (k) quo vix quenquam Argentoratenſis Eccleſia habet, cui majoribus obligetur meritis. (l) Jo. Andr. Quenſtedius, Theologorum ſui ævi decus, qui exteris quoque ob nominis celebritatem innotuit. (m) Sev. Walth. Slüterus nominatiſſimum olim in Academia Argentinenſi Profeſſorem (n) Jo. Micrælius inſignem Argentinenſium Athletam adverſus Joh. Sturmium, (o) Memorabile eſt, quod eôpſe annô, quem in inſcriptionibus familiari ſibi hôc verſu expreſſit:

AD fIneM sI qVIs ſe parat, ILLe sapIt. obierit, anno ſcil. MDCX., quâ ratione ad Eruditos meos, mortem ſibi præſagientes, referri jure meretur. Pro ſymbolo & teſſera quaſi Chriſtianæ militiæ ſuæ elegiſſe fertur illud Chriſti ad Martham: ἑνὸς δέ ἐστι χρεία, unum eſt neceſſarium. (p) Inter Scripta ejus eſt Epitome Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, in qua agit de Converſione Gentium, per-

perſecutionibus Eccleſiæ, Hæreſibus vetuſtioribus, Conciliis Oecumenicis, &c. minimè verò de Lutheranorum inter ſe Schismatibus, ut perperam ſcripſit Jo. Hoornbeeckius (q); quo nomine meritò vapulat celeberrimo Thomæ Crenio. (r) Continuata eſt iſta Epitome ab Euſebio Bohemo, (s), aucta & recognita verò ab Henr. Kippingio. (t) Cæterum conf. de Pappo pluribus Dn. D. Fechtius, (u) B. D. Sagittarius, (x) D. Kortholtus, (y) Paulus Freherus, (z) D. Sebaſt. Niemannus (aa) aliique.

(a) in Vitis Germanorum Theologorum, p. 382. a.

(b) De ejus vita magnisque in Eccleſiam Chriſti meritis vid. Dn. D. Fechtius in aureo ad Epiſtolas Marbach. Apparatu. cap. III. p. 24. ſeqq. Jo. Andr. Quenſtedius Virum doctiſſimum & Theologum ſincerum vocat, in Dialogo de Patriis Virorum illuſtr. p. 157. Thomas Crenius Magnum Argentoratenſium, ſanctæ memoriæ Theologum, Tom. III. Animadv. Philol. Hiſt. c. III. §. IV. p. 100., Virum de Eccleſiis noſtris meritum optimè, Tom. IV. c. IV. §. IX. p. 177., rectiſſimi Exempli Theologorum, Tom. VI. c. II. §. VII, p. 140. add. Jo. Micrælius in Hiſt. Eccleſ. Lib. III. Sect. II. p. 776.

(c) vid.

(c) vid. Adamus loc. cit.

(d) in Hiſtoria Colloquii Emmendingenſis, anno MDCXCIV. Roſtochii in 8vo. edita, cap. IIX. §. I. p. 103 104,

(e) Simile ejusdem de Magno hujus olim Academiæ Theologo, Jo. Affelmanno, qui non Theologiæ ſolùm Profeſſionem, ſed Doctoris quoque gradum, adoleſcens unius & viginti annorum, ſuſceperat, exſtat elogium in Orat. de Studio Exegetico in Acad. Roſtoch. ſemper exculto, quam annexuit editis à ſe anno MDCC. heîc loci Exegeſibus Schomerianis in Epiſtolas Pauli Minores, lit. Hh. 4. a. Plura de Affelmanno dabit Diſſ. mea de Meritis Weſtphalorum in Acad. Roſtoch. Sect. I. n. I. p. 5. ſeqq. de Præcocibus Doctis ex inſtituto egit pec. Diſp. Witteb. hab. anno MDCCII. M. David Schultetus, Vir in elegantioribus literis verſatiſſimus; cujus excerpta videre eſt in Nov. Lit. Germ. T. I. anno MDCCIII. in Jul. p. 245. ubi ſimul indicatur, aliquot Centurias Doctorum præcocium in Diſſ. de Studio Senili promiſiſſe celeb. Prof. Kilon., Seb. Kortholtum.

(f) in Orationum Decade, Orat. II., quæ eſt de parandæ doctrinæ modis illegitimis, p. 53. ſeq. edit. Argent. anno MDCXL.

(g) Refert hæc verba Thom. Crenius Animadv. Tom. II. c. V. §. VIII. p. 182., & ante eum Dn. D. Fecht. in Hiſtoria Colloq. Emmen-

ding. c. VIII. §. V. p. 111., qui hæc addit: Quô quidem pacto adjuviſſe qualitercunque memoriam. non comparaſſe, quæ a liberali natura ei excellens & inuſitata fuerat, dixerim; qua de re jucunde alicubi diſſerit ὁ πανεπιςήμων Dan. Georg. Morhoſius, in Polyhiſt. lib. II. c. VI. p. 363. ſ.

(h) in Præfat. memoriæ, Thaumaſiandro Luthero à Joh. Frid. von der Straß erectæ, edit. Argent. MDCLXI. apud Dn. D. Fecht. in Colloq. Emend. l. c. §. II. p. 106.

(i) apud D. Fecht. in App. ad Epp. Marb. c. IV. num. XLIII. p. 136. 137.

(k) in App. ad Epp. Marb. cap. III. p. 40.

(l) de Nobil. Studii Theol. §. XXV.

(m) de Patriis illuſtr. Vir. p. 157.

(n) in Propylæo Hiſt. Chriſt. Sect. I. §. XIV. p. 23.

(o) Hiſt. Eccleſ. Lib. III. Sect. II. p. 785.

(p) vid. Melch. Adamus l. c. & ex eo Th. Crenius Animadv. Tom. XI. c. II. §. I. p. 131.

(q) in Summa Controverſiarum Lib. IX. p. 731. edit. Traject. ad Rhenum, ann. MDCLIIX.

(r) Animadv. Tom. IV. c. IV. §. IX. p. 177. ſeq.

(s) editaque Witteb. ann. MDCXXVI.

(t) ed. Francof. MDCLXI. vid. Slüterus in Propylæo l. c. p. 23. Eam editionem optimam judicat Joh. Schefferus, Diſſ. de Generoſi

nobi-

nobiliſque informatione literaria, §. XI, apud Crenium Methodorum Tom. II. p. 455: *Eccleſiaſtica* (inquiens) *Hiſtoria, quantum hic neceſſe eſt, haurietur rectius ex Pappo, cujus optima editio cum notis Kippingii.*

(u) in Hiſt. Colloq. Emm. cap. IIX. toto, p. 102. ſeqq.

(x) Introduct. in Hiſt. Eccl. c. XV. §. III. p. 325. ſeqq.

(y) in Hiſt. Eccleſ. Sec. XVII. c. IV., quod eſt de Viris illuſtribus, §. VII. p. 874.

(z) in Theatro, p. 357.

(aa) in Vitis plurimorum Theologorum Sec. XVI. MSC., num. XXXVIII.

§. XXIV.

Referendus quoque huc venit BALTHASAR HENRICUS de PLATEN, ex perantiqua Plateniorum familia, equeſtri dignitate multis retrò ſeculis inclytâ, quæ hodieque haud abs re gloriatur de Franciſco Erneſto de Platen, S.R.I. Comite, Sereniſſimi Electoris Brunſvico-Lnneburgici primario Regiminis ac Status Miniſtro, oriundum. Qui cùm in nobili Rugiæ feudo Dornhoff anno ſuperioris ſeculi octavo & ſeptuageſimo in lucem editus, à teneris ſacrarum literarum ſtudio conſecratus fuiſſet, (a) ſtudiaque Theologica Roſtochii, Vitembergæ & Gry-

phisvvaldiæ laudabiliter admodum (quod teſtantur ſpecimina illis in locis exhibita (b)) geſſiſſet, nec minus longô per Germaniam, Belgium, Angliam Galliamque itinere haud contemnendum eruditioni ſui augmendum addidiſſet, Eccleſiæ Wolgaſtanæ Paſtor & Vicinarum Præpoſitus ſuperiori anno conſtitutus eſt. Illis verò officiis ut eô majori præeſſet auctoritate, Doctorales in Theologia honores, quam proximè eidem conferendos, ambiit. Pro quibus obtinendis Lectiones curſorias habuit de Increato Angelo ex Exod. XXIII. 20., Diſputationem verò inaug. Præſide Magno Mayero de verbis Chriſti ad latronem: Hodie mecum eris in Paradiſo, contra Obſervatores Halenſes. De cætero uberrimam Spiritus S. gratiam ex toto pectore à Summo illi Numine adprecamur.

(a) ut ipſe teſtatur in Vitæ ſuæ deſcriptione, quam Dn. D. Mayerus Programmati ad Lectiones ejus curſorias invitatario, quo de Pietiſtarum Anteceſſoribus circa Perfectiſmi caput diſſerit, inſeruit, p. 10.

(b) utp. Diſſ. de Regeneratione anno MDCC. ſub Præſid. Dn. D. Krakevitzii hab., de Religione Gibeonitarum ad Joſ. IX. & 2. Sam. XXI. anno MDCCIII. ſub Præſidio Dn. D. Fechtii hab. & de Verè religioſi adoratoris

Spi-

Spiritu & veritate, ex Joh. IV. 24. hab. Witteb. ſub præſid. B. D. Phil. Lud. Hanckenii, MDCCV.

§. XXV.

Succedit ADOLPHUS FRIDERICUS à PREEN, Nobilis Megapolitanus, Eccleſiarum in Diſtrictu Stargardienſi ab anno MDCLIIX. Superintendens. De cujus ut & Sam. Voſſii, deinceps nominandi, familia verè nobili hæc protulit Dn. D. Fechtius: *Uterque ex ampliſſima pariter & clariſſima Equitum Meclenburgicorum proſapia genitus eſt; nec ulla eſt vel patriæ vel vicinæ Nobilitatis familia, Büloviorum, Bariorum, Plateniorum, Lützoviorum, Pleſſeniorum, Thuniorum, Bredoviorum, Oldenburgiorum, Retsdorfiorum, Pentzeniorum, Moltkeniorum, Linſtoviorum, Zepliniorum, Lühiorum, Suerinioorum, Viereckiorum, Moltzhaniorum, Hahniorum, Paſſaviorum, Engeliorum, aliorumque, cui illi, una cum Krakevitzio, vel ſanguine non innexi ſint vel affinitate. Qui cùm animum perfectâ rerum Theologicarum ſcientiâ imbuiſſent, Principi ſanctis conſiliis, Eccleſiæ indefeſsâ operâ, Deo fide & patientiâ, ad extremum usque Spiritum, æternâ cum nominis ſui gloria inſervierunt.* (a)

(a) Diſſ. de Nobilitate Studii Theol. §. XXVIII. add. D. Niemeieri Programma lit. D. 4.

§. XXVI.

Huic jungo ERHARDUM QUEIS, Nobilem Boruſſum, Epiſcopum Pomezanienſem, ab anno MDXXIII. ad annum usque, quô defunctus eſt, MDXXIX., qui cum Georgio Polentio, Epiſcopo Sambienſi anno MDXXV. Ordinationem ceremoniarum Eccleſiaſticarum edidit, & ſucceſſores habuit Speratum, Draconitem, Venetum, Wigandum, Heshuſium. (a) Rejecto Papiſmo tandem Religionem Evangelico-Lutheranam amplexus eſt. Quô vero annô illud contigerit, non certò conſtat. Cœleſtinus Mislenta factum id aſſerit anno MDXX. (b) cui repugnat Chriſtoph. Hartknochius, ſcribens: D. Cœleſtin. Mislenta ſchreibet / daß in dieſem 1520. Jahre die beyden Biſchöffe / die in des Teutſchen Ordens Theile alhie geblieben / nemlich der Sammländiſche / Georg von Polentz / ein Meißniſcher / oder wie andere ſchreiben Laußnitziſcher Edelmann / und der Pomeſaniſche / Erhardus Queis / ein Preußiſcher von Adel / die Warheit erkannt / und den Lutheriſchen Glauben angenommen. Es kan aber nicht

t ſeyn. Denn erſtlich iſt in Pomeſan umal nicht Erhardus Queis/ ſondern *us* von Dobeneck / Biſchoff geweſen.) Et poſt multa (d): Der andere Biſchoff Preuſſen / Nahmens Erhard Queis / elcher in eben dieſem 1523. Jahr an des *obi* von *Dobeneck* Stelle zum Biſchoff in Pomeſan verordnet worden/ blieb noch bey er Päbſtlichen Religion/ wie dieſes aus D. Luthers Brieffe / den er an. 1524. an den Spalatinum geſchrieben / zu erſehen da er auff dieſe Weiſe ſchreibet: Epiſcopus tandem unus Chriſto nomen dedit & evangelizat in Pruſſia, nempe Sambienſis, quem fovet ac erudit Johannes Briſmannus, quem illuc miſimus abjecto cucullo. Welche Worte Er nicht hätte ſchreiben können/ wenn auch der Biſchoff dazumal ſich zu dem Evangeliſchen Glauben bekant hätte. Idem Hartknochius aliò locò, annò demum quinto ejus ſeculi & viceſimo publicè Lutheranam fidem profeſſum eſſe Queiſium, adſerit. (e)

(a) Micrælius Hiſt. Eccleſ. Lib. III. Sect. II. p. 788.

(b) in Prolegom. ad Manuale Pruten. Lit. ψ. 3. ſeqq.

(c) in der Preußiſchen Kirchen-Hiſtorie, Lib. II. cap. I. §. II. p. 166. 167.

 (d) p.

(d) p. 268. 269.
(e) §. VII. p. 276. De morte ejus idem videri poteſt §. VIII. p. 280.

§. XXVII.

Memoriæ porrò ſuccurrit JACOBUS REIHINGIUS, antiqua ex familia parentibus nobilibus in lucem Auguſtæ Vindelicorum editus. Is Papiſtarum primò innutritus ſacris, in omni adeò feliciter ſtudio progreſſus fuerat, ut non unus è multis inter eosdem Doctor evaſerit, Poëticam primò in Sodalium Collegio Oenipontano, Philoſophiam autem & Theologiam Ingolſtadii magnâ ſui (quod teſtantur omnes) gloriâ profeſſus, ac demum Wolffgangi Guilielmi Comitis ad Rhenum Palatini in aula Concionaturam adeptus. Sed gratiâ Divinâ Papiſmo relicto ad Lutheranam religionem anno ſuperioris ſeculi viceſimo converſus, Orationem revocatoriam publicè habuit. Qua de re ſequentia tradit Paulus Freherus: *Sed*, inquiens, *cum Auditores ejus Neoburgi (hanc ipſe in ſermone revocatorio converſionis ſuæ rationem reddidit) magnam partem Evangelici, aut ad Papatum recens allecti, Scripturis aſſueti, Scripturas requirerent, ad Scripturas identidem provocarent & compellerent, Scripturis Sacris ipſi inhærendum fuit & inſiſtendum,*

dum, ne inter tenellos auditorum animos cauſam prodere videretur, itaque è ſacrarum literarum monumentis Papatum firmare eſt auſus, ſed fruſtra, ipſe enim exinde Evangelii lucem, cum Evangelicos libris editis impugnaſſet, agnovit. (a) Similem in modum Dn. D. Götzius: (b) *Et ſanè, ſi dicendum, quod res eſt, factum eſt omni ſeculorum memoriâ dignum. Nam cum Reibingius in eo eſſet, ut doctrinam, quam tunc amplexus erat, ac mordicus tenebat, magis magisque adverſus diſſentientes tueretur, ejusque rei ergo Divinos Scripturæ Sacræ libros evolveret, collatis Theologorum Noſtratium opuſculis, effectum inde eſt, ut cœleſti perfuſus lumine manum daret victus, atque Pontificiorum doctrinam abjuraret non minus quàm peculiaribus ſcriptis oppugnaret.* Natus hinc eſt libellus Retractationem anno MDCXXVI. idiomate vernaculo ſcriptus, quô vix pulchrior aut eruditior dari potuit, in quo ea omnia, quæ Manuali Evangelico laudati Hoë antea oppoſuerat, ſincerè poſtmodum correxit. Qui proinde ſequenti Epigrammate eum cohoneſtavit:

Qui quondam ESAVI monachus de
gente fuiſti,

REIHING, nunc magni ſervus æde
DEI es.
Et qui ſparſiſti quondam zizania prava,
Nunc in agro Domini ſemina grata
ſeris.
Gratulor & lætor, quod habes nunc
enthea dona,
Ut falſum averſans, vera docere queas.
O utinam multi hæc premerent veſtigia
pulchra!
O utinam legerent publica ſcripta tua!
Inprimis præſens, quo profligata videmus
Tela Papiſtarum funditus, & ſolidè.
Errare humanum eſt; errorem at linque-
re promptè,
Hoc opus à Domino, non aliunde venit.
Is Te confirmet, robur tibi hic addere
pergat,
Ut poſſis hoſtes enſe ferire ſacro.
Et verbi Oraclis Romam enervare Pa-
palem:
Sic eris ante homines magnus, & ante
DEum.

Joh. Micrælius: (c) *Jacobus Reihingius*, ait, *celebris primum inter Jeſuitas & ſeductor Palatini Neoburgici, deinde abjecta Pontificia Religione Orthodoxiam amplexus, Tubingam conceſſit, & ſua ipſius ſcripta heterodoxa ut*

&

& Foreri & aliorum quondam complicum, non ſine inſigni teſtimonio candoris refutavit. Converſus iſthoc modo Reihingius maximô à Noſtratibus gaudio exceptus, ac S. S. Theol. Tubingenſi Acad. Profeſſor, Eccleſiaſtes & illuſtris Stipendii Inſpector conſtitutus fuit; quæ oficia ſexennium fermè magna cum laude adminiſtravit, neque unquam vel piguit vel puduit Noſtros Reihingium honorificè humaniterque excepiſſe atque ad publica officia evexiſſe. Inter ſcripta ejus (d) notamus Retractationem Enchiridii (e), diligenter à Noſtratibus legendam, ut monet Joh. David. Reimannus. (f) Conf. de cætero B. D. Joh. Olearius, Junior (g), Andreas Carolus (h) Theophilus Spizelius (i) Dn. D. Joh. Schmidius (k) Philippus Alegambius (l) &, qui primô locô nominandus fuerat, D. Fechtius. (m)

(a) in Theatro Virorum erud. clar. p. 431. a.
(b) in Schediaſmate Hiſtorico-Theol. de Converſis Pontificiis, ex lectione librorum Lutheri Lutheranorumque Doctorum ad veritatem Evangelico-Lutheranam perductis, ed. Lipſiæ MDCCV. in 4to, §. XXXI. p. 49. 50.
(c) Hiſtor. Eccl. Lib. III. Sect. II. p. 790.
(d) quæ recenſuit Freherus, p. 431. ſeq.

(e) En-

Digitized by Google

(e) Enchiridion iſtud contra D. Hoëum evulgatum fuit anno MDCXVII. Neoburgi in 4to, ejusdem verò Retractatio prodiit anno MDCXXVI.

(f) adverſus Coturium P. II., apud Götzium l. c. p. 51.

(g) Part. II. der wunderlichen Güte Gottes/ p. 736. ſeqq.

(h) In Memorialibus Eccleſ. Tom. I. p. 527. ſeqq.

(i) in Templo Honoris reſerato, p. 95. ſeqq.

(k) Diſſ. de Palinodia Eruditorum, hab. Lipſ. anno MDCXCVII. §. XXV.

(l) in Bibliotheca Jeſuitica, p. 209. b.

(m) in Schediaſm. Sacris, ſive Exercitationum Singularium Libro, Roſtochii ſecundum edito anno MDCCVI. in 8vo, Exerc. IV. p. 856., ubi de Reihingio, Theod. Thummio, Jo. Ulr. Pregitzero & Melch. Nicolai teſtatur, quod partim jam tum ſummæ eruditionis nomine ſuper æthera noti fuerint, partim ampliſſimam de ſe famam in univerſum orbem cœperint diffundere.

§. XXVIII.

Commerandus quoque Nobilibus Theologis Lutheranis eſſet CASPAR SCHWENCKFELDIVS ab Oſſing, Nobilis Sileſius, niſi puram Evangelii doctrinam (a) cum Fanaticiſmo permutaſſet. Mittinus itaque illum, notatis ſolummodò verbis Jo. Micrælii (b): Inter

Inter Paradotas (inquientis) faſtuoſus Caſp. Schvvenckfeld de Oſſing cum aſſeclis meritò collocatur. Fuit is nobilis Sileſius,& tanquam unus ex Scepticis, neque Papæ, neque Lutheroneque Sacramentariis, neque Anabaptiſtis adſtipulatus eſt: ſed quædam ex omnibus approbans & novam religionis ideam venditans, verbo DEI ſepoſito ſpretoque Eccleſiaſtico Miniſterio, ſomnia ſua jactitavit & plurimos interque eos Valentinum Krautvvald & Joh. Sigism. Werner, illum Canonicum, hunc Paſtorem Lignicenſem eloquentiâ affectatâ, dementavit. Verbum externum & Sacramenta nihil ad ſalutem conferre; carnem Chriſti non eſſe noſtræ ſimilem, nec etiam creaturam; legem DEI facilè impleri poſſe; juſtitiam noſtram coram DEO eſſe eſſentialem DEI juſtitiam, omnes Chriſtîanos eſſe naturales DEI filios docuit. A Friderico, Principe Lignicenſi, ejectus Sileſia, cultiſſima Germaniæ loca tanquam Pſeudoapoſtolus peragravit, & furtivos paſſim, & imprimis Auguſtæ, egit conventus: &, ſi verum eſt, quod de ſe ipſe ſcribit, intra XXIIX. annos plusquam L. libellos idiomate vernaculô typis evulgavit, quos Lutherus ex ipſo dixit diabolum vomere & cacare. Plura vid. apud Dn. D. Fechtium (c), D. Chri-

D. Chriſtianum Kortholtum (d), D. Hieron. Kromayerum (e), D. Jo. Micrælium (f), Nic. Reuſnerum (g) Godofredum Arnoldum (h) aliosque.

(a) Profeſſus fertur eam ad annum usque MDXXIII., juxta Freherum usque ad MDXXIV. in Theatro p. 190. b. Cum Luthero verò eum (ne quisquam ea de re dubitet) primò ſenſiſſe, tradunt quoque Abr. Bucholcerus in Indice Chronolog. p. 510. & Scultetus in Annalibus Evangel. P. I. p. 237.

(b) in Hiſtor. Eccleſ. Lib. III. Sect. II. p. 883. ſeq.

(c) de Nobil. Studii Theol. §. XXIX.

(d) in Hiſt. Eccleſ. Sect. XVI. §. LXIV. p. 785.

(e) Hiſt. Eccl. Cent. XXI. p. 598. 599., qui obſervat à Luthero & Philippo communiter Stenckfeldium vocatum fuiſſe.

(f) loc. cit. p. 813.

(g) in Iconibus Virorum illuſtrium, lit. N. 6.

(h) in Hiſt. Eccleſ. & Hæret. P. II. Lib. XVI. c. XX. p. 240. ſeqq. qui verò, ut peſſimos hæreticos maximis ubique evehit laudem encomiis, ita Schvvenckfeldium non ſolum defendit, ſed in ſanctorum ſuorum, quem fanaticiſſimi quique ipſi conſtituunt, catalogum infert.

§. XXIX.

§. XXIX.

Majori jure locus inter Noſtros relinquitur PAULO SPERATO, (a) Sueco, ex antiqua & nobiliſſima Sprettorum familia anno ſupra milleſimum quadringenteſimum quarto & octogeſimo nato. Verbi is Divini præconem egit Auguſtæ, Herbipoli, Salisburgiæ Viennæ Auſtriæ, intrepidè ibidem taxans abuſus ſuperſtitionesque Papales. Idem verò illud cum & alibi, nominatim Iglaviæ in Moravia, tentaret, ab Epiſcopo Olomucenſi in vincula conjectus eſt. Hinc elapſus, anno MDXXIV. Wittebergam ad Megalandrum ſe contulit, à quo in Boruſſiam ablegatus, Epiſcopus Pomezanenſis conſtitutus eſt. Eo verò officio poſt Erhardum Queiſium (de quo paulò ante) tempore ſatis longo magna cum laude defunctus, ad plures abiit anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo buarto, ætatis ſuæ ſeptuageſimo. De eo ſequens habet elogium Melch. Adamus (b): *Excelluit ingeniò & eloquentiâ admirabili: & perpetuus ac conſtans Auguſtanæ Confeſſionis adverſus Anabaptiſtas ac Sacramentorum profanatores, defenſor & propugnator fuit. Ac nominatim Eccelium quendam & Zanckerum, qui initio emendationis Eccleſiarum irrepſerant, & multos etiam ex proceri-*

reſu-

bus ſeduxerant, Raſteburgi Colloquio inſtituto refutavit. Pietatis ac doctrinæ Theologicæ non vulgaris aut hypocriticæ, ſed ſpiritualis & ſublimis. (c) Joh. Micrælius: *Paulus,* inquit, *Speratus, Nobilis Suevus, - - ingeniô & eloquentia admirabili, qui Auguſtæ, Herbipoli, Salisburgi, Viennæ, Iglaviæ in Moravia, intrepidè ſub initiis prædicati Evangelii abuſus Pontificios taxavit, & è carcere tetro, in quem conjectus fuerat, divinitus elapſus, Wittebergam ad Lutherum & inde in Boruſſiam ab illo miſſus, Concionatorem primô alicum egit, deinde per XXIV. annos Epiſcopatum Pomezanienſem adminiſtravit.* (d) Pietatem vitæque ſanctitatem ſatis arguunt Odæ ſacræ ab eo compoſitæ libriſque Pſalmorum Evangelicis inſerta, quales ſunt: Es iſt das Heyl uns kommen her aus Gnad und lauter Güte: Hülff GOtt/ wie iſt der Menſchen Noth ꝛc. aliæque. De quibus Godofredus Arnoldus rectè pronunciat: Der Gottſeelige und in vielen Trübſalen geübte Paulus Speratus, ein Schwäbiſcher von Adel / erſtlich in Mähren wegen der Religion gefangen / hernach Biſchoff zu Pomeſan in Preuſſen/ hat die Lieder gemacht: Es iſt das Heyl uns kommen her: Ich ruff zu dir HErr JEſu Chriſt: und/ hilfft GOtt/wie iſt der Menſchen Noth. Von wel-

welchen billig einer ſchreibet/daß ſie von keiner gemeinen und heuchleriſchen/ ſondern von einer geiſtlichen und höhern Theologie zeugeten. (e) De priori, apud Hartknochium ſequentia notatu digniſſima occurrunt (f): Inſonderheit lobet ſeinen Meiſter das herrliche Lied von der Rechtfertigung eines Sünders vor GOtt: Es iſt das Heyl uns kommen her. Von welchen Liede dieſes merckwürdig/ was ich in meiner Jugend von meinen Præceptoribus in der Schule gehöret. Es kömpt ein Bettler aus Preuſſen nach Wittenberg / und ſinget dieſes Lied vor des D. Luth. Thür. D. Luther höret ihm mit Fleiß zu / biß es der Bettler ausgeſungen: weil Er aber nicht bald alles vernehmen können/ gibt er dem Bettler eine Gabe/ und befiehlet ihm/ ſolches noch einmahl zu ſingen. Wie er es verrichtet / fragt ihn Lutherus/ von wannen er komme/ und wo er das Lied gelernet? der Bettler antwortet/ er komme aus Preuſſen/allwo dieſes Lied in der Kirchen offt geſungen würde. Da giengen dem D. Luther die Augen für Freuden über/daß GOtt dieſem Lande ſo gnädig wäre/und ſelbiges in Erkäntniß ſeines Worts ſo weit hätte kommen laſſen. Apud Maximè Reverendum Georg. Serpilium, Paſtorem Evangelico.

Luth. Ratiſbonenſem, in den zufälligen Gedancken bey Herr M. Jo. Chriſtoph. Olearii. &c. Kurtzer Entwurff einer nützlichen Lieder-Bibliothec/ edit. Ratiſbonæ MDCCIII. in 8. p. 15. ſeq. de eadem cantilena hæc lego: Aus welchen (D. Mart. Lutheri, Anno 1525. zu Erfurt in octav gedruckten) Geſangbuch/ denn auch ad pag. 20. ſeq. von dem Lied: Es iſt das Heyl uns kommen her / wol zu mercken / daß dabey ſtehet: Ein hübſch Lied D. Sperati, (wie denn in ietztgedachten Geſangbuch num. 29. und 30. noch zwey Lieder daſelbſt angeführet werden / die Er damals verfertiget hat) jedoch das Manuſcript, ſo D. Klug l. c. produciret/ kan den beſten Ausſchlag geben/ ob Adam Mirus oder Paulus Speratus der wahre Autor ſey. Wie aber wann das Lied D. Eberus gemacht hätte? Johann Adam Treu in ſeinem Geſangbuch zu Altdorff 1698. in 12. gedruckt/cidirt p. 324. den ſel. D. Carpzov. zu Leipzig / der es aus vornehmer Leute Schrifften auf öffentlicher Cantzel behauptet hat. In D. Lyſeri Rettung der Prageriſchen Predigten wird unter andern auch erwehnet / daß einige dem ehrlichen Hanß Sachſen dieſes Lied zugeſchrieben. Plura videantur apud Adamum & Freherum (g), Chriſtoph. Hartknochium (h) Davidem Chy-

Chytræum (i) Dreſſerum (k) Dn. D. Fechtium (l) God. Arnoldum (m) & D. Seb. Niemannum (n).

(a) aliis Paulus von Sprettern dictus. vid. Chr. Hartknoch. in der Preußiſchen Kirchen-Hiſtorie, Lib. I. c. III. §. IV. num. XXII. p. 169., aliis Paulus Speratus à Rutilis, conf. Georg. Colbius in Presbyterologia, p. 76.

(b) in Vitis Theologorum Germ. p. 97. b. Acceptum verò refert illud ipſum (ſicut & omnia, quæ de Sperato retulit) Dav. Chytræi Saxoniæ & Ludovici Rabi Martyrologio, lib. IV. c. XVI.

(c) Eadem Freherus in Theatro ſuo, p. 161. b., licet aliis paſſim verbis repetit.

(d) in Hiſt. Eccleſ. Lib. III. Sect. II. p. 797.

(e) in Hiſt. Eccl. & Hæret. Lib. XVI. P. II. c. XI. §. XXXV. p. 127. a.

(f) loc. cit. Lib. II. §. VIII. p. 281.

(g) ll. cc.

(h) l. c. Lib. II. c. I. §. III. p. 269. ſeq. §. VIII. p. 280. ſeqq.

(i) Saxon. Lib. X. p. 256.

(k) Millenario VI. Parr. I. p. 206.

(l) de Nobil. Studii Theol. § XXV.

(m) l. c. cap. VII. §. X. p. 67. b. §. XVII. p. 71. a.

(n) in Vitis Theologorum Sect. XVI. num. V.

§. XXX.

Neque excludendum prorſus ex Nobilium Theoll. Lutheranorum ordine autumo JO-

que acumine cunctos antecelleret) ſed & veritatem à Luthero defendi cœptam calculô ſuo comprobaverit. Loquatur ipſe Lutherus: *Memini*, inquiens, *initio meæ cauſæ D. Staupicium, tunc ſummum virum & ordinis Auguſtinianorum Vicarium, ad me dicere: Hoc mihi placet, quod de doctrina, quam prædicas, gloriam & omnia ſoli DEO attribuis: hominibus nihil. DEO autem, quod luce clarius eſt, nimium gloriæ & bonitatis tribui non poteſt. Ea vox me vehementer confirmavit & conſolata eſt.* (c) Idem aliô locô (d) hæc à Staupicio ad ſe dicta refert: *Memor eſto frater, te iſta in nomine Domini noſtri JEſu Chriſti incepiſſe.* (e) Unde nullô negotio colligitur, Staupicium Papiſticis erroribus nuncium miſiſſe, (quanquam in externa ſuorum, ut fieri ſolet, permanſerit ſocietate) quod ipſum quoad Articulum de Juſtificatione, quô ſtante ipſa ſtat Eccleſia, ex hiſce clariſſimè eniteſcit: *Quod niſi DEus mihi propitius propter Chriſtum ſit ac felicem horulam conceſſerit, cum ex hac vita migrandum erit, non potero conſiſtere cum Votis & benefactis meis.* Æſtimium Lutheri adverſus Staupicium ſuum (ceu perpetuò eundem vocare conſuevit) ex jam dictis abundè colligere datur, jam aliquod ejusdem de eo judicium addo, quod

ita habet: Magnus hic vir erat, & non ſolum in Scholis & templis doctus facundiusque, ſed etiam in aulis atque apud Magnates gratus atque venerandus. (f) Dn. D. Fechtius: *Circa idem,* inquit, *tempus Johannem Staupitium Miſnia è familia verè nobili Auguſtinianis Monachis Præpoſitum dedit, quem vocant, Generalem. Lutherum is ad Profeſſionem Theologiæ, in Academia Wittebergenſi obeundam, vocavit; placuitque Viro Lutheri inſtitutum adeò, ut eundem ad propagandæ purioris doctrinæ conſtantiam, quanquam paulò timidior ipſe, frequenter ſeverèque adhortaretur. Quem vel eam ob cauſam huc non immeritò referimus, quia, cum ad ſummas pervenire dignitates potuiſſet, humilitatis amore, quem à vera Theologiæ ſtudio traxerat, easdem fugit.* (g) Dn. D. Jo. Frid. Mayerus: *Johannes de Staupitz,* ait, *nobilis Miſnicus, Theologiæ Doctor Tubingæ renunciatus, - - - - Electori Friderico apprimè charus, Lutheri ut Promotor ita etiam conſtantiſſimus defenſor, Bibliorum amator, cum enim ad menſam aliàs libri Auguſtini legerentur, in eorum locum Biblia ſubſtituit, ut ſuis Fratribus innoteſcerent.* (h) Cum pro concione aliquando in Genealogia Chriſti ſecundum Matthæum memoriter, ut moris tum fuerat, recitata

hæ-

hæſitaret, confeſtim, DEus, inquit, reſiſtit ſuperbis, atque ſic ad explicationem Textus acceſſit. Quod cum advertiſſent bini Saxoniæ Duces, eum à concione ad prandium vocatum, ita adlocutus eſt Johannes Dux: Domine Doctor, quomodo res in Evangelio hodie ſuccedebat? Staupicius, Clementiſſime Princeps, reſpondit, in Textu hodierni Evangelii tria habebam hominum genera: primum Patriarchas, qui erant faciles: deinde Reges, & hi de ſe ſermonem haberi patiebantur: cum ad Principes perveniſſem, erant illi varii, difficiles, & me in recitatione confundebant. Quo reſponſo arguto percepto Fridericus Elector: nunquid, (ad fratrem converſus) inquit, amplius ſciſcitari quid lubet? Staupicius nunquam invenietur mutus. Exſtant duo ejus libelli poſthumi, quorum prior eſt von der holdſeligen Liebe Gottes/ ein herrlich Büchlein dictus Arnoldo (i) poſterior von unſerm H. Chriſtlichen Glauben (k) Præter quos exaravit libellum vernaculum de imitanda morte Chriſti, in quo & melius pro dote ſua rem tractavit, quam ſperem, à me tractari poſſe, donec otioſior fiam, inquit Lutherus. (l) De cætero conf. Petrus Albinus (m), Joh. Andr.

Quenſtedius (n), Joh. Micrælius (o), Paulus Freherus (p), alii (q).

(a) Sentiunt ita plures, cum Luthero, epiſtolâ ejus ad Ambsdorffium circa illud tempus exaratâ, quæ habetur Tom. II. Epiſt. p. 270., inducti, in qua hæc leguntur verba: Staupicius exceſſit è vivis, brevi functus potentatu. Alii annum ipſi emortualem aſſignant MDXXVII., alii MDXXIV. cum quibus facit Arnoldus Hiſt. Eccl. & Hær. P. II. Lib. XVI. c. XXII. §. XXIV. p. 319.

(b) Primus fuit in Academia iſta tum recens erecta Facultatis Theol. Decanus. Qua de re Melch. Adamus in Vitis Germ. Theoll. p. 8. b: *Sub id tempus* (inquit) *Fridericus Elector Saxoniæ, Princeps ſapientiſſimus, VVittembergæ publicam aperire Scholam in animum duxit, quâ in re Staupicii potiſſimum & Mellerſtadii operâ atque conſilio uſus eſt: quorum hic primus Academiæ Rector, ille verò primus in Facultate Theol. Decanus fuit: eximius, ut tum loquebatur, Magiſter noſter.*

(c) apud Melch. Adamum l. c. p. 9. a.

(d) Tom. I. Epiſt. Luth. p. 298.

(e) Minimè itaque noſter Staupicius cum Alb. Cranzio, hujus quondam Acad. Prof. celeberrimo, de ſucceſſu Reformationis deſperavit. Is enim lectis Lutheri theſibus, contra Joh. Tezelium ſcriptis, dixiſſe fertur: Se quidem eas approbare, ſed tamen metuere, ne

ne tantis conatibus impar à potente Papa ſupprimeretur. Ideoque exclamavit: *O frater abi in cellam tuam, & dic: Domine, miſerere mei!*

(f) apud Adamum loc. cit.

(g) de Nobilitate Studii Theol., §. XXV.

(h) in Commentationibus, quas Vitæ Divi Lutheri à D. Nic. Selneccero ſcriptæ, & VVittebergæ, anno MDCLXXXVII. in 4to, à ſe editæ, adjecit, p. 24.

(i) loc. all.

(k) editus unà cum priore ann. MDCV.

(l) Tom. I. Epiſt. p. 164. b.

(m) in Chronico Miſniæ, p. 339.

(n) in Dial. de Patriis, p. 226.

(o) Hiſt. Eccleſ. Lib. III. Sect. II. p. 649.

(p) in Theatro Vir. Erud. clar. p. 102. 103.

(q) Melanchthon in Hiſtoria de vita & factis Lutheri, Mattheſius, Spangenbergius & Hoë in Concionibus de Luthero, D. Joh. Müllerus in Luthero defenſo, Andr. Keslerus im Lutherthumb/ & Niemeierus in Programm. lit. C. 4. b.

§. XXXI.

Non ſine laude dimittendus eſt GEORGIUS VENETUS, (a) Boruſſiæ Ducalis (in qua nobili locô natus eſt) haud vulgare decus, S. S. Theol. Doctor & Prof. in Academia Regiomontana; hinc verò ob contentionem cum Andrea Oſiandro (b) in

exilium ejectus, Theol. Prof. Roſtoch., tùm primus Pomeraniæ Epiſcopalis ſive Cammi- nenſis Principatus Superintendens Generalis & Ducis Pomeraniæ Concionator aulicus, ac demum poſt D. Joh. Draconitem Epiſcopus Pomezanienſis, denatus anno ſupra milleſimum quingenteſimum quinto & ſeptuageſimo. (c) Ejus Βιογραφίαν promiſit Sebaſtianus Bacmeiſterus, Eccleſiæ Travemundenſis Paſtor (d) jam beatus, quæ an ſperanda adhuc ſit, tempora nos docebunt. (e) De eo hæc habet Jo. Andr. Quenſtedius: *Venetiis* (unde Veneti nomen) *in prædio avito prope Morungam Warmienſi Epiſcopatui vicinam in hanc lucem editus eſt Georgius Venetus, Nobilis Boruſſus, Boruſſiæ Ducalis non vulgare decus, qui anno 1550. Præſide Philippo hic pro Licentia diſputavit, & à Johanne Förſtero Doctor creatus eſt. Primum is Theol. Profeſſor fuit in Acad. Regiomontana, at, cùm Oſiandro acerrimè contradiceret, in exilium actus, primus Pomeraniæ Epiſcopalis ſive Camminenſis Superintendens conſtitutus eſt, ibique ſacra apud Ducem Pomeraniæ obiit, donec revocatus in Boruſſiam anno 1567. Epiſcopus Pomezanienſis crearetur.* (f) Edidit Commentarium in Epiſtolam ad Romanos. Plura videantur apud Chriſtoph. Hart-

Digitized by Google

Hartknochium, (g) Paulum Freherum (h) & Joh. Micrælium (i)

(a) ὁμωνύμους habet *Paulum Venetum*, Utini natum & Venetiis (unde nomen ipſi Veneto) educatum. De quo Quenſtedius Dial. de Patriis illuſtrium Virorum p. 273. Utinum, urbem nobilem inter cæteros illuſtravit Paulus, ex Eremitarum ordine, cognomento Venetus, Logicis & Philoſophicis ſcriptis inclytus, quem nominatiſſimum in univerſa Italia fuiſſe habitum refert Jacobus Bergomenſis, cunctosque Dialecticos, Philoſophos ac ſuæ ætatis Theologos ſine controverſia ſuperaſſe, Poſſev. in Appar. S. In Philoſophia Ariſtotelica nulli ſuo tempore in Italia ſecundum fuiſſe teſtatur Trithenius. Conf. Hieron. Ghilinus in Theatro Vir. literatorum, Vol. II. p. 210. & G. M. Königius in Bibl, Vet. & Nova, p. 836. 837. *Marcum Paulum Venetum*, Servitam, qui ſtruxit Hiſtoriam Concilii Tridentini. Ejus Elogium vid. apud Whear. in relect. hiſtor. p. 275. *Alfonſum Venetum*, qui condidit Enchiridion temporum. *Dominicum Venetum*, Epiſcopum Brixienſem, qui Tractatu de legitima Cardinalium creatione, quem Calixto III. obtulit, inclaruit. vid. Königius. l. c. p. 836.

(b) De ea fusè diſſerit Hartknochius in Hiſt. Eccl. Boruſſ.

(c) conf.

(c) conf. Hartknoch. l. c. Lib. I. c. III. §. IV. num. XXV. p. 169.

(d) in edenda abs ſe Hiſtoria Academiæ Roſtochienſis, ejus Fundatorum, Ampliatorum, Reſtauratorum, Dotatorum, Conſervatorum, Cancellariorum & Rectorum, cæterorumque in ea illuſtrium ac præclarorum Virorum, Theologorum ſcil. ICtorum, Medicorum & Philoſophorum, ab ipſis incunabulis videl. anno 1419. 12. Novemb. usque ad annum 1700. incluſivè. Cujus Sciagraphia habetur in Novis Literariis maris Balth. & Septentrionis, anno MDCC. menſ. Nov. p. 348. ſeqq.

(e) Cæterum Bacmeiſteriani operis loco habebitur ab Eruditiſſimo Viro, M. Franc. Alb. Æpino, Fautore valdè meo, promiſſus de Vitis Profeſſorum Roſtochienſium Tractatus, quem omnes, quos ſtudii literarii tenet amor, anxiè mecum præſtolantur.

(f) Dial. de Patriis illuſtrium Virorum, p. 258.

(g) in Hiſt. Eccl. Pruſſ. lib. II. c. III. §. XXVII. p. 414. c. IV. §. I. p. 419. §. IV. p. 423.

(h) in Theatro Viror. erud. clar. P. I. p. 213.

(i) Hiſt. Eccleſ. Lib. III. Sect. II. p. 801.

§. XXXII.

Poſt Venetum memorandus eſt ANDREAS VIRGINIVS, Pomeranus Nobilis, Schvveſſini, prædio familiæ ſuæ hæreditario, na-

natus, ex Facultatis Philoſophicæ in Acad. Regiomontana Adjuncto Præpoſitus & Paſtor ab anno MDCXXVI. Garzenſis; ab anno verò MDCXXXII. S.S. Theol. Doctor & Profeſſor in nova Livonorum Academia Dorpatenſi primarius, primusque ſimul Academiæ Pro-Rector, ſupremi ibidem Conſiſtorii Aſſeſſor & Vice-Superintendens per Livoniam Generalis: hinc ab anno MDCXLVI. ob Moſchorum irruptionem per integrum duodecennium Revaliæ & Holmiæ exul, tandem verò ab anno MDCLIIX. Eſthoniæ Epiſcopus ac Conſiſtorii Revalienſis Præſes, denatus anno Chriſti MDCLXIV., ætatis ſuæ 68. (a) Diſputationes Philoſophicas & Theologicas ultra CLXXX. habuiſſe fertur, quarum quasdam enumerat Henningus Wittenius (b) Extat & ejus Manipulus XIX. Diſputationum Theologicarum, (c) in cujus Dedicatione Autor, ſe ſolo priori muneris Profeſſorii triennio, ab anno MDCXXXII. usque ad ann. XXXV. hujusmodi Exercitationes ſacras XLV. publicaſſe teſtatur (d)

(a) Conf. Juſti Henrici Oldecopii, Superint. Oeſilienſis, Programma in obitum ejus funebre, quod unà cum Scriptorum catalogo Memo-

Memoriis Theologorum renovatis, Dec. XI. p. 1520 - 1526. inſeruit Wittenius.

(b) in Diar. Biogr. Tom. I. ad annum MDCLXIV. & Tom. II. p. 88. 89. Conf. ejus Memoriæ loc. alleg.

(c) Dorpati anno MDCXXXV. in 8vo editus.

(d) vid. Clariſſimus Vir, Johannes Möllerus in Hypomnematis Hiſtorico-Philologico-Criticis ad Joh. Schefferi Sueciam literatam, quæ ſextum in Bibliotheca Septentrionis eruditi obtinent locum, p 453. Conf. idem in Homonymoſcopia, Sect. III. c. IV. §. XXIII. p. 856.

§. XXXIII.

Superioris ſeculi anno octogeſimo quarto ad plures abiit SAMUEL VOSSIUS (a) ex nobili & antiqua Voſſiorum in Ducatu Megapolitano familia anno MDCXXI. prognatus. Studia is ſacra cum laudabiliter admodum Roſtochii, Helmſtadii & alibi geſſiſſet, & augmentum haud contemnendum itinere Hollandico & Gallicano iisdem adjeciſſet, pro ſummis in Theologia honoribus Præſide D. Balthaſare Cellario in Acad. Helmſtadienſi ſummô omnium applauſu diſputavit, admotus jam ante à Sereniſſimo Oſt-Friſiæ Principe, Georg. Chriſtiano, Conſiliis

filiis Eccleſiaſticis, Concionaturæ aulicæ & Superintendentiæ iſtius Ducatus Generali: Quæ officia anno MDCLXX. cum Conſiliarii Eccleſiaſtici, perque Diſtrictum Roſtochienſem (quem hodie Summus Fechtius noſter, utinam diutiſſimè! magnâ ſui gloriâ gubernat) Superintendenturæ officiis à Guſtavo Adolpho, Duce Meclenburgico laudatiſſimo maximo literatorum Mæcenate, ſibi oblatis, permutavit. De eo ut & Adolpho Frid. Preenio (de quo ſupra §. XXV.) ſequentia conſignavit Dn. D. Fechtius: *In Ducatu Megapolitano Princeps omni elogio major, GUSTAVUS ADOLPHUS, quem ut Herum noſtrum inæſtimabilem ſubmiſſiſſimo animi affectu veneramur, Adolpho Friderico Preenio & Samueli Voſſio, illi Eccleſiarum in diſtrictu Stargardienſi ante annos XXXIV., huic in Roſtochienſi ante annos XXII. curam & procurationem commiſit. Uterque ex ampliſſima pariter & clariſſima Equitum Meclenburgicorum proſapia genitus eſt. - - - - Qui cùm animum perfectâ rerum Theologicarum ſcientiâ imbuiſſent, PRINCIPI ſanctis conſiliis, Eccleſiæ indefeſſâ operâ, Deo fide & patientiâ, ad extremum usque ſpiritum, æternâ cum nominis ſui gloria inſervierunt.* (b) Laudatus eſt Voſſius Concione funebri abs Henrico

rico Müllero, æternæ memoriæ Theologo, qui ſequentem quoque ſepulchro adſcripſit ἐπιτάφιον λόγον.

Hör Wandersmann wohin? hier ſteh bey dieſer Höle/
Hie ſchläfft der dürre Leib/ bey Chriſto wohnt die Seele/
Des Edlen VOSSIUS. der theure GOttes Mann/
Den weder ich/ noch du/ nach Würden preiſen kan.
Den Erd und Himmel liebt/ und auch die Fürſten loben/
Muß in der Nacht davon/ da Wind und Blitze toben.
O weh dir liebes Land! hilff beten Wandersmann/
Daß GOtt in Gnaden ſchon! helff beten/ wer nur kan.

Plura dabunt Paulus Freherus (c) Jo. Barth. Niemeierus. (d) & M. Sam. Theodorus Schmidt, Dresdenſis. (e)

(a) Præter *Johannem Gerbardum Voſſium*, Seculi ſuperioris Varronem, Theologum, Philoſophum & Philologum celeberrimum, & tres ejus filios, *Iſaacum, Dionyſium*, & *Gerbardum Voſſios*, ὁμώνυμος Noſtro fuit *M. Andreas Voſſius*, Epiſcopus Bergenſis in

in Norvvegia, quem Eruditiſſimum vocat & ob Aſtronomiæ peritiam commendat Chiiſt. Longomontanus (Mathem. ſuper. in Acad. Hafnienſi Prof., ipſe Aſtronomorum ſeculi ſui facilè Princeps, ceu vocatur Thomæ Bartholino in Oratt. p. 12) apud Petrum Gaſſendum L. V. de Vita Tychonis Brahei, p. 173. Cenſuram ejus de Saxonis Grammatici Hiſt. Danica duriorem, ex Epiſt. ad Deſid. Foſſium, recitat & improbet Steph. Joh. Stephanius in Proleg. ad Sax. c. XXI. vid. Joh. Möllerus in Hypomnematis Hiſtorico-Criticis ad Alb. Bartholini librum de Scriptis Danorum (quæ comparent in Bibliotheca SeptentrionisEruditi, num, III.) p. 159. Nec non *Matthæus Voſſius*, Epiſcopus Aarburgenſis, Theologus ſummus in Eccleſiam Evangelico Lutheranam meritis inclytus. Quem ſubacti ingenii Virum, ut multiplici eruditione, ita inſigni pietate, gerendarum rerum dexteritate ſingulari, probata & in Deum, & in Eccleſiam, & in Regem fide, eximiâque meritorum gloriâ, famam nactum celebrem teſtis eſt B. Andreas Carolus in Memorabil. Eccl. Sec. XVII. Lib. VIII. c. XXII. p. 323. ſeqv.

(b) in Diſſ. de Nobilitate Studii Theologici, §. XXVIII.

(c) in Theatro Viror. Erud. clar. p. 709. 710.

(d) in Programmate cit. lit. D. 4.

(e) Diſſ. de Theologis in utero Deo conſecratis, hab. in Acad. Lipſ. anno MDCCVII., Sect. II. c. I. §. XXIII. p. 29., ubi Theologis iſtis Noſtrum adnumerat, quod à matre ſolenni voto, ſi filium ſuſceptura eſſet, Theologicis ſtudiis deſtinatus fuerit. Vid. B. D. Henr. Mülleri concio fun. p. 64.

§. XXXIV.

Quam primò debuiſſemus, penultimò jam literarum ductu, commemoramus antiquiſſimam & illuſtrem Wellerorum à Molsdorff familiam (a), ex qua Freibergæ natus eſt HIERONYMUS WELLERUS, anno Seculi quinti & decimi nonageſimo nono, apoplexià exſtinctus Sexti & decimi ſeculi ſeptuageſimo tertio, S. S. Theol. Doctor & in patria ſua Superintendens, Theologus eruditionis & ſanctitatis laude nemini maximorum ſecundus. De quo ſequentem in modum Dn. D. Fechtius (b): *Laudavit Wellerum* (Jacobum) *funebri oratione Jacobus Thomaſius, paris modeſtiæ & facundiæ Rhetor, qui & natalium tanti Viri ſplendorem curioſa narratione proſequitur & eâdem operâ indicat, eidem ortui vitam integro à Jacobo ſeculo debuiſſe Hieronymum Wellerum, Præ-*

ſulem

ſulem Freibergenſem, Virum ſincerum & Religionis noſtræ reſtauratori, Luthero, qui & octennio integro domus ejusdem ac menſæ participem habere dignatus eſt, percarum. D. Jo. Micrælius (c): *Hieronymus Wellerus, nobilis Miſnicus, ex familia Molsdorffiorum natus 1499., Theologus admodum conſtans & heroicus, Superintendens Freibergenſis in Miſnia - - In ſpeculo Nobilium à Nicolao Selneccero magnam laudem meruit.* Lucas Oſiander (Andreæ Senioris filius, primum Diaconus Goeppingenſis, mox Paſtor & Superintendens Blabeurenſis, tum Stutgardianus ad S. Leonhardum, porrò Concion. ibidem aulicus & Conſiſtorii Eccleſiaſtici Aſſeſſor, hinc Abbas Adelbergenſis & demum Paſtor Eslingenſis, anno MDCIV. denatus) *Theologus,* inquit, *fuit conſtans & heroicus, cujus ſcripta Spiritum Chriſti & D. Lutheri ſpirant, plena pietatis veræ & ſolidæ conſolationis, quæ omnis generis tentationibus utiliter opponi poſſunt.* (d) Dn. D. Georg. Henr. Gœtzio (e) Theologus generis nobilitate, & meritorum gloriâ, patientiæque laude illuſtris audit. Eidem celeberrimus Ereibergenſium Theologus (f), item exercitatiſſimus. (g) Singularia circa eundem plura occurrunt, notatu longè digniſſima, qualia ſunt, (1) *quod*

relicto Juris ſtudio Theologiæ ſeſe conſecrarit. Loquatur ipſe Wellerus noſter, cujus hæc ſunt verba: Tentationes me impulerunt, ut relictô ſtudiô Juris olim ad S. Theologiam animum applicarem; idque authore Luthero, cujus convictor integros octo annos fui, quô quidem tempore multa audire & ſciſcitari ab eo licuit: præſertim cùm tàm amanter me complexus ſit. (h) (2) *Quod graviſſimis tentationibus perpetuò unus omnium maximè exercitus fuerit.* Unde B. Joach. Fellero ein in cribro diaboli wol herum geworffener Theologus appellatur (i) (3) *Quod ſingulis menſibus ſemel Sacrâ Cœna uſus fuerit;* ceu ex Joh. Mich. Dilherri, Theologi ac Philologi celeberrimi Via, quam vocat, ſalutis, germanico perſcripta idiomate, obſervat Freherus. (k) (4) *Quod vitæ æternæ prægustum vivus adhuc perſenſerit;* qua de re videri poteſt M. Jo. Tob. Gleichius (l) & denique (5) quod cum Angelis collocutus fuerit. Unde Arnoldus: (m) Von dem bekannten D. Hier. Weller ſchreiben die Theologi ohn Bedencken/ daß die Engel zu ihm zu kommen pflegen und Geſpräch mit ihm zu halten/ welches unter den Leuten zu Freiberg eine gemeine Rede geweſen. De Scriptis ejus, (quæ duobus nunc in majori forma Tomis,

Lati-

Latino altero, altero Germanico, collecta atque optimè ordinata à Clariſſimo Viro, M. Chriſtoph. Frid. Lämmelio (n), non Læmmero, ut perperam ſcribitur D. Niemeiero (o), prodierunt) non immeritò ſequentem in modum judicat Celeb. Thomas Crenius: *Mihi ſanè omnia Viri bujus* (Joh. Mattheſii) *ut & Job. Bugenbagii, Joacb. Mörlini*, Hieronymi Welleri, *Eraſmi Sarcerii & Valerii Herbergeri ſcripta Germanica placuerunt à puero ſic, ut non caro fuerint auro contra. Poſt S. Lutberum cordatiores, magis pios, melius de Deo & Divinis ſentientes, Chriſtique amantiores Viros haud ego novi, quàm illos veteres, qui non ſolum de tot mille diſcipulis, verùm etiam de univerſa Eccleſia Chriſti benè merendo nomen ſuum clariſſimum reddiderunt.* (p) Idem alio locô (q): *Commendo bic de uſu Pſalmorum legendum D. Hieronymum Wellerum, cujus nomen in cœlis ſcriptum eſt & in Eccleſiis apud omnes pios* εὐωδέϛατον, *in p. m. 526. ſ. Brevis Enarrationis aliquot Pſalmorum, editæ Witteberga MDLVIII. in 8t., quam diligo æquè, atque b. Jobannis Pomerani Bugenbagii Pſalmorum interpretationem Baſileæ MDXXIV. editam in 4to.* Plura videantur apud laudatum M. Chr. Fr. Lämmelium (r), Celeber-

berrimos Autores des Alten und Neuen aus dem Schatz Theologiſcher Wiſſenſchafften (s), Thomam Crenium (t), Dn. D. Götzium, (u) D. Jo. Bartholdum Niemeierum (x) D. Jo. Andr. Quenſtedium (y) Freherum (z) Dn. D. Fechtium (aa) D. Seb. Niemannum (bb) & Königium. (cc)

(a) Deducitur ea quoad primam originem ex Thuringia, in qua Molsdorffium ſitum eſt. Henrici Aucupis ac filii ejusdem, Ottonis M. temporibus jam tum floruit, ad ludos equeſtres admiſſa, ceu teſtatur Cyriacus Spangenbergius im Adel-Spiegel/ Part. II. Lib. VII. cap. XXII. fol. 97. 98. ſeqq., atque ex linea eorum, qui ab uſurpatione juris optionis Welleri, quaſi Wehler appellati ſunt, Hieronymus noſter deſcendit. Vid. Niemeieri Programma cit. lit. D. 1. b. Plura videri poſſunt apud Lämmelium in Hiſtoria Welleriana, anno MDCC. evulgata.

(b) De Nobil. Studii Theol. §. XXVI.

(c) Hiſt. Eccleſ. Lib. III. Sect. II. p. 804. ſeq.

(d) in Epit. Hiſt. Eccleſ. Centur. XVI. Lib. IV. cap. VII.

(e) in de Domeſticis Lutheri ſingularibus, editis Lubecæ anno MDCCVII. in 4to, §. XVI. p. 34. 35.

(f) Meletem. Annæbergenſ. num. XVI. p. 858.

(g) in

(g) in edita hoc ipſo anno Ecloga Hiſtorico-Theologica de Theologis ſub auſpiciis novorum officiorum denatis, Sect. Hiſtor. §. X. p. 12.

(h) Tom. I. Opp. fol. 660., quæ repetit iisdem fermè f. 170.

(i) in Præfat. Devot. Stud. lit. b. 6. a. add. Gleichii Diſſ. de Theologorum fatis, c. III. §. X.

(k) in Theatro Vir. erud. clar. p. 232. a.

(l) Diſſ de Singularibus quorundam Theologorum fatis, hab. Lipſ. MDCCIV., c. IV. §. II., qui Wellero noſtro, eâdem προγεύσει gaviſos, Caſp. Bertramum, Paſtorem Prim. Naumburgenſem, §. III. & Jo. Arndium, Superint. Gen. Luneburg., §. IV. adſociat.

(m) in Hiſtor. Eccleſ. & Hæret. P. II. Lib. XVI. c. XXIII. §. V. p. 326. ex Rivandri Feſt-Chronicſ. Part. I. p. 100.

(n) de quo inſtituto laudatiſſimo Thom. Crenius Animadv. Philol. Hiſt. Tom. X. c. III. §. II. p. 227. ſeq. *Cæterum*, inquit, *laudo DEum noſtræque Eccleſiæ gratulor atque temporibus, quæ nobis eruditum quempiam & induſtrium dederunt hominem, conligendis & edendis ſancti illius Hieronymi VVelleri, Theologi Frybergenſis æternâ memoria digni, operibus intentum. Proſperum ut cœptis largiatur exitum, eundem DEum precor.*

(o) in Programm. cit. lit. D. 1. b.

(p) De Libris Scriptorum Optimis & utiliſſimis, Exerc. II. ad Virum genere, (quem vocat) ingenio, moribus & doctrinâ inſignem, Martinum Bogdanum, Helvetio-Bernatem, Medicum Doctorem, Politicum, Hiſtoricum, atque Philologum, Lugduni Batav. MDCCV., §. XXXVII. p. 42. 43.

(q) Exerc. III. de Libris Scriptorum Optimis & utiliſſimis, Num. I. p. 9.

(r) in Hiſtoria Welleriana; cujus & Epiſtola de B. D. Hieron. Wellero à Molsdorff, ejusque ſcriptis veræ pietatis & ſolidæ conſolationis pleniſſimis, ad Collectores Lubecenſes ſcripta Menſ. Novembr. 1700., in Novis lit. Maris Balthici & Septentrionis, de anno MDCC. menſ. Nov. p. 351. ſeq. compatet. His verò eam orditur verbis: Digniſſimum eſt occidere non pati, cui æternitas debetur, neque ea ulli magis, quam qui æternam immmortalis DEI veritatem fortiter mortalis defendit. Talis omnino fuit Hieronymus VVellerus, ut cum & vivens famæ intereſſet ſuæ, & mortuus plurium fuerit celebrium Virorum ſermonibus quaſi certatim alio poſt alium prodeunte, celebratus, memoria ejus apud poſteros maneat ſempiterna. Conſtantem & Heroicum Theologum, Spiritum Chriſti & Lutheri ſpirantem, in praxi Theologica exercitatiſſimum,

mum, conſolationis ſolidæ pleniſſimum, Eccleſiæ utiliſſimum, Quenſtedius, Oſiander & literatæ nobilitatis Seckendorffius; tumque etiam Glaſſius, Freherus, Olearius, Lutherus, Melanchton, Spangenbergius & unanimis Facultas Theologica Wittebergenſis, erecti animi Carpzovius, ferventiſſimi Geierus, ſanctæque pietatis Scriverus, & innumeri alii, uno omnes ore Hieronymum Wellerum pronunciant. &c.

(s) de anno MDCC. p. 144. ſeqq. ubi Epiſtolam quandam Latinam à Wellero ann. 1570. ad Conventum Superintendentium Saxonicorum Dresdam miſſam, è MSCto ſuppeditant, & Noſtrum p. 146. einen theuren Freybergiſchen Theologum vocant.

(t) Animadv. Philol. Hiſt. Tom. X. c. III. §. I. p. 218.

(u) in Singularibus de Domeſticis Lutheri, §. XVI. p. 34. 35. & in addendis, p. 49. 50.

(x) in Programm. lit. D. 1. b.

(y) Dial. de Patriis ill. Vir. p. 224.

(z) in Theadro p. 232. ſeq.

(aa) Appar. ad Epp. Marb. c. IV. num. XXX. p. 106.

(bb) in Vitis Theologorum Sect. XVI. MSC. num. XIV.

(cc) in Bibl. p. 865. b. add. God. Arnoldus, qui in Hiſt. Eccl. & Hær. P. II. Lib. XVI. c. IX. §. IX. p. 96. b. Noſtrum appellat einen treuen Nachfolger und Diſcipel Lutheri. Et §. XIV.

 p. 99.

p. 99. Unter Lutheri Schülern war Hieronymus Weller, zu Freyberg Superintendens/ deſſen viele und ſchwere Anfechtungen / lange Ubung in der praxi und ſehr feine Schrifften bekannt ſind.

§. XXXV.

Secundus ex Wellerorum proſapia eſt PETRVS WELLERVS à Molsdorff, Hieronymi jam laudati frater, Vir in Orientalibus præcipuè linguis verſatiſſimus, de quo videri poſſunt M. Chriſt. Frid. Læmmelius (a) & D. Adamus Rechenbergius (b) Tertius eſt JACOBUS WELLERUS à Molsdorff, Hæreditarius in Karßdorff / Neukirchenſis Variſcus, Philoſ. primum M. Linguarum Orientalium Profeſſor Ord. & S.S. Theol. Extraord. in Academia Vitembergenſi, tum Theol. Doctor & Eccleſiæ Brunſvicenſis Coadjutor, mox Superintendens, & demum Sereniſſimo Saxoniæ Electori à Concionibus aulicis primariis, Conſiliis Eccleſiaſticis & Confeſſionibus ſacris, defunctus anno poſt Chriſtum natum milleſimo ſexcenteſimo quarto & ſexageſimo, ætatis verò ſuæ ſexageſimo ſecundo. De eo vel id unicum memorabile eſt notatuque digniſſimum, quod tanto auditorum numero gaviſus fuerit, ut publico quodam,

quô

Digitized by Google

quô omnes caperentur, ædificio indigeret, liberaliter eôdem à Senatu Wittebergenſi donatus. Teſtatur ea de B. M. Joh. Andreas Lucius in Concione funebri Noſtro habita: Er hat durch Göttliche Gnade in kurtzer Zeit einen ſolchen applauſum erlanget/ daß wohl ehmahlen in die drittehalb hundert Magiſtri und Studioſi ſeine Lectiones beſucht / und E. Ehrenveſter Rath zu Wittenberg/ weil Er in keiner Stuben Raum gehabt/ ihm die Kloſter-Kirchen/ darinne zu leſen / wohlgeneigt eingeräumet. (c) Inter ſingularia meritò paupertas ejus ſumma refertur, quæ tanta fuit, ut incumbens Vitembergæ ſtudiis, famulando ſuſtentare ſeſe coactus fuerit. Unde ſuo quodam jure Eruditis pauperibus (d) connumerari meretur. (e) De familia ejus verè nobili, eruditione & in controverſiis excutiendis, diſſidiis item componendis ingenio atque judicio hæc commemorat Dn. D. Fechtius: *In ſuperiore Saxonia Dresda, Electorum ſedes, Matthiam Hoëum & Jacobum Wellerum utrumque Equeſtri ſanguine, illum ex Auſtria, hunc ex Variſcis, familia juſtæ nobilitatis per annos amplius ſeptingentos privilegiis ornata, oriundum, Doctores tantâ celebritate inclytos, nacta eſt, ut cum interioribus magnorum Heroum*

ſacris

ſacris eſſent admoti, in Eccleſia Evangelica obortis ſive diſſidiis ſive controverſiis, potiores ſubinde ad ipſos deferrentur partes. (f) D. Joh. Micrælio audit Vir meritis in Eccleſiam præclaris (g), D. Georg. Henr. Götzio Celeberrimus aulæ Saxonicæ Theologus (h) Henningus Wittenius ſublimem ejus adpellat eruditionem (i) Johannis Bohemi, Poëtæ Gæſarei ſequens in eum exſtat Epigramma:

Jacobus Wellerus, Theologiæ Doctor per anagramma:

Pauli cor. doctè revelas i ego voto.

ἐξήγησις.

Poſt divinorum meletemata ſancta virorum,
 Quorum laus & honor neſcit in orbe mori.
Cor divi Pauli doctè, Wellere revelas,
 Et ſenſim ex ipſis fontibus enucleas.
Abdita ſenſa notas Interprès Numine plenus
 Divino, atque addis dicta linenda Cedro.
Lumen ineſt, & flumen ineſt, & Numen in illis,
 Ordinis, Eloquii, judiciique potens.

Præter Diſpp. Theoll. Martino Becano oppoſitas: Tract. de Idololatria, contra Pontificios

ficios: Comment. de Nominibus divinis aliaque (l) edidit Spicilegium Quæſtionum Ebræo-Syrarum, tribus Diſputationibus comprehenſum, quod Wittebergæ publicæ denuò luci expoſuit Vir de Linguis Orientalibus meritiſſimus, Joh. Wilhelmus Hilligerus, Fac. Phil. primum in Acad. Witteb. Adjunctus, poſt Paſtor & Superintendens Chemnicenſis (l), vocatque illud, libellum quoad paginas minorem; quoad res magnum. (m) De eodem laudatus Joh. Andr. Lucius (n): So iſt auch wohl ehe geſchehen / daß einer dem andern ſein ausgefertigtes Spicilegium Quæſtionum Ebræo-Syrarum, welches nur drey Diſputationes ſeyn/ weilen die Exemplaria zeitlich diſtrahiret und verführet/ umb einen Ducaten verkaufft. Adnotationes ejus in Epiſtolam ad Romanos (o) eruditas appellat Thomas Crenius (p), item à nemine non laudatas (q), quas & cæteris ejus ſcriptis omnibus præferre nullus dubitat: B. D. *Jacobus Wellerus*, inquiens, *tam eruditè expoſuit Epiſtolam ad Romanos, ut ejus Adnotationes Brunſvigæ editæ in 4to anno 1654. cæteris ejus omnibus ſcriptis præferantur.* (r) De Faſciculo ejus (quem vocat) viventium idem hunc in modum pronunciat: *Qui Faſciculum Welleri viventium ibidem* (Brunſvigæ) *edi-*

editum ſibi comparavit, reliquis ab ipſo concionibus funebribus vulgatis non indigebit, cum in iſtum omnia congeſſerit, quæ ſcivit & habuit in homiletico genere. (s) Plura videantur apud Theophilum Spizelium (t) Paulum Freherum (u) & Crenium. (x) Quartus Jacobi Welleri jam dicti filius eſt, GEORGIVS PAVLVS WELLERVS à Molsdorff, Phil. Mag. & Freibergenſium ad Div. Nicolai Eccleſiaſtes. De quo verò, quod lubens fateor, cætera me latent.

(a) in Hiſtoria Welleriana, p. 46.

(b) in Schediaſmate Hiſtorico de Nobilitate Miſniæ Literata, quod prodiit in Acad. Lipſ. ann. MDCXCIV., Sect. III. §. LIV., apud Dn. D. Götzium in Meletematibus, Annæbergenſibus, num. XVI. de Principe Ebraicè docto, p. 858.

(c) Conf. & Freherus in Theatro, p. 642. b.

(d) quorum quosdam ſuppeditat Crenius Animadverſ. Philol. Hiſt. Tom. V. p. 124. ſeqq. Plures verò in pecul. Schediaſmate impoſterum D. V. edendo daturus ſum.

(e) Miror verô ejus non meminiſſe M. Joh. Tob. Gleichium in Diſſ. de ſingularibus quorundam Theologorum fatis, cum cap. II. §. VI. de paupertate Valerii Herbergeri diſſeruerit.

(f) de

(f) de Nobilitate Studii Theol. §. XXVI.
(g) in Hiſt. Eccleſ. Lib. III. Sect. II. p. 805.
(h) in Singularibus de Reliquiis Lutheri diverſis in locis aſſervatis, ed. Lipſ. MDCCIII. in 4to, p. 11.
(i) in Diar. Biogr. ad ann. MDCLXIV.
(k) quæ recenſuerunt Freherus in Theatro Viror. erud. clar. p. 643. a. Wittenius D. B. l. c. & plenius in Memoriis Theologorum renovatis, Dec. XI. p. 1504. ſ., add. Königius in Bibl. p. 865. b.
(l) cujus ſcripta exhibentur in Novis Lit. Germ. Tom. II. de anno MDCCIV. menſ. Febr. p. 54. ſeqq.
(m) in Præfat. Spicilegio præmiſſa, lit. A. 2. b.
(n) in Concione Funebri cit.
(o) edit. Brunſvigæ, anno MDXLIV.
(p) Animadv. Philol. Hiſt. Tom. I. c. III. §. X. pag. 51.
(q) Tom. II. c. IV. §. I. p. 109. 110.
(r) de Libris Scriptorum optimis & utilisſimis, Exerc. I. ad Pereximium, elegantis & probi ingenii, multæque ſedulitatis atque doctrinæ reconditæ juvenem, Philippum Julium Rehtmeierum, Brunſvicenſem, S. Theologiæ & Miniſterii (quem vocat) non unum è multis Candidatum, Lugduni Batav. anno MDCCIV., num. XLIII. p. 31.
(s) de Libris Script. Opt. Exerc. I. p. 31.
(t) in Templo Honoris reſerato, p. 276.
(u) in Theatro, p. 642. ſeq.

(x) Tom.

(x) Tom. XI. Animadv. Phil. Hiſt. c. II. §. I. p. 142., ubi Symbolum ejus fuiſſe: *Vincamus malum bono*, commemorat.

§. XXXVI.

Agmen denique Theologorum Nobilium Lutheranorum claudat BERNHARDVS ZIEGLERVS, (a) S.S. Theol. Doctor & Profeſſor Lipſienſis, nobili in Miſnia locô in lucem editus, anno ſupra milleſimum quadringenteſimum ſexto & nonageſimo, defunctus autem anno ſupra quingenteſimum quinquageſimo ſecundo; quem bonum Hebraiſtam Megalandrum vocare conſveviſſe obſervat G. M. Königius (b), impenſeque eundem amaſſe illuſtris Seckendorffius (c) & Seb. Niemannus, cujus hæc ſunt verba (d): *Erat is Luthero & Philippo valdè charus, non tantum propter Ebraæ linguæ adcuratam cognitionem, ſed & quod de omnibus rebus teſte Camerario, conſideratio illius eſſet accurata & ſagax, ingenium autem per quam liberale & candidum, & conſtantia ſumma atque fides certa.* Unde jucundam ejus conſuetudinem & accuratam conſiderationem atque ſolertiam in multis S. Scripturæ locis interpretandis ſæpe requiſiviſſe Melanchthonem & mortuum crebris gemitibus deſiderare ſe teſtatum eſſe commemorat Melch. Adamus

Joach. Camerarius, Vir de politiori literatura præclarè meritus Germaniæque ſingulare ornamentum (f), ſuam ſequenti modo de Zieglero noſtro pronunciat ſententiam: *Fuit Vir ingeniô, doctrinâ, Hebraicarumque literarum ſcientiâ eâ inſtructus, ut in iſtius linguæ cognitione facilè omnes in illis regionibus primas ei concederent. Et quanquam Vitam tempeſtivâ hilaritate conditam, more gentis ſuæ, agebat: erat in eo tamen tum in vultu triſti quædam ſeveritas, tum in verbis, tum etiam vocis aſperitas: ut durior & acerbior quibusdam videretur. Ficta, ſimulata, commentitia, oſtentationem vanitatemque omnem mirificè oderat, levitatem atque mobilitatem vehementer averſatus. Idem officii ſupra modum memor inque eo exequendo diligens.* (g) D. Joh. Micrælius: *Bernhardus* (ait) *Zieglerus, nobilis Miſnicus, inſignis Theologus & Hebræus, Antonii Margaritæ* ex Judæo Chriſtiani, & in Lipſienſi Acad. LL. OO. Profeſſoris) *diſcipulus.* (h) Dn. D. Götzius: Hic illuſtri, inquit, loco natus, Hebraicarum literarum calentiſſimus fuit easdemque in Acad. Lipſ. publicè docuit. (i) In eo verò infelicior fuit, quod manuum pro lubitu uti haud liceret miniſterio. Qua de re Adamus: Obſtitit autem effectionibus doctrinæ; quod

nullum manuum uſum haberet, quarum dextram caſu de ædificio exſtrui cœpto, in terram puer adhuc delatus fregerat & geſtabat de curatione mala enervatam atque inutilem (k) Factum hinc autumat Niemannus (l), quod ſcripta oppidò pauca ediderit, qualia ſunt: Tract. de Sacramento Altaris: Diſp. de Miſſa contra Sidonium, Mersburgenſem Epiſcopum: Diſp. de omnibus doctrinæ S. capitibus: de dicto Joh. XIV.: Si quis me diligit, &c. & Oratio de neceſſaria conjunctione Scholarum cum Miniſterio Evangelii. (m) Plura vid. apud P. Albinum (n) Adamum Rechenbergium (o) & Seb. Niemannum (p)

(a) Vixerunt Noſtro cognomines Georgius Zieglerus, Revalienſis, Paſtor Regiomonti Veteroppidanus, libro de incertitudine rerum clarus. Conf. Jo. Micrælius in Hiſt. Eccleſ. Lib. III. Sect. II. p 807. Mich. Zieglerus, Phil. & Med. D. ac P.P. Tubing., denatus anno MDXCVII., cujus Vita carmine deſcripta à M. Erhardo Cellio, Poëſ. & Hiſt. Prof. Tubingenſi, reperitur apud Freherum in Theatro, p. 1299. a. Johannes Reinhardus Zieglerus, Spirenſis, qui floruit circa annum MDC. vid. Phil. Alegambe in Bibl. Jeſuitica p. 237. Jacobus Zieglerus, Landaviâ Bavarus, exquiſitæ Vir doctrinæ dictus Thua-

Thuano, Hiſt. lib. VI., Matheſ. in Acad. Upſal. Prof. Vid. Joh. Meſſenius in Sueopentaprotopoli, ſive Exegeſi de quinque antiquiſſimis & primariis Suecorum Gothorumque emporiis, Upſalia, Sigtonia, Scara, Birca & Stockholmia, ann. MDCXI. in 8vo edit., cap. VI. Scripſit Chriſtierni II. Regis Daniæ crudelitatem, perpetratam in proceres Sueciæ & populum Holmenſem. Editus liber eſt Argent. anno MDXXXVI. vid. Jo. Schefferus in Suecia lit. p. 273. & in Hypomnematis ad eandem Joh. Möllerus, in Bibl. Septentrionis eruditi, num. VI. p. 441. ſeqq. Cæterum apud Gothos natum affirmat Paulus Jovius in Elogiis num. CXXXIIX. his verbis: Iacobus Zieglerus, in terra Gothica natus & educatus, exactè, puriter & facundè Chriſtierni Daniæ & Norwegiæ Regis immanitatem perſcripſit, ut eruditis gentibus pudori eſſe poſſit, quod Latinæ facundiæ fruges ſub Cimmerio cœlo penè felicius ac uberius, quam in Italia proveniant. Conf. pluribus Sim. Schardius, Germ. Scr. Vol. II. p. 83. Zeillerus de Hiſt. P. II. p. 160. Caſpar Zieglerus, (non confundendus cum quoad prænomen etiam ὁμονύμῳ, J. U. D., Conſil. Saxonico, Scabinatus Aſſeſſ. & demum Pro-Conſule Lipſienſi, vid. Wittenius in Diar. biogr. ad ann. MDCLVII.) in Jure præcipuè Eccleſiaſtico, cujus rei multa dedit ſpecimina, multò verſatisſimus, quem illu-

ſtrem ICtum appellat Dn. D. Fechtius in Philocalia Sacra, p. 159. Vid. & Henr. Pippingius in Exerc. Acad. juvenilibus, pag. 19. Ejus in Grotium, de Jure Belli & Pacis, Commentarium plurimi faciundum aſſerit Joh. Schefferus de Informatione literaria, §. XV. apud Crenium Methodorum Tom. II. p. 459. Vitam ejus ſcriptaque habes apud Pippingium in Appendice Sacri Decadum Septenarii, Num. II. p. 1042. ſeqq. add. illuſtris Schurtzfleiſchii Orat. Panegyr. Num. VII. p. 82. ſeqq.

(b) in Bibliotheca V. & N. p. 884. a.

(c) Comm. de Lutheraniſmo, Lib. III. p. 460. 464. Conf. ipſe Divus Lutherus Comm. in Geneſin aureo, p. 725. b.

(d) in Vitis Theologorum Sec. XVI. num IX. §. II.

(e) in Vitis Philoſophorum Germ. p. 65. b. ed. in fol. MDCCV.

(f) judicium hoc eſt Petri Dan. Huetii, Tract. de Claris Interpretibus, p. 227. Idem Turnebo non Germaniæ ſolum, ſed totius Europæ ornamentum ac decus appellatur, apud Könîgium in Bibl. p. 157. b. Vir maximus Crenio Animadv. Tom. I. c. V. §. I. p. 77., vid. idem Tom. II. c. I. §. VIII. p. 24. Tom. III. c. I. §. II. p. 10. c. IV. p. 145. ſ. Tom. IV. c. I. §. III. p. 17. Tom. V. c. I. p. 23.

(g) in Vita Phil. Melanchthonis doctisſimè ſcripta.

(h) Hiſt.

(h) Hiſt. Eccl. Lib. III. Sect. II. p. 807.
(i) in Meletemat. Annæberg. Num. XVI. p. 857.
(k) loc. cit.
(l) l. c. §. III.
(m) vid. Adamus l. c.
(n) in Chronico Miſniæ p. 342.
(o) in Schediaſmate Hiſt. de Nobilitate Miſniæ literata, Sect. II. p. 36.
(p) in Vitis Theologorum Sect. XVI. num. IX.

CAPUT II.
DE
NOBILIBUS THEOLOGIS
REFORMATIS.

SUMMARIA.

§. *I. De nomine Reformatorum, an hoc, an Calvinianorum rectius illis tribuatur, non litigandum eſſe impraeſentiarum, inſinuat, & quosdam Reformatorum non reformidaſſe eam nomenclaturam, brevibus demonſtrat.* §. *II. Inter Theologos Nobiles Reformatos agmen ducentem, Gervaſium Babingthonum, Anglum Nobilem, producit.* §. *III. Proximum ab illo locum Lamberto Barlæo, Nobili Geldro, vindicat.* §. *IV. Tertium tribuis Theodoro Bezæ, Nobili Heduo.* §. *V. Richardum Brettum, Nobilem Anglum commemorat.* §. *VI. Bretto aſſociat Johannem Coletum, Equitem auratum Anglicanum.* §. *VII. Alienum non vult*

à Theologorum Nobilium Reform. numero Thomam Crammerum, Nobilem pariter Anglum. §. VIII. Percenſet Johannem Davenantium, Anglo-Londinenſem Nobilem. §. IX. Eduardum Deringium, Anglo-Cantianum, Nobilem. §. X. Guilielmum Farellum Nobilem Gallum. §. XI. Adnumerandum quoque Nobilibus Theologis Reformatis dicit Patricium Forbeſium, Baronem Scoto-Britannum, eâque occaſione de hujus filio Johanne Forbeſio deque horum ὁμωνύμῳ *Guilielmo Forbeſio diſſerit. §. XII. Non vult excluſum Ottonem à Grünrad, Nobilem Miſnicum. §. XIII. Silendum nequaquam Franciſcum Junium, Nobilem Gallum adſeverat. §. XIV. In conſpectum prodire facit Johannem Laſcum, Equitem Polonum. §. XV. Commemorat Jacobum Montacutium, Equitem auratum Anglicanum & quadam profert de Nicolao & Richardo Montacutiis. §. XVI. Non obliviſcitur Samuelis Petiti, Nobilis Galli. §. XVII. Huic ſubjungit Johannem Philpotum, & §. XVIII. Nicolaum Ridlejum, Nobiles Anglos, iſtum Hamptonenſem, hunc Dunelmenſem. §. XIX. In conſpectum penultimo producit loco Antonium Sadeel, Nobilem Matiſconenſem. §. denique XX. ultimo ſiſtit loco Petrum Streitbagium, Nobilem Aquisgranenſem.*

§. I.

Digitized by Google

§. I.

DE quæſtione, utrum Reformatis Calvinianorum, quod plerique fugiunt, an Reformatorum, quod affectant, rectius tribuatur nomen? in re hiſtorica occupati non erimus impræſentiarum ſoliciti. Evictum prius eſt à Magnis jam dudum Eccleſiæ noſtræ Theologis, nominatim D. Jo. Conr. Dannhavvero (a), D. Abrahamo Calovio (b), D. Jo. Adamo Schertzero (c), & D. Juſto Chriſtoph. Schomero (d). Id interim certum eſt, plures quoque Reformatorum lubentes amplecti Calvinianorum nomen, neque, ſuis quò minus tribuatur, refragari. Ipſe Joh. Calvinus titulo hoc ſuos inſignit. (e) Moſes Amyraldus doctrinam, quam Reformatæ profitentur Eccleſiæ Calvinianam vocat. Quod quidem non usque adeò probatur Frid. Spanhemio: *Ipſi viro docto,* inquienti, *placet, doctrinam, quam eximius ille vir pro Chriſtiana & orthodoxa habuit, Calvinianam vocare in Epiſtola ad Celeberr. Rivetum, quod repetit diſſert. IV. Id quod inauditum fuit hactenus inter noſtros, qui nomenclationes id genus damnarunt ſæpius in aliis ut ſchiſmaticas & alienas à Chriſtianis.* (f) Apelius fratres ſuos Calviniſtas appel-

lat. (g) Herm. Fabronius, qui ſub Harminii de Moſa nomine latet, illud nomen nuſquam fugit, quod vel ex meditationibus ejus Henoticis patet, quibus hunc prafixit titulum: Concordia Lutherano-Calviniſtica, oder Vereinigung der Lutheraner und Calviniſten / = = dahin gerichtet/daß die Lutheraner und Calviniſten ſich billig in der Religion miteinander vergleichen/ dieweil ſie im Fundament des Glaubens einig ſeyn. Imò ipſe Samuel Strimeſius, Theologus Francofurtanus, adeò non damnat nomen hocce, ut potius in Scriptis ſuis illud adhibeat. (h) Malumus verò ad recenſum Reformatorum nos accingere, quam controverſiæ diutius immorari.

(a) Hodòmor. Spiritus Calvin. Part. I. Procem. §. VII. p. 22.

(b) in Examine doctrinæ de Perſona Chriſti, Sect. I. Prælim. Quæſt. II. num. III. p. 13. ſeq.

(c) Colleg. Anti Calvin. p. 2. 3.

(d) Collegii Anti-Calv., nuper à Summè Rev. & Excell. Dn. D. Henr. Aſcan. Engelkenio Primum editi, Cap. I. Procem. Quæſt. II. p. 3. ſeq.

(e) Volum. Tract. Theol. f. 84.

(f) Exercit. de Gratia univerſali, annot. I. in Sect. VIII. p. 324. ſeq.

Google

(g) Vidd. Darmſtad. in Deduct. fundam. p. 500. 501.

(h) vid. ejusdem Hexas annotationum §. VIII. p. 25. & 28. apud Præcell. Dn. M. Davidem Schultetum, qui ea de materia egit in Schediaſmate elegantiſſimo de Doctoratu Theologico apud Reformatos non aſſumendo, Hamb. nuperrimè edito, §. I. p. 3.

§. II.

Inter Theologos itaque Nobiles Reformatos, literarum ſerie, quam impræſentiarum placere nobis hactenus liquet, agmen ducit GERVASIUS BABINGTHON, Anglus Nottinghamenſis, ex antiqua & generoſa familia natus anno ſupra milleſimum quingenteſimum quinquageſimo, denatus ſupra ſexcenteſimum decimo (a), Collegii S. S. Trinitatis Cantabrigienſis ſocius primum & Paſtor, tum Theol. Doctor, poſt Theſaurarius Eccleſiæ Landavienſis in Wallia, inde ejuspem Diœceſeos, porro Exonienſis ac demum Vigornienſis Epiſcopus. Famam inter ſuos haud vulgarem adeptus eſt editis anglicano idiomate Annotationibus in Pentatevchum: in decem Præcepta, Fidei Articulos atque Orationem Dominicam: itemque Collatione inter humanam fragilitatem & fidem. (b)

(a) Vid. Henningus Witenius in Diar. biogr. Tom. II. ad ann. MDCX. p. 14. 15.

(b) Conf. G. M. Königius in Bibliotheca Vet. & Nova, p. 77. a. ut & Paulus Freherus in Theatro Virorum Erud. clar. p. 356.

§. III.

Proximum ab eo locum occupat LAMBERTVS BARLÆVS (a) Bommelæ Geldrorum, parente nobili, Caſparo de Barle, anno ſeculi ſexti decimi nonageſimo quinto progn atus. Fuit is primum ab anno MDCXIIX. Ordinum Holland. ad aulam Gallicam Legato, Langeracquio, à concionibus. Cumque eô officio ultra decennium, favore Legati illius in omnibus adeô ſibi conciliato, ut ſecretiſſima quæque ſecum communicaverit, perfunctus fuiſſet, in Inſpectione Bredana Paſtoratus muneri admotus eſt, Amſtelodami ſimile officium, ad quod jam evocatus fuerat, ſuſcepturus, (b) niſi Græcæ Linguæ Profeſſione, ad quam juvandam natus factusque videbatur, in Academia Lugdunenſi, à Curatoribus donatus fuiſſet; quam ſpartam quoad usque ſuſtinuit, maximam nominis celebritatem, hominum memoriâ nullatenus delendam, adeptus eſt. De eo Adolphus Clarmundus (c): In dem Griechiſchen war er ſo beſchlagen / daß Er und

L' Em-

L'Empereur auch mit den gebohrnen Griechen perfect reden konte. Et poſt quædam: (d): Alle Eruditi geben ihm das Lob/ daß er in Græcis vortrefflich geweſen. Er hatte diffuſam lectionem vornemlich in Scriptoribus antiquis. Sein ingenium und judicium war exactum. Seine Lateiniſche Epiſtolæ, ſo er an andere hauptgelahrte Leute verfertiget / ſind nach Bericht / elegantes, nitidæ und politæ. Scripta verò ejus quamvis philoſophica & philologica potiſſimum ſint, in iisdem tamen in ſacram quoque diſciplinam & antiquitates haud rarò ſeſe diffundit. Unde de laboribus ejus in Euripidem, Ariſtophanem aliosque Scriptores ita nonnemo judicat: *Lambertus Barlæus hosve pluresque alios Scriptores ita interpretatus eſt, ut non in verbis tantum hæreat, ſed nihil ex antiquitate prætermittat.* (e) Quam maximè verò arridet Eruditis in Theogoniam Heſiodi Commentarius, quem haud abs re luculentum vocat G. M. Königius, (f) Antonius verò Thyſius lucubrationes doctiſſimas. (g) Præter illa Fidei Confeſſionem Reformatorum juſſu ordinum Holland. junctâ ſibi operâ Jacobi Revii in uſum potiſſimum Græcorum in Græcam linguam tranſtulit. Plura hâc vice non addo, fuſius de eo acturus in

de

de Nobilibus Philoſophis Tractatu Hiſtorico-Morali, haud longo abhinc tempore D. V. edendo (h)

(a) Præter *Melchiorem Barlæum*, Antverpienſem, (circa ann. MDLXVI. florentem, qui ſcripſit de raptu Ganymedis, item quinque libros Brabantiados, vid. Tom. I. Delit. Belg. p. 212. Franc. Sweertius in Athenis Belgici p. 564. & König. in Bibl. p. 86. a. ὁμώνυμ⊙· Noſtro fuit *Caſpar Barlæus*, Antverpianus, Med. D., primò Logices in Acad. Lugduno-Batava, poſt Philoſ. Moralis apud Amſtelodamenſes Prof., qui miſero fato periit anno MDCXLVII. puteo ſubmerſus, an ſponte an caſu, incertum. De eo Gerh. Jo. Voſſius de Arte Gramm. Lib. I. c. III.: *Caſp. Barlæus, dubium, Poëta melior an Philoſophus.* Marco Zuerio Boxhornio in Epiſt. ad Pontanum, p. 4. audit Vatum noſtri ſeculi Princeps. Olaus Borrichius de Poëtis p. 140: *Sanè* (inquit) *Caſp. Barlæus Antverpianus, & inventionum artificio & cultu dictionis optimo cuiquam Antiquorum, etiam ipſi Claudiano, palmam dubiam facit, in quocunque argumento, quocunque poëmatum genere oppidò nitidus, facundus, exquiſitus: dignus, qui omnibus Heliconis alumnis in ſinu geſtetur. - - Ad ſummam, in uno Barlæo oſtendere voluit natura, Phœbum ſemper juvenem eſſe, nec cum mundo effœto conſenuiſſe.* Summus Morhofius ita

ità de eo judicat: Caſp. Barlæi Epiſtolæ facetiis & ſalibus perſperſæ, multa iſtius temporis notabilia ſæpè memorant. Fuit Barlæus Philoſophus & Poëta præſtantiſſimus, quanquam à Batavis ipſis non magni æſtimatus; ingenium fœcundiſſimum & feſtiviſſimum habuit, in Elegia, Scazonte & Phaleucis mirè ſuavis & argutus, in Epico carmine luxuriâ nimiâ penè moleſtus: quam ejus loquacitatem contemptim habuere Heinſius aliique caſtigatiores Poëtæ. Id certè verum eſt, in delectu verborum non multum ſe cruciaſſe, ſed primos impetus plerumque eſſe ſecutum & ingenii ſui ubertatem. In Polyhiſt. Lit. Lib. I. c. XXIV. §. LIV. LV. p. 324. qui & videri poteſt §. LVI. LVII. ead. pag., Lib. I. c. XV. §. XII. p. 166. Lib. VI. c. III. §. IV. p. 279. Lib. VII. c. III. §. VIII. p. 377. §. IX. p. 379. §. XII. p. 381., Polyhiſt. Philoſ. Lib. II. Part. II. cap. XXVII. §. VII. p 425. &c. Joh. Georg. Grævii ſequentia ſunt in Præf. Floro, Trajecti Batavorum anno MDCLXXX. edito, præmiſſa: Sæpe ſtupiditatem noſtri ſeculi ſum admiratus, cum audivi à plurimis, & qui ſibi videbantur valdè ſapere, Caſp. Barlæi carmina tanti fieri, ut cum optimis veteribus Poëtis compararetur, ab aliis anteferretur. Ingenio ſanè valuit Barlæus, & nullo ſuorum æqualium fuit inferior. Sed ingenio nimium indulſit. Quantus enim in

illo

illo tumor, quantus optimè ſonantium verborum ubique inanis ſtrepitus. Auſim Sacramento contendere, vix eſſe paginam, in epicis præſertim, in qua non aliquot verſus reperiantur, ſonori quidem & aures implentes, ſed non animum, ſi illum attendas. Nulla enim ſubeſt ſententia. Qui iſtis poſſunt capi, non poſſunt Virgilio, Catullo, Horatio delectari, aut virtutes eorum præſtantiamque intelligere, nec dijudicare, quid diſtent æra lupinis. Si enim noſſent, quam longè tumor abeſſet à ſublimitate, nunquam hanc de Barlæo ferrent ſententiam, qui fatetur ipſe, ſe non excellentiſſimos ad imitandum Poëtas ſibi propoſuiſſe, ſed Claudianum, ſui quidem temporis Poëtam omnium præſtantiſſimum, ſed ſui temporis, quod ab aurea plurimum degeneraret antiquitate. Vid. Crenius Methodorum Tom. II. num. VII. p. 401. 402. De Epigrammatibus idem Crenius num. VI. p. 313: Caſp. Barlæo acrimonia non deeſt, ſed manum neſcit tollere de tabula, cum Epigrammata commendet brevitas.

(b) minus recte itaque à Wittenio Miniſter Eccleſiæ Amſtelod. ſalutatur, in D. B. Tom. I. ad annum MDCLV.

(c) in Vitis Clariſſimorum in re literaria Virorum, P. IV. p. 144.

(d) p. 146.

(e) apud Clarmundum l. c. p. 146.

(f) in

(f) in Bibliotheca Vet. & Nova, p. 85. b.

(g) in Oratione funebri.

(h) Vid. interim Wittenius in Memoriis Philoſophor. Dec. VI. p. 234. ſeqq.

§. IV.

Hunc ſequitur THEODORVS BEZA, Juris primò Licentiatus, mox Phil. Interpres Lauſannenſis, tùm Theologiæ Profeſſor, Paſtor Genevenſis, & primus ibidem Rector, Vezeliis, vetuſtò Heduorum in Gallia oppido, parente utroque nobili, in hanc lucem editus, anno ſeculi ſexti decimi undevigeſimo. Suò quodam jure is inter Doctos proceres refertur, Aureliæ enim ſub Melchioris Wolmarii, Græcarum ibid. lit. P. P., manuductione tantum profecit, ut ætatis annum duodecimum nondum egreſſus, omnes, quotquot haberi poterant, Autores vel Græcos vel Latinos non deguſtarit, ſed imbiberit nullaque fuerit ex diſciplinis liberalioribus, quam non attigerit; Juris verò Licentiatus annum agens viceſimum omnium cum applauſu renunciatus fuerit. Notatu porrò de eo dignum eſt, quod non Poëmata ſolùm & epigrammata in juventute liberius aliquantò & licentioſius, quam poſtea voluiſſet, ſcripta ipſemet damnaverit ac deteſtatus

tus quaſi fuerit, ſed & in Theologicis quædam mutaverit proque non dictis haberi voluerit. Qua de re Melch. Adamus (a): *In his quidem* (contra D. Tilemannum Heſshuſium & Joach. Weſtphalum ſcriptis) *poſtea quædam liberiore calamo quam rei, de qua agebatur, majeſtati conveniebat, ſcripta mutavit: ut in nonnullis aliis ſcriptis* (philoſophicis & poëticis) *è quibus jocos aliquot (ut erat ingenio lepido & faceto, dum adhuc ætate vigente eſſet) poſtquam maturior factus eſt, & δευτέρας φροντίδας in conſilium adhibuiſſet, eraſit.* (b) Singulare quoddam de eo commemorat Thuanus, eum biennio ante mortem ita obliviofum factum, ut ſtatim eorum quæ dixerat, oblitus fuerit. (c) Cæterum valetudine adeò firmâ fuit, ut, quid eſſet capite dolere ſe neſcire ſæpè diceret. (d) Forma præterea fuit præſtantiſſimâ, adeò ut aliquis Princeps putaretur (e) Plura vitam concernentia videri poſſunr apud Melch. Adamum (f) Biſſelium (g), qui tamen pro more ſuo per multa convitia & mendacia ejus vitam deſcripſit (h), Lotichium (i) & qui primò nominandus locò fuerat, Antonium Fayum (k), qui & ſequens monumentum ipſi poſuit: Reverendi viri pietate, virtute & doctrinâ ornatiſſimi, D. Theodori Bezæ,

Bezæ, Vezelii, Theologi præſtantiſſimi & clariſſimi, Eccleſiaſtæ Genevenſis facundiſſimi & fideliſſimi: Poëtæ ingenioſiſſimi & ſuaviſſimi: (Hæccine pauca ſunt? cætera non capiat unicum marmor) Antonius Fayus ſuo, Collegarum & reliquorum amicorum nomine P. M. De eo incomparabilis Martinus Chemnitius noſter (l): *Eſt ſanè Beza vir præſtantis ingenii & magnæ eloquentiæ; ſed ſicut Seneca dixit, nullum magnum ingenium eſſe ſine mixtura dementiæ: ita profectò in Bezæ ingenio eſt nimis magna mixtura ſuperbiæ* ὑπὲρ ἀττικῆς, *cui adjuncta eſt intemperans libido exquiſitis conviciis acerbè & virulentè maledicendi omnibus; qui ab opinione ipſius diſſentiunt.* Dn. D. Fechtius (m) *Poëmata,* inquit, *ità excoluit in adoleſcentia, ut ob quædam laſciva carmina & fortè etiam amores illicitos per totam vitam Pontificiorum criminationes ſuſtineret.* Idem alio loco: *Inter Reformatos eminent Duumviri iſti, admirandæ eruditionis & ſtupendæ eloquentiæ, Johannes Calvinus & Theodorus Beza. Nec enim eruditionis laus abroganda ipſis eſt, quia Heterodoxi fuerunt.* (n) Tychoni de Brahe (o) Beza vir admodum celebris, & non ſolum genere, ſed & doctrina imprimis nobilis, deque literis tam ſacris quam philoſophicis (ſi quis

R alius

alius hoc ævo) præclarè meritus audit. Matthæo Polo, Londinenſi (p), Vir non græcâ tantum, ſed omnigenâ literaturâ imbutus, quam etiam ſingulari acumine & judicio ad interpretationem plurimorum Scripturæ locorum feliciter adhibuit. Antonio Fayo (q) Vir ingeniô ſummo, judicio accuratô, memoriâ tenaciſſimâ, facundiâ ſingulari, affabilitate & comitate nulli ſecundus: adeò, ut propter commemoratas dotes, adjunctâ illis vitæ longævitate (quæ tamen omnia erant inferiora ſummâ doctrinâ & pietate) quidam vocarent Bezam ætatis ſuæ phœnicem. Ex ſcrîptis ejus, quorum ob multitudinem ad πολυγράφυς jure meritoque refertur, nos ſaltem notamus Novi Teſtamenti latinam interpretationem (de qua Andreas Rivetus, celeberrimum apud Reformatos nomen, poſtquam de Verſione Junio-Tremelliana Veteris Teſt. dixerat, quod obſervatâ linguæ ſanctæ proprietate & idiotiſmis ſedulò expenſis, ea concinnata fuerit, doctis jam diu probata, maximeque ſermonis puritate & proprietate linguæ latinæ accommodata, quantum fieri potuerat, ad rerum majeſtatem; idem pronunciat his verbis: quod idem à venerabili Beza in Novi Teſtamenti verſione obſervatum fuit (r)) & in idem Teſtamentum

ejus

ejus Adnotationes, quæ omnium maximè ex ſcriptis ejus commendantur (s) De illis verò Thomas Crenius hunc in modum pronunciat: De Theod. Beza Vezeliis, oppido Heduorum vetuſto Gallico, nato, Genevenſis Eccleſiæ Miniſtro, viro in Philologia magno, lego apud Jo. Conr. Dietericum in aureis Prolegomenis Antiquitatibus Biblicis præmiſſis, p. 18. a. quod omnes Græcos autores ſacros & profanos evolverit, antequam adnotationes in Novum Teſtamentum inciperet; quod ſanè opus ipſum magis comprobat, ac Cornelii à Lapide Opera. Ut verò Bezæ doctiſſimas in adnotatis & interpretatione Novi Teſtamenti operas maximoperè, ut dignæ certè ſunt, eruditi commendant: ita ſine ſolida & ſufficiente iidem fieri ratione arbitrantur, quod multa Scripturæ Novi Teſt. Græcæ loca, multasque dictiones in ſuſpiciones mendorum & corruptelarum inlatarum vocare non veretur. (t) Et poſt quædam (u): *Hoc dubio caret, doctiſſimum Interpretem Bezam non ſemel uſum eſſe incomparabilis Martini Chemnitii Harmoniâ Evangelica. Conf. vel Luc. II. 25.* Magnus Calovius: *Beza,* inquit, *in Novum Teſtamentum quamvis docta, cum judicio legenda.* (x) B. Mich. Waltherus (y): *In Adnotationibus vi-*

rus ſuum Calvinianum paſſim locorum Bezæ plenis eructat buccis. (z) De earundem editionibus dicere jam nihil attinet, videri verò de illis poteſt Crenius. (aa) In Homiletica ejus ſequens extat Gisberti Voëtii cenſura: Bezæ conciones in paſſionem, quod ad orthodoxam & ſolidam materiam, diſertumque ſtylum, probo quam maximè: ſed non video, quomodo, quod ad methodum concionandi & digreſſiones pleraſque prolixas in communes generales aut quæſitas doctrinas atque uſus, noſtris temporibus & noſtratibus ingeniis atque adeò ipſi methodo & regulis artis concionandi ita conveniant. Potuerunt illa tempora & illa loca, quibus ille conciones habebat, prudentiæ ipſius perſuaſiſſe hanc neceſſitatem ita excurrendi potius, quam preſsè οἰκείοις & peculiaribus iſtorum Textuum uſibus inhærendi: ſed hoc omnibus non ſemper imitandum. (bb) De ejusdem Emblematibus Dan. Georg. Morhofius: Theodori Bezæ Emblemata & aliorum ad artis præcepta planè non formata ſunt. (cc) Autor quoque à quibusdem habetur Commentariorum de Statu Religionis & Reip. in Regno Galliæ III. Partibus & IX. libris conſtantium (dd), quod ſuſpicari quis poſſet ex ipſius ad D. Tilium verbis,

bis, quæ ita habent (ee): *Vellem multas meas chartas, quibus tota Gallici primi civilis (belli) hiſtoria, adeoque rara & admiranda multa continentur, remotiore ab hoſtibus locò eſſe, ut, ſi quid forte nobis humanitus contingat, iſta non pereant, maximo Eccleſia damno.* De Epiſtolis ejus Theologicis vid. Crenius (ff) De Poëmatibus (gg) Olaus Borrichius (hh).

(a) in Vitis Theologorum extraneorum, p. 104. a. edit. noviſſ. MDCCV. in fol.

(b) Exempla ſimilia adduximus ſupra Sect. I. Gen. c. II. §. V.

(c) Hiſt. Lib. CXXXIV. Quamvis ante memoriâ ſtupendâ gaviſus fuerit, adeò quidem, ut elogium ipſi ſuſpendatur in Doctorum Virorum Elogiis Thuanæis, p. 129., quod totos Pſalmos Hebraicé, & quodcunque caput è Pauli Epiſtolis propoſuiſſes, integrum Græcè recitarit. Vid. Thom. Crenius de Singularibus Scriptorum, §. XXXVIII. p. 50., ubi & verba habentur Iſ. Caſauboni, Epiſt. CCXCVII. ad Joſepum Scaligerum, p. 342. edit. Brunſvic. MDCLVI. in 4to, de oblivione, quam per longinquitatem ætatis contraxerat.

(d) vid. Adamus loc. cit. p. 119. b.

(e) Scaliger in Excerptis p. 47: Beza, inquit, fuit valdè pulcer, ſenex 86. annorum, & 114. dierum, habebat fontem in pede, qui ipſi vitam prorogavit. Et poſt pauca: Beza

fuit valdè præſtanti formâ, ut judicaretur aliquis Princeps.

(f) quî fuſiſſimè de eo egit loc. jam alleg.

(g) Septennio I. p. 334. 342.

(h) ut judicat Dn. D. Fechtius Coll. ad Rechenbergii Summarium Hiſt. Eccl. MSC., Sec. XVI. §. XXI.

(i) in Bibl. Poët. Part. IV. p. 42.

(k) In ὑπομνηματίῳ de Vita & obitu Theodori Bezæ, admodum prolixo, cui ſua debet Adamus. Add. Paulus Freherus in Theatro, p. 334. ſeqq. Jac. Verheyden in Elogiis præſtantium Theologorum p. 209. Wittenius in Diar. biog. T. I. & II. ad ann. MDCV. Königius in Bibl. p. 109. a. Quenſtedius l. c. p. 55. &c. Vitam aliàs ſuam ipſe deſcripſit in Epiſt. ad Melch. Volmarium, anno MDLX. præmiſſa poſtmodum Volumini Tractationum Theologicarum, ed. Genevæ, MDLXX. vid. Kortholtus in Hiſt. Eccl. Sec. XVI. Sect. III. c. IV. §. VI. p. 821.

(l) in Epiſt. ad Kirchnerum Loc. Theol. de Cœna p. 155., apud Dn. D. Fech. Coll. ad Rechenberg. l. c.

(m) Coll. MSC. ad Hiſtoriam Eccleſ. ſeculi XVI. c. XVI. §. XIV.

(n) Coll. ad Rechenb. l. all. §. XXI. vid. ejusdem App. ad Epp. Marbach. c. IV. p. 185.

(o) de nova ſtella lib. I. Part. II. III. apud Thomam Pope-Blount in Celebriorum Autorum Cenſura, p. 710.

(p) Præ-

(p) Præfat. Tom. IV. Synopſeos Criticorum.

(q) in Ὑπομνηματίῳ de vita & obitu Theod. Bezæ, apud Adamum l.c. & Seb. Niemannum in Viris præcipuorum Theologorum Reformatorum Seculi XVI. num. XV. §. VII.

(r) in Præf. Bibliis ſacris lat. Junii, Tremellii & Bezæ præmiſſa, anno MDCLI.

(s) vid. Jac. Verheyden in Elogiis, loc. cit.

(t) Animadv. Tom. I. c. IV. §. II. p. 58.

(u) loc. cit. §. II. p. 59.

(x) in Pædia Theol. Artic. poſter. cap. II. can. IX. p. 162., edit. Witteb. anno MDCLXV. in 8vo.

(y) Officin. Bibl. Repoſitor. prior. arcul. V. §. CCCCXLVI. pag. 367. edit. Witteb. MDCLXVIII. in 4to.

(z) Exemplum quoddam vid. in Dn. D. Fechtii Philocalia ſacra, heîc loci MDCCVII. edita, §. XIIX. p. 22. & alibi. Interim & de Adnotationibus ejus in N. T. minoribus hunc in modum judicat idem Coll. ad Hiſt. Eccleſ. Sect. XVI. cap. XXVII. §. IV: Inter eos, qui S. Scripturam brevibus notulis illuſtrarunt, Imm. Tremellii & Th. Bezæ cæteris præſtant.

(aa) Animadverſ. Tom. XII. c. I. §. V. p. 45. ſeq.

(bb) Bibliothecæ Stud. Theol. Lib. I. c. XVII. p. 213. edit. Ultraject. MDCLI. in 12. apud Crenium Animadverſ. Tom. XI. c. I. §. VIII. p. 116.

(cc) Polyhiſt. Lit. Lib. VII. c. III. §.V. p. 375.

(dd) excuſ. anno MDLXXI. in 8vo.

(ee) Centur. II. Epiſtolarum ſelectiorum, illuſtrium & Clarorum Virorum, ſuperiore ſeculo ſcriptarum vel à Belgis vel ad Belgas, Epiſt. L. p. 629. apud Crenium, Animadv. Tom. VIII. c. III. §. I. p. 161.

(ff) Animadv. Tom. XI. c. I. §. V. p 86. 87.

(gg) quæ exſtant Tom. III. Delit. Gall. p. 578. nomine Adeodati Sebæ, Veſalienſis, ſub quo latere voluit.

(hh) Tr. de Poëtis, p. 112. 113. ubi inter alia digna vocat, quæ iterum iterumque legantur.

§. V.

Poſt eum commemorandus venit RICHARDVS BRETTVS, generoſâ inter Anglos familiâ Londini prognatus, Artium Baccalaureus, Rector de Quainton in Comitatu Buckinghamienſi, Collegii Lincolnienſis in Academia Oxonienſi, tum Chelſeienſis ſocius & Theol. Doctor, qui ætatis ſuæ anno ſeptuageſimo ad plures abiit, Chriſtianæ verò computationis ſupra milleſimum ſexcenteſimum ſeptimo & trigeſimo. (a) De eo ſequentem in modum judicat Antonius à Wood, Anglus: *Vir tam pietate quam doctrinâ eximius, linguis Latinâ, Græcâ, Hebraicâ, Chaldaicâ, Arabicâ, Æthiopicâ ad Criticiſmum*

ciſmum uſque peritus. Vernaculæ Bibliorum editionis noviſſimæ pariter & accuratiſſimæ author, inter nominatiſſimos conſpicuus, Paſtor oculatiſſimus, Verbi Divini præco maximè ſedulus, & de Eccleſia DEI laboribus privatis & publicis optimè meritus. (b) Edidit Iconum Sacr. Decadem, aliquot ſanæ doctrinæ capita complectentem: Vitas Sanctorum Evangeliſtarum, Johannis & Lucæ, à Simeone Metaphraſte concinnatas & à ſe ex Græco in Latinum converſas. Vid. Paulus Freherus (c) & Wittenius. (d)

(a) Conf. Henningus Wittenius, D. B. Tom. I. ad ann. MDCXXXVII.

(b) in Hiſtoria & Antiquitatibus Univerſitatis Oxonienſis. De quo libro ſequentem in modum pronunciat Summus ſuperioris Seculi Polyhiſt., Dan. Georg. Morhofius, in Polyhiſt. Literario, Lib. I. c. XVI. §. LXXV. LXXVI. p. 201. 202. edit. noviſſ. MDCCVIII. Antonius Wood, Anglus, ſcripſit Hiſtor. & Antiquitates Univerſitatis Oxonienſis. Liber editus eſt in fol. 1674. Oxoniæ. Qui cum diligentiſſimè recenſet antiquiſſimæ Acad. Oxonienſis originem & progreſſum, operoſus eſt in Theologiæ & Philoſophiæ Scholaſticæ Hiſtoria percenſenda. Cum enim in antiquiſſima Academia Pariſienſi hæc caput extulerit, indeque in Academias Britannicas propa-

gata, ejus hic hiſtoria plenius proponitur. Magni itaque uſus ad ſcopum hunc liber ille eſt, ex quo præterea cognoſcas Academiarum tum temporis in Europa ſtatum, quæ ad Pariſienſis Britannicarumque Acaoemiarum formam inſtitutæ videntur. Inſignis ex illo notitia haberi poteſt Virorum doctorum, qui vel in hac Academia vixerunt, quorum alias notitia haberi non poteſt. Magna potuiſſet Conringii libro ex hoc opere acceſſio fieri; ſed ille librum iſtô tempore nondum impreſſum ad hos uſus applicare non potuit.

(c) in Theatro Virorum Erudit. clarorum, pag. 466.

(d) Diarii Tom. I. ad annum cit.

§. VI.

Haud incommodè Bretto jam laudato aſſociare mihi videor JOHANNEM COLETVM (a), Equitem auratum Anglicanum, eadem enim quæ iſti, huic cunas præbuit, regia Londinenſis. Floruit ille jam tum circa ſecnli ſexti decimi annum decimum ſeptimum, poſt impetratam Theologiæ Docturam Profeſſione SS. literarum in Academia Oxonienſi, ac demum Londinenſis Templi ad S. Paulum Decanatu defunctus. Rejectâ Pontificiâ, cui addictus fuerat, religione Reformatam ſub Henrico VIII. profeſſus,

adeò

adeò Regi extitit charus, ut ille, habitâ coram eodem aliquando concione, calicem vini plenum poſcens, Coleto dixerit: Decane, tibi propino, & quem velit, quisque ſibi Confeſſorem ſumat, tu verò eris mihi Doctor. (b) Exaravit ediditque Enarrationes in Proverbia Salomonis, Matthæum, & Paulum: Conciones ordinarias & extraord., Symbolum item fidei & Orationem Dominicam, aliaque Vid. Paulus Freherus (c), Jovius (d) Jo. Andr. Quenſtedius (e), G.M. Königius. (f)

(a) ὁμώνυμος noſtro fuit *Michaël Coletus*, Eccleſiæ Dantiſcanæ Miniſter, qui ſtylo pugnavit contra Franc. & Jacobum Adami, Königius in Bibl. p. 202. b.

(b) Vid. Paulus Freherus in Theatro Vir. erud. clar. p. 101.

(c) loc. cit.

(d) in Britannia, p. 86.

(e) in Dialogo de Patriis illuſtrium doctrinâ & ſcriptis virorum, p. 94. 95.

(f) in Bibliotheca, p. 202. b.

§. VII.

Alienum nolumus à noſtris THOMAM CRAMMERUM, Theol. Doctorem, Archiepiſcopum Cantuarienſem, Angliæ Primatem & Regis Conſiliarium, quem generoſâ inter ſuos proſapiâ natum vidit, anno ſupra

ſupra milleſimum quadringenteſimum octogeſimo nono, Angliæ provincia Nottinghamienſis, martyrio verò coronatum anno ſupra quingenteſimum quinquageſimo ſexto regia Londinenſis. Ejus viri in Eccleſiam Anglicanam merita exſtant propemodum infinita, ejectô enim Pontificis primatu, ab erroribus & corruptelis liberavit libroque inſtitutionis Eccleſiaſticæ ab omni ſuperſtitione papiſtica puro, ab Angliæ Epiſcopis ſua authoritate elaborato munivit. De magno illius adverſus Papam fervore & Zelo Melch. Adamus (a): *Incumbente*, inquit, *in ipſius* (Archiepiſcopi) *potiſſimum humeros univerſa negotii mole, ſolus omnes omnium Pontificiorum objectiones excepit, retudit, profligavit, ac quid de Romano Pontifice omnique ejus authoritate ſtatuendum ſit; ex ipſis fundamentis explicavit:* Dominatum Pontificis nullo Scripturæ fundamento niti, ſed affectatâ &ambitioſa hominum tyrannide invectum eſſe, maximam in terris potentiam Cæſari, Regibus cæteriſque Dynaſtis deferri: cui Epiſcopos, Presbyteros, Pontifices & Cardinales, perinde ut alios ſubjeci neceſſe ſit. Proinde nihil eſſe, cur Romanus cæteris autoritate præſit Epiſcopis: ſuos illum Magiſtratus agnoſcere ac in ordinem cogi opor-

oportere. Inter ſuos concedi autoritatem, ſed tam inſolentem atque immoderatam ſedis Romanæ amplificationem nullô modo ferendam. Rectiſſimè ergo videri ſibi fore, ſi Regis ordinumque unanimi conſenſu ambitioſus Epiſcopi illius dominatus ex Anglia profligatus, intra ſuam Italiam, tanquam inter ripas, coërceatur. Quibus geſtis decreto publico ſancitum cautumque fuit, ne quis extra regni fines ad Romanum Pontificem, de quacunque re provocaret. Memorabile eſt, quod mortem (à Maria Angliæ Regina ipſi decretam) effugiturus, victus importunitate binorum præcipuè Theologorum, Henrici Sidalli, Angli, & Johannis Hiſpani de villa Garcina, qui finem nullum facere ſibi propoſuerant, donec animum ejus expugnaſſent, ut refert Adamus (b), palinodiam cecinerit, & ad papiſticam acceſſerit Eccleſiam, hâc uſus formulâ: *Ego Thomas Crammerus anathematiſo omnem Lutheri, & Zwinglii hereſin & quodcunqe dogma ſanæ doctrinæ contrarium; confiteor verò & credo firmiſſimè ſanctam & catholicam Eccleſiam, extra quam ſalus non eſt, atque ejusdem in terris agnoſco caput Epiſcopum Romanum, quem fateor Summum eſſe Pontificem & Papam & Chriſti vicarium, cui omnes ten ntur*

ſub-

ſubeſſe fideles. (c) Sed blanditiis falſorum iſtorum fratrum deceptum ſemet, expertus eſt, dùm, non obſtante quod religioni ſuæ nuncium miſiſſet, ad rogum damnatus fuit. Prius verò quam admoveretur igni, longas ad Deum fudit preces, in quibus & fidei confeſſionem edidit, & palinodiam, quâ ſuam ejuraverat religionem, retractavit, Papam Romanum pro Antichriſto & hoſte Chriſti infenſiſſimo, ejusque dogmata pro putidis erroribus reputans. Retractationis illius ſummam exhibet Adamus (d) qui & ſequens ei ſuſpendit elogium: *Ingenio fuit miti, pectore candido, nullius injuriæ memor. - - Pietatis ſtudium in eo fuit perpetuum & judicium ſuapte naturâ feliciſſimum. Fuit præterea in hoc, ut ſtudia literarum & pietatis per omne regnum excitaret.* (e) Sequentia verò de eo ſunt D. Lucæ Oſiandri (f): *Thomas Crammerus, Cantuarienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus & totius Angliæ Primas, authoritate & eruditione præſtans, cùm vehementer à Pontificia doctrina abhorreret, eamque radicitus evulſam optaret, Bucerum & Paulum Fagium Argentorato in Angliam evocavit, quos deinde Cantabrigiam miſit, ut ibi publicè docerent. Atque utinam Archiepiſcopus ille (magnô aliàs Zelô præditus Vir) non* dele..

delectu eraſſet, & ſinceriores Evangelii Doctores in Angliam vocaſſet, & non Calviniſtico dogmati (quod hodie in Anglia regnat) locum dediſſet. Inter ſcripta ejus eminenr Catechiſmus Doctrinæ Chriſtianæ: Ordinationes Eccleſiæ Reformatæ: Lib. contra Primatum Papæ: contra Transſubſtantiationem: contra ſacrificium Miſſæ: contra purgatorium. &c. Conf. pluribus Johannes Sleidanus (g) Jacobus Aug. Thuanus (h) Balæus (i) Joh. Foxus (k) apud Melch. Adamum (l) itemque Conr. Geſnerus (m) & Jacobus Verheyden (n)

(a) in Vitis Theologorum exterorum, pag. 2.
(b) loc. cit.
(c) Plura dabit Adamus l. c. p. 5. 6.
(d) loc. all. p. 8. 9.
(e) l. c. p. 10.
(f) Epit. Hiſt. Eccleſ. Centur, XVI. Lib. II. cap. LXXXIII. apud Joh. Andr. Quenſtedium in Dial. de Patriis illuſtrium Virorum, p. 87.
(g) in Commentariis.
(h) in Hiſtoria.
(i) Centuria VIII.
(k) in Commentariis rerum in Eccleſia geſtarum.
(l) loc. cit.
(m) in Bibliotheca.

(n) in

(n) in Elogiis præſtantium Theologorum, p. 84. Add. Oſiand. & Quenſtedius loc. cit.

§. VIII.

Hunc excipiat JOHANNES DAVENANTIUS (perperam Daventius Henningo Wittenio appellatus (a) & ipſe Anglus, Londini nobili loco natus, Theol. Doctor ejusque in Academia Cantabrigienſi Profeſſor, ac demum ad annum usque milleſimum ſexcenteſimum quadrageſimum, ipſi emortualem, Epiſcopus Sarisburienſis. Ejus ſtudiô & labore prodierunt: Expoſitio Epiſtolæ D. Pauli ad Coloſſenſes: Liber de Servitutibus; Exhortatio ad fraternam communionem inter Eccleſias: Prælectiones de ſupremo Judice controverſiarum, & plura alia (b)

(a) Diar. biogr. ad annum Chriſti MDCXL.
(b) vid. Kőnigius in Bibliotheca Vet. & Nova, p. 237. 238.

§. IX.

Prælectionibus in ad Hebræos Epiſtolam, Anglicô exaratis idiomate, inclaruit EDOARDUS DERINGIUS, Cantianus, ex nobili & pervetuſta inter Anglos familia orinndus, S. S. Theol. Baccalaureus, Collegii Chriſti ſocius & in Templo regiæ Londinenſis cathe-

Digitized by Google

cathedralis ad Div. Pauli Concionator ad annum uſque milleſimum quingenteſimum ſextum & ſeptuageſimum, quem emortualem habuiſſe fertur. Is in lecto fatali decumbens, cum ſol faciei ejus illuxiſſet, ſequentem ad adſtantes arripuit loquendi occaſionem: *Non eſt niſi unus Sol, qui orbem terrarum illuminat: ita non eſt niſi una juſtitia & una ſanctorum communio;* ceu ex Anonymi Heroologia Anglica refert Paulus Freherus (a)

(a) in Theatro Virorum Eruditione clarorum, p. 242. a.

§. X.

Generoſis in Delphinatu (vel ſolô eô, quod Princeps Regius natu maximus, parentis in regno ſucceſſor, inde Delphinus adpelletur, inter Gallicas provincias illuſtri) parentibus in lucem editus GUILIELMUS FARELLUS, ſacras literas docuit Mompelgardenſes, Aquilejenſes, Lauſannenſes, Genevenſes, Metenſes & poſtremò Novocomenſes ad annum uſque MDLXV., quo ſeptuagenario ſex annis major obiit. Ob maximam in prædicando vehementiam & acerbitatem cunctorum, quod quotidianum eſt, incurrit invidiam, adeò ut ſolum non ſemel

vertere fuit coactus. Genevenſes verò, quod pro ſuggeſto liberius populi reprehendiſſet mores, & dogmata pontificia, tantò in eum exarſerunt furore, ut capitale eidem ſupplicium intentare haud erubuerint. Et exceſſiſſe quidem in Elencho Farellum, haud obſcurè in quadam ad eundem Epiſtola videtur innuere Oecolampadius, cujus hæc ſunt verba: Rogavi ex N. ſuper manſuetudine tuâ: qua nihil magis chriſtianum, nedum Apoſtolum decet. Is cùm mirè extuliſſet ſedulitatem infatigabilem ardoremque inextinguibilem & ſatis felicem ſucceſſum: ſubdidit, quod in ſacrificos imbres effundas convitiorum. Non ignoro, quid illi mereantur & quibus coloribus depingi debeant: pace tamen tuâ dixerim, amicus & frater fratri, non videris per omnia officii tui reminiſci. Evangelizatum, non maledictum miſſus es. Condono, imo laudo Zelum, modò ne deſideretur manſuetudo. Da operam, mi frater, ut ſpiritum meum exhilares etiam hôc nunciô: quod in tempore ſuo vinum & oleum infundas: quod Evangeliſtam, non tyrannicum legislatorem præſtes. (a) Theodorus Beza hunc in modum de eodem judicat: *Et hic eſt ille Farellus, qui nullis difficultatibus fractus, nullis*

lis minis, convitiis, verberibus denique inflictis territus, Mompelgardenſes, Aquilejenſes, Lauſannenſes, Genevenſes, Novocomenſes Chriſto lucrifecit. Fuit enim in hoc viro præter pietatem, doctrinam, vitæ innocentiam eximiamque modeſtiam, ſingularis quædam animi præſentia, ingenium acre, ſermo vehementiæ plenus, ut tonare potius quam dicere videretur: ardor denique in precando tantus, ut audientes in cœlum usque quaſi ſubveheret. (b) Præter Themate quædam Baſileæ latinè & germanicè edita, itemque Diſputationem Bernæ habitam, cui, cum Aquilejæ Bernenſium doceret, intereſſe juſſus fuerat, latinò idiomate evulgatam, nihil, quantum conſtat, ejus ſub nomine exſtat, concionibus enim, quam ſcriptionibus, magis intentus, verba ſunt Adami (c), paucula admodum reliquit. Cæterum conf. præter Bezam & Oecolampadium (d) Joh. Calvinus, (e) Jo. Sleidanus (f) Wirſtaſius (g) Jacobus Verheydenius (h), Paulus Freherus (i) & Königius. (k)

(a) Lib. IV. Epiſtolarum, p. 956. Conf. & p. 916.

(b) in Iconibus, apud Melch. Adamum in Vitis Theologorum Extraneorum, p. 58.

(c) loc. cit.

(d) ll. cc.

(e) in Epiſtolis.

(f) Commentar. Lib. VI. XIV. & alibi.

(g) in Chronico Baſileenſi.

(h) in Elogiis Præſtantium Theologorum, p. 116.

(i) in Theatro Virorum Erud. clarorum, p. 205. 206.

(k) Bibl. Vet. & Nova, p. 296. a.

§. XI.

Adnumerandus quoque eſt Nobilibus Theologis Reformatis PATRICIUS FORBESIUS à Corſe, natione Scotus, ortu Baro de Oneil, dignitate Presbyter, Kethenſis Epiſcopus, Conſiliarius Regius & demum Cancellariùs, qui uno ſeptuagenario major anno ad plures abiit ſupra milleſimum ſexcenteſimum quinto & trigeſimo. Reliquit Commentarium in Apocalypſin, (a) ſuaſu hortatuque doctiſſimorum Virorum, Molinæi, Tileni, Capelli & Gomeri abs filio ejus JOHANNE FORBESIO evulgatum. (b) Hujus Johannis notæ ſunt Inſtructiones Hiſtorico-Theologicæ, Amſtelodami Anno MDCXLV. in fol. editæ, quas Opus doctum, in quo non ſolùm Controverſiæ Pontificiæ, ſed & aliæ contineantur, judicat Morhofius.

(c) Ex

(c) Ex illis multa furatus eſt Johannes Valckenierius, Colonienſis, Theol. Profeſſor Lugdunenſis, tum in Quæſtionibus Philologico-Theologicis ad illuſtrationem loci Matth. II. 1., tum in Roma Paganizante. Non immeritò itaque notatus à Celeb. Thoma Crenio, (d) *Valckenierium*, inquiente, *eundem tum, ſicuti & cum ſuperiorem Tractatum ſcriberet, Profeſſorem Hardervicenum, Johannis Forbeſii inſtructiones Hiſtorico-Theologicas ſubpilaſſe ante nos jam alii notarunt. Academiæ præter nomen non multum amiſiſſe mihi videntur in iſto Viro.* ὁμώνυμος hiſce, non illis incelebrior, extitit GUILIELMUS FORBESIUS, Aberdonenſis, Epiſcopus Edinburgenſis, denatus anno ſuperioris ſeculi quarto & triceſimo. De quo ſequentia ex Elencho vitæ ejus recenſet Königius (e); Guilielmus Forbeſius pauca ſcripſit. Scire enim maluit, quam ſcribere, & hoc dicterium ſcripturienti cuidam & magnos labores ei oſtentanti lepidè ſed ſolidè uſurpavit: Lege plura & ſcribe pauciora. Opus poſthumum, Conſiderationes modeſtæ, eſt pacati ingenii & moderati animi ingens ſpecimen & indicium: in quo tanquam alter Caſſander & Catholicus moderator, rigidas & auſteras utriusque tam reformatæ quàm ponti-

ficiæ partis opiniones in quibusdam religionis controverſiis componere, ſaltem mitigare ſatagit. Hæc ille Dn. D. Fehtii de eodem Syncretiſta hujus tenoris eſt judicium (f): *Fuerat Forbeſius ille Epiſcopus Edenburgenſis, Scoto-Britannus, qui, ſi quisquam conciliationem dogmatum non inter Lutheranos tantùm & Calvinianos, ſed & Pontificios ſpecioſis argumentis propugnavit, hic equidem fuit, ut ſubinde me admiratio non exigua ſubierit, cur in Certamine Calixtino neque à Calixto ipſo & Theologis Helmſtadienſibus, quorum tamen partes in hoc ipſo negotio longè ſpecioſius agit, quam ipſimet, neque ab adverſa parte facilè unquam fuerit allegatus. Aliquoties eundem adducit Frid. Geſenius in Irenæo Philaletha, ab aliis, non facilè vidi, eundem vel viſum fuiſſe. Quò autem conſilia ejusmudi irenica tendant, nempe non ad communionem Eccleſiarum ſed ad apoſtaſiam à Religione Lutherana ad Pontificiam & Reformatam, non diſſimulat, ſed confitetur potius ingenuè atque deplorat editor* (primus Anonymus) *Conſiderationem Forbeſianarum in Præfatione, cum ait ex ejusmodi irenicis occaſionem multos arripuiſſe deſerendi Eccleſias reformatas & tranſeundi ad Romanam, quanquam teſtetur, hac non intendiſſe aut intendere*

eos

eos, qui ad veram & Chriſtianam hanc reconciliationem anhelent. Sed quanquam hoc non directâ voluntate intendant, intendunt tamen indirectâ, &, ut Philoſophi loquuntur, virtuali atque interpretativâ, cum ſcire non debebant, ſed facilè quoque poterant, eventum iſtiusmodi conciliationum & extenuationum plerumque eum fuiſſe, ut ad alteram partem Noſtri deficerent, tanqüam potiorem & prædominantem. Ut adeò verè periculoſum ſit, ejusmodi libros, ad apoſtaſiam facilius quàm tolerantiam ſeducentes, idque per ipſa, quæ incautorum mentibus inſinuantur, principia, denuò (quod peſſimo omninò inſtituto magnoque Eccleſiæ noſtræ ſcandalo ante hos quatuor annos fecit D. Johannes Fabricius, Theologus Helmſtadienſis Primarius, Conſiliarius Eccleſ. Guelphicus & Abbas Regio-Lothar.) *in apricam producere & commendare. Nec puto, hoc conſilium reliquos Academiæ Juliæ Theologos approbaturos eſſe, qui non ignorant, quantum Shiſma inter illam Academiam & Saxonicas olim fuerit ob hoc ipſum pacificandi ſtudium metuendum, & quod temporis ſucceſſu animorum alienatio ipſo utriusque partis ſilentio non parum fuerit mitigata, ut inter illam Academiam & reliquas melior iterum amicitia & animorum benevo-*

lentia coaluerit, quam conſervari potius, quàm de novo diſtrahi mentes & turbari conveniret. Hactenus Dn. D. Fechtius, qui & ſinceriorum Reformatorum de Forbeſio *(pro Arminiano quoque hoc eſt, qui laxiori Religioni adhæreret, imo Romano-Catholico quid? nullius planè religionis homine* ab eorundem nonnullis habito) judicia ſubnectit. Et Johannis quidem Claudii, celeberrimi inter Reformatos Theologi, ſequens eſt: *Forbeſius ille ſub Epiſcopi Proteſtantis ſpecie communionem utramque decipiebat, blandâ ac fallaci ſpe deludens Romano-Catholicos, nihilominus tamen apud alios remanens.* (g) Johannis autem Rollegraphii hæc eſt κρίσις (h): *Si conſiderationes illius, quas modeſtas vocat, attentè perlegas, vix ac ne vix quidem divinare poteris, quam religionem vel ipſe profiteretur, vel nos profiteri cuperet.* Quod cum ſingulos propemodum fidei articulos comprobaſſet, ſubdit: *ἔλεγχος ille ſatis, niſi fallor, indicat illum primò admodum fluctuaſſe in Religionis negotio, cum παμμιγὲς illud ſuum myſterium (confuſaneam illam & miſcellaneam religionum miſturam) tentavit nobis obtrudere. Deinde vero, quod præcipuè volebamus, non magnifaciendam à nobis eſſe illius modeſtiam, cum ejuſmodi commenta neque unquam in*

no-

noſtra, neque in Romana Eccleſia ſint fidem habitura. Quibus denique Dn. D. Fechtius hæc adjicit: *Ita ſi de inſidioſis id genus pacis Eccleſiaſticæ conſiliis ipſi Reformati judicant, quid purioris Theologiæ Profeſſoribus* (quorum & in numero haberî vult Fabricius) *facere conveniret?*

(a) vid. Mart. Kempius, Hiſtoriographus olim Brandenburgicus, in Theologica Anglorum Bibliotheca, quæ prodiit anno MDCLXXVII. in 4to, p. 257.

(b) conf. B. D. Sagittarii Introductio in Hiſt. Eccleſ. & ſingulas ejus partes, cap. XXXIII. Sect. XXII. p. 917. & Theophili Spizelii amica & placita collatiô de vaticiniis quibusdam angelicis, p. 200. ſeq.

(c) In Polyhiſt. Pract. Lib. V. c. I. §. XXIX. pag. 65.

(d) in elegantiſſima de Furibus librariis Diſſert. Epiſtolica ad Eximii & ſingularis ingenii, doctrinæ, virtutis & elegantiæ virum, Frid. Dan. Knochium, Mœno-Francofurtanum, edita Lugduni Batavorum MDCCV. in 8vo, (cujus excerpta videri poſſunt apud Celeb. Virum, Wilh. Erneſtum Tentzelium, in Bibliotheca curioſa, ſive Continuatione Colloquiorum Menſtruorum, de ann. MDCCV. p. 417-427.) num. CXIII. p. 112.

(e) in Bibliotheca, p. 312. a.

(f) in Scholis Theologicis privatis MS. ad Syllogen recentiorum Controverſiarum, ad Diſp. III. quæ eſt de Religione, §. II., quo de Syncretiſmo fusè diſſerit.

(g) apud Jo. Rollegraphium, libello de Religionum conciliatoribus, Lauſannæ anno MDCLXXIV. edito, p. 90.

(h) ejusdem lib. de Relig. Concil. loc. cit.

§. XII.

Nec excluſum volumus OTTONEM à GRUNRAD, Delitienſem Miſnicum, nobiliſſimâ ibidem & antiquiſſimâ Grünradiorum familiâ natum, qui cum commiſſam ſibi reformandarum Eccleſiarum in ditione Solmenſi, Comitatu Hanovico & in Palatinatu tam ſuperiore quam inferiore operam haud infeliciter exſecutus eſſet, Senatui Eccleſiaſtico Heidelbergenſi Præſes & omnibus in Palatinatu Eccleſiis Viſitator ob inſignem prudentiam datus eſt. Quibus officiis longè graviſſimis magnâ cum laude ad annum usque ſuperioris ſeculi tertium decimum, quô octo & ſexaginta natus annos ad plures abiiſſe fertur, præfuit. (a) Melchiori Adamo audit vir autoritate gravis, conſiliis pollens, animi lenitate mitis. (b) Ab eodem, quod, nobilis cum eſſet genere, Theologiæ ſe dicarit ſtudio, ſequenti ornatur elogio: *Sed*

cum

cum alia in hoc Grünradio, tum vel hoc præcipuam quandam laudem meretur, quod, nobilis cum eſſet, ad Theologiæ ſtudium animum ipſe appulit. Nam multi eodem loco nati hodierno die, ad aulicas ſe delicias natos ducunt & equos canesque ad venationem alunt: Sacrarum verò literarum ſtudium etiam dehoneſtare ſuum ordinem ſtatuunt. Quanto rectius Grünradius, qui veram DEI agnitionem ſummam arbitratus ſapientiam, nobilitatis ornamentum maximum duxit, ſecutus in eo exemplum Illuſtriſſimi Principis Georgii Anhaltini, illuſtris Johannis à Laſco, nobiliſſimi Antonii Sadeelis ac Theodori Bezæ: quorum ſcripta & monumenta hodie adhuc teſtes nobis ſunt, quales & quanti fuerint Theologi. Hæc ille, apud quem, latius quippe vitam Grünradii perſecutum, plura legi poterunt. Ejus in varias Eccleſias merita haud obſcurè ex ſeq. monumento ipſi poſito cognoſcuntur: OTTO à GRUNRADE, Eques Miſnicus, naſcitur Delitſchii 1545. 10. Septembr. diſcit pietatem & literas Wittenbergæ anno 14. gubernat ſtudia & mores Mauritii Principis Aur. 1575. 76. juvat reformationem Eccleſiarum Naſſov., Solmenſ., Witgenſtein. Annis ſequentibus Fridericum IV. Electorem Palatinum verâ pietate & omnibus laudati

Prin-

Principis virtutibus octenn. inſtruit. Præſes SenatusEccleſ. renunciatus, viginti ipſos annos & precibus & curis & laboribus pro Eccleſ. & Scholis Palatinis impendit. Principibus Scholas, - - inſtitutionem catecheticam & ſeniorum & juniorum primus Eccl. Palat. commendat. Vitam cœlibem ſanctè ac laborioſè actam placidâ morte finiit anno 1613. Jani Grüteri ſequens in eum exſtat elogium (c):

Qui ſepulchrum aves videre vile, cujus aſtricas
Nominis ſublimitate verberat fama faces:
Hic adesdum; ubi repoſtus eſt Otto Grünradius.

Scripta ob immenſos, quibus circumſeptus per omnem vitam fuit, labores ipſe nulla edidit, aliis verò, ut ederent neceſſaria maximè & utilia, author exſtitit ſuaſorque. Non tamen ſubticendum, quod Catecheſis germanica, ſcholiis & analyſi perſpicuâ illuſtrata, & hodieque in ipſo Palatinatu alibique inter Reformatos uſurpata, ejus curâ prodierit. Vid. Adamus (d) & Freherus (e).

(a) Conf. Melch. Adamus in Vitis Theologorum Germ. p. 394.

(b) loc. cit.

(c) in

(c) in Deliciis Poët. Belgicis, p. 2.

(d) l. c.

(e) in Theatro Virorum erud. clar. p. 369. ſeq.

§. XIII.

Silendus nequaquam eſt FRANCISCUS JUNIUS (a), Theologus & Philologus inter Reformatos longè celeberrimus, Eccleſiæ primum Antverpianæ, poſt Schœnavienſis, ad primum Heidelbergâ lapidem diſtantis, Miniſter, tum Academiæ Heidelbergenſis, (in qua minus accuratè omnium primò docuiſſe dicitur Könìgio (b)) ac demum Lugdunenſis per decennium Prof. Theologus primarius, peſte per omnem Hollandiam graſſante exſtinctus anno ſuperioris ſeculi ſecundo, cum nobili in Gallia loco lucem adſpexiſſet anno ſeculi ſexti decimi quadrageſimo quinto. Horrorem incutiunt, quæ de nobulone, quem puer præceptorem habuerat, peſſimè eum tractante commemorat Melch. Adamus (c): Contra, inquiens, in diverſum traxit animum ejus præceptorum quorundam durities & carnificina: quando immerentis corpus flagris ſepties octiesve quotidie conſciſſum, baculis contuſum & in terra, Scythico more, diſtractum fuit. Coactum

actum ſe ſcribit (in Deſcriptione vitæ ſuæ, edita à Paulo Mercula) ſæpè confiteri factum, cujus ne in mentem quidem venerat, & mendacii pœnas luere; Orbilio verè dicente: non propterea cædi, quod feciſſet, ſed quod mentitus eſſet. Sæpè figuræ Syllogiſmorum in Dialectica Trapezuntii fuerunt tyrannicæ illius impotentiæ argumenta. Si B. erat, indicabat in menſa plus ſatis bibiſſe aut in ſchola batuiſſe: ſi C. clamores excitaſſe: ſi D. dixiſſe hoc vel illud. Superavit tamen Junius omnem plagoſi Magiſtri intemperiem, amore literarum, & conſtanter ad matrem & ſororem diſſimulavit. Quamvis à parente, convenientius nobili juridicum quam Theologicum ſtudium exiſtimante, juris ſtudio deſtinatus fuerit, ad nobilius tamen longè ac dignius ſacrarum literarum ſtudium (poſtquam per biennium iſti operatus fuerat) maturè ſe applicuit, ex eodum omnium maximam ſe adepturum gloriam, ratus. Nec fruſtra ilud, quandoquidem nemo unus ferè inter Doctores Reformatos majorem, quam ipſe celebritatem fuit conſecutus. Rectè omninò Andreas Rivetus, & ipſe acerrimus Criticus (d) celeberrimusque Theologus (e) de noſtro judicat: *Ego certè ita ſentio, neminem inter Theologos (Re-*

(Reformatos) repertum fuiſſe, qui minus jurarit in verba cujusdam Magiſtri, qui aliorum ſententias æquius expenderit, & qui veritatis diligentior fuerit indagator. (f) Nec minus verè Juſtus Lipſius: *Ille vir magnus,* ait, *quem jure laudas; Junium intelligo: cui tu, mi Grutere, adhære & recondita multa hauri ex arcano illo uberique penu.* (g) Gerhardus Joh. Voſſius, Virum & genere nobili & eruditione clariorem & pietate modeſtiâque longe maximum appellat. (h) Idem vir incomparabilis alio loco (i): *Quem* (inquit) *Theologum Romanæ, quem Reformatæ Eccleſiæ dabunt, in quo vaſta adeò tum Linguarum, tum Philoſophiæ, Hiſtoriæ externæ, Philologiæque cognitio fuerit? Quam ille ſedulò Scholaſticos, Thomam cumprimis, quantâ induſtriâ antiquos Theologos legebat? Cujus ego rei non tantum ex ſcriptis indicium capio, ſed etiam illis, quæ ad Theologos veteres ſuâ manu adſcripſit.* Nec minus hæc pertinere huc videntur (k): *Junius autem Theologorum, qui iisdem quidem caſtris in hoc religionis per orbem diſſidio militarent, nullò inferior habebatur. - - Cogitemus denique, haud alterum fortaſſe ad ſacra ſtudia tractanda attuliſſe plura majoribus tum adjumenta tum ornamenta, quam à Junio factum fuit. - - - - Sed*

quid

quid his inſiſto? Sanè ingenium viri & diffuſiſſimam eruditionem multi facilius carpent quam æmulabantur. Martino Schoockio ſummus & vere incomparabilis Theologus audit (l), Joh.Henr. Alſtedio ſubtiliſſimus Doctor (m), Gisberto Voëtio maximus ſuæ ætatis Theologus, nulli pietate ſecundus (n); qui & ſequentia de eo conſignavit: En tibi vocatione Theologos, pietate & Zelo eximios, omni invidiâ & exceptione majores, Petrum Martyrem, Joh. Raynoldum, Franciſcum Junium. Quos tres imprimis mirari, & mihi atque aliis ad imitationem commendare ſoleo, quod, cum omnes Theologi noſtri in una aliqua aut in pluribus eruditionis partibus viri fuerint, & tales ſe oſtenderint, hi ingenio & indefeſsô ſtudio omnem complexi & cum Theologia tradidiſſe dici poſſint. (o) Janus Grüterus, Vir omni de literarum genere ſupra captum ſeculi, virtutibus infeſti, meritus (p), Junium vocat ſapientiſſimum Virum, Theologiæ Profeſſorem ſummum, (q) Thomas Crenius de Philologia quam optime meritum (r) Adolphus Clarmundus Theologum celeberrimum. (s) Non poterant hæc ſummorum Virorum elogia movere Jacobum Gretſerum, e Soc. Jeſu, ſcurili & ſcenicâ dicacitate nemini ſecundum, (t) ut

ut rectius de Junio noſtro ſentiret ſcriberetque. Sequentem enim in modum eum diffamare ſub nomine Adami Sartorii, Typographi, aggreſſus eſt (u): *Editus non ita pridem eſt Georgius Codimus Curopalata de officiis palatii Conſtantinopolitani, quem interpretandum & , ut ipſi videbatur, illuſtrandum ſuſcepit Franciſcus Junius. Sed quam vellem ego & pariter mecum docti, ut doctiori alicui hoc munus obveniſſet. Verè enim patet, quam hic Calviniſta, alia omnia audax & impudens, etiam hic ſui ſimilis fuerit, qui vel in uno elegantiſſimo libello edendo opinionem ſuam variæ eruditionis, quâ turgere videri vult, ventum fecit. Ita bonus Curopalata malè ab imperito Calviniſta habitus eſt. Ex quibus erroribus aliquos eruditus quidam raptim notatos & in varias Lectiones è Mſc. codicibus conjectos mihi tradidit, ego juri publico; donec fortè plenior editio Curopalatæ apparetur.* Hactenus larvatus Sartorius. Abſterſit verò hanc calumniam malevolè & iniquè ſocero ſuo impactam ſummus Vir, G. J. Voſſius. (x) Priusquam de Scriptis Junii pauca quædam addam, de ejus in Atheiſmum prolapſu tribus agendum eſt. Accidit ſcil., ut, cum legeret aliquando Ciceronis de legibus libros, homo quispiam ad ipſum accedens, de

Providentia DEI, verba faceret, atque illa Epicuri: nihil curare DEum nec ſui nec alieni, multis confirmaret. Quod veneum ità fuit in eodem corroboratum, argutiis dictorum ab homine prolatorum, ut animus ejus in malo hærens prorſus occalluerit. Poſtquam verò amplius annum in deliciis iſtis pernicioſiſſimis hæſerat, ex immani iſto perditionis barathro mirificè eum DEus eripuit. Loquatur ipſe Junius (y): *Novum* (inquiens) *Teſtamentum divinitus oblatum aperio, aliud agenti exhibet ſe mihi adſpectu primô auguſtiſſimum illud caput Johannis Evangeliſtæ & Apoſtoli: in principio erat Verbum, lego partem capitis & ita commoveor legens, ut repente divinitatem argumenti & ſcripti majeſtatem autoritatemque ſenſerim longô intervallo omnibus eloquentiæ humanæ fluminibus præeuntem. Horrebat corpus, ſtupebat animus: & totum illum diem ſic afficiebar, ut, qui eſſem, ipſe mihi incertus viderer eſſe. Recordatus es mei Domine DEus mi, pro immenſa miſericordia tua ovemque perditam in gregem tuum recepiſti!* (z) Opera Theologica poſt ejus fata duobus in folio Tomis excuſa ſunt anno MDCVIII., maximam partem unà cum aliis ejusdem recenſita abs Melch. Adamo (aa) & Paulo Frehero. (bb) Eminent inter

ter illa Animadverſiones in Bellarminum: In Danielem & Jonam Commentarii: Analyſis methodica in Apocalypſin: Προκατάβλημα ad Veteris Teſtamenti interpretationem & Orationes de V. T.: Sacrorum Parallelorum libri III., h. e. Comparatio locorum Scripturæ S., qui ex V. T in Novo adducuntur; quod opus non contemnendum judicat Jo. Andr. Quenſtedius. (cc) Primô locô collocanda erat Veteris Teſtamenti ex Ebræo fonte in Latinum idioma translatio, quam eidem unà cum Immanuele Tremellio acceptam ferimus. De qua Andr. Rivetus: *Inter alios autem, qui egregiam ei rei* (translationi Bibliorum in ling. Latinam) *navarunt operam, & de Eccleſia Chriſtiana benè meriti ſunt, Immanuel Tremellius, origine Judæus, profeſſione Chriſtianus, & Franciſcus Junius, Biturix, vir doctiſſimus & diligentiſſimus, conjunctis operis, donis ad id neceſſariis inſtructiſſimi, obſervatâ linguæ ſanctæ proprietate & idiotiſmis ſedulò expenſis, eam verſionem V. Teſtamenti concinnuarunt, quæ ſe doctis jam diu probavit, maximè ſermonis puritate & proprietate linguæ Latinæ accommodata, quantum fieri potuit, ad rerum majeſtatem, quod idem à venerabili Beza in Novi Teſtamenti Verſione obſervatum fuit.* (dd) Henr.

Altingius: Sunt, inquit, aliæ etiam verſiones Seb. Münſteri, Seb. Caſtalionis, Emanuelis Tremellii & Franciſci Junii, itemque noviſſima Joh. Piſcatoris, quæ nondum prodiit tota. *Ex quibus omnibus palma debetur proprietatis Pagnino, elegantiæ Tremellio & Junio, & perſpicuitatis Piſcatori.* (ee) Jo. Henr. Hottingeri de eadem verſione ſequens lego judicium (ff): Tremellii & Junii diverſæ ſunt editiones, ſed & diverſiſſima de ea judicia. Nimiam in ea multi reprehendunt libertatem. Inſtitutâ tamen collatione obſervavi, non malè virum aliquando magnum monuiſſe, pleraque ejus ſupplementa ex Rabbinorum Grammaticorum petita Commentariis, ut nihil facilè in expoſitione Grammatica de ſuo addiderint. Exempla magnô numero præſto ſunt. Plus, meô judiciô, admirationis labor ille meretur, quam invidiæ. B. D. Mich. Walthern̄s hæc inter alia protulit (gg): *Laudanda interim eſt utriusque verſionis hujus Autoris non ſolum induſtria, quâ præter ſtyli puritatem, quæ profectò, ubi perſpicuitati non nocet, negligenda non eſt, obſervarunt exactè ordinem methodumque ſacrorum Auctorum, adbibito diligenti proſodiæ Ebraicæ, ab*

aliis

aliis ferè Interpretibus neglecta examine, præſertim ubi de interpunctionibus agitur, ad ſenſus intelligentiam non parum neceſſariis, ſed & modeſtia. Conradus Graſerus, Francus, Hebr. Ling. & Hiſtor. Prof. & Eccleſiaſtes olim Thorunenſis, Theologus ſanctiſſimus Sixtino ab Amama vocatus, (hh) poſt plura: Aliàs (inquit) de Junio apertè profiteor, varios illius labores variâ & multijugâ eruditione refertos, inprimis vero laborioſiſſimam illam Bibliorum verſionem latinam magno mihi hactenus uſui fuiſſe & adhuc eſſe. (ii) De Scholiis ejus Matthæus Polus, Londinenſis, hæcce commemorat (kk): *Franciſci Junii Scholia brevia quidem ſed eruditione multifariâ & ſummô judiciô limata, cujus vel pauca verba ingentia æquant aliorum volumina. Junii labores non ſpernendos dixit Hugo Grotius. Rectè ſanè, & addere potuiſſet, & addent, quotquot Junii labores æquis oculis uſurpaverint, plurimi æſtimandos & in primis Interpretum ſubſelliis collocandos.* (ll)

(a) Inter Homonymos Junii noſtri primo collocandus locô eſt ejusdem filius, *Franciſcus Junius*, Philologus celeberrimus, cujus de vita ſcriptisque expoſuit Adolphus Clarmundus, in Vitis Clariſſimorum in re literaria

Virorum, P. V. p. 35. ſeqq. Qui de ſtudiorum, quem ſectatus fuit, ordine ſequentia commemorat: Des Morgens umb 4. Uhr machte er ſich aus dem Bette / ſo wol zu Winters als Sommers Zeit/ ſtund hernach an ſeinem Studier-Pulte biß 1. Uhr nach Mittage. Auf den Pulten lagen die 5. Lexica, ſo er machte / ſampt den Commentariis über die alten teutſchen Scribenten: darinn trug er alles remarquable aus dem Codice, den er in Händen hatte. Umb 1. Uhr ſpeiſete er/ macht hernach ein exercitium corporis, entweder auf dem Hofe geſchwinde herumbgehend oder ſpringend / oder wenn es kalt und garſtig Wetter war/ alle Treppen hinauff ſteigend. Um 3. Uhr gieng er wieder in die Studierſtube/ und ſtudierte an einem Stücke hin biß 8. Uhr des Abends/ da ſpeiſete er nochmals/ wie er dann ſo wol Mittags als Abends ein gut particul eſſen kunte/ und dann wanderte er zu Bette. Wer nun dieſe ſtetige Arbeit betrachtet/ wird ſich nicht wundern/ daß Junius ſo groſſe Volumina von bißher unbekandten Obſervationen hinterlaſſen/ ob er gleich keinen Vorgänger gehabt. Inter Scripta ejus eminent de Pictura Veterum libri tres, quorum excerpta videri poſſunt apud Wilh. Ern. Tentzelium in Colloq. Menſtr. de anno MDCXCV. p. 843. ſeqq. ubi & de reliquis ejusdem agit. Eum ſequitur Nepos Franciſci noſtri, & Jo.

Caſi-

Caſimiri filius, *Franciſcus Junius*, J. U. D. Prof. Gröningenſis ac Senator. Qui officiis iſtis laudabiliter admodum defunctus eſt. Vid. Freherus in Theatro Virorum eruditione clarorum, P. II. p. 1154. Quibus addendus tertius eſt idem prænomen gerens, Paſtor Sylvæducenſis, Sim. Epiſcopii pro Confeſſione Remonſtrantium Apologiam refutare aggreſſus. Vid. Jo. Möllerus in Homonymoſcop. Sect. I. c. IV. §. VIII. p. 100. *Hadrianus Junius*, Hornanus, Medicus & Philologus inſignis, juxta Königium in Bibl. V. & N. p. 440. b. *qui horrendâ lectione ſuâ*, (ita Boxhornius in Theadro Holland.) *eruditione, & tot elegantiſſimis ſcriptis, quibus Latinas. Græcasque literas illuſtravit meritus eſt Hollandiæ & literarum poſt Eraſmum* (à quo & primum eidem inter ſeptem in Batavis eruditos locum concedit Crenius Tom. III. Animadv. c. I. §. VII. p. 19.) *Phœnix appellari.* Virum eruditiſſimum variæque lectionis vocat Füllerus Miſcell. lib. IV. c. V., Lipſius Antiq. lect. lib. II. 2. 13. multarum literarum virum, item Epiſt. Quæſt. lib. I. Epiſt. V. doctiſſimum Belgarum. Plura vid. apud Thomam Pope Blount in Cenſura celebr. Autorum, p. 653. ſeq. & Quenſtedium in Patriis illuſtrium Virorum, p. 123. Ejus Animadverſionum libri VI. & Commentarius de Coma meruerunt, quos Lampadi Crit. (cui olarum aliquando ſuffuſurus eſt

Thomas Crenius, ceu fidem fecit Animadverſ. Philol. Hiſtor. T. I. c. I. p 6.) Tom. IV. inferret Janus Grüterus. Nomenclatorem ejus quod concernit, Antverpiæ MDLXXVII. in 8vo editum, tantâ is cura adornatus eſt, ut non ignominiæ ſibi duxerit Autor, quandoque in media opificum viliorum turba in cauponis ſedere utàque compotare, quò accuratius vel inter pocula inſtrumentorum proprias appellationes in lingua vernacula ediſceret, teſtê Colomeſio in particularibus relationibus, quæ inter ejus opuſcula habentur, p. 131. ſeq., qui & addit, Jo. Sambucum propterea alieniorem à Junio factum, cum cauſam ſordidæ ſocietatis ignoraret. vid. Morhofius in Polyhiſt. lit. Lib. IV. c. IX. §. VI. p. 108. add. Crenius Methodorum Tom. II. Num. VI. p. 233. ubi de ejus perfectione diſſerit. De cæteris conf. Franc. Sweertius in Athen. Belg. pag. 98., Ghilinus Theatr. literat. Vol. II. p. 4. Erasmus Vindingius in Rect. Hafn. pag. 122. & Caſp. Barthius ad Lib. VI. Theb. Papini pag. 1142. *Iſaacus Junius* Antapologiam ſive Animadverſiones in XVI. priora capita Apologiæ Remonſtrantium reliquid, impreſſas poſt ejus obitum MDCXL. in 4to. *Melchior Junius* (non confundendus cum quoad prænomen etiam cognomine, Juridici Ordinis in Academia Argentinenſi Anteceſſore celeberrimo, vid. Jo. Mölleri Homonymóſcop. Sect.

Sect. I. c. IV. §. XII. p. 95.) Acad. Argentorat. Orator celeberrimus, de cujus vita privata & difficili vitæ exitu pluribus egit Excell. Dn. Carolus Arndius noſter in Bibliothec. Politico-Herald. Select., Claſſ. II. Gen. Claſſ. III. Spec. §. IV. p 199. 200. Add. quoad prius Caſp. Henr. Starckius de Doctorum vita privata, c. II. §. XXVIII. p. 81. Orationes illius, maximam partem à diſcipulis conſcriptas, non ob nitorem ſtyli, ſed ob materias fortè legi poſſe cenſet Morhofius Polyhiſt. lit. Lib. VI. c. III. §. V. p. 280. Qui & ſequentem in modum de Scholis ejus Rhetor. judicat Lib. III. c. IX. §. XL. p. 668: Subjicere etiam poſſumus Collectanea argumentorum & enthymematum, quæ in ſingulis Epiſtolis tum Ciceronis tum aliorum adhibentur, ita tamen, ut per indicem tantum excerpamus. Qua in re viam præivit Melch. Junius in Scholis Rhetoricis de conficiendis Epiſtolis, qui liber magni ad epiſtolas contexendas uſus eſt. *Patricius Junius*, Jacobi Magnæ Britanniæ Regis Bibliothecarius, qui librum Jobi ex antiquiſſimo codice edidit. vid. Andr. Rivetus Opp. Tom. II. pag. 904. G. M. Königius in Bibl. p. 440. b.

(b) in Biblioth. Vet. & Nov. p. 440. b.

(c) in Vitis Theologorum extraneorum, p. 97. a.

(d) judice Dn. D. Fechtio Coll. ad Rechenbergii Summarium Hiſt. Eccleſ. Sect. IV. §. X.

(e) juxta Thom. Crenium, Animadv. Philol. Hiſtor. Tom. I. c. II. §. VIII. p. 27.

(f) in Apologetico pro vera pace Eccleſ. §. CXXXV. p. 266. Conf. Crenius Tom. III. c. V. §. 11. p. 186., §. IV. p 195. ſeqq.

(g) Epiſt. Cent. II. Miſcell. Epiſt. XCI. ad Regnerum Grüterum, apud Thomam Pope Blount in Cenſura celebr. Aut. p. 853.

(h) in Præfatione librorum de Hiſtoricis Latinis.

(i) Epiſt. XXIV. p. 82., apud Crenium Animadv. Tom. XII. c. I. §. I. p. 15.

(k) cit. præf. ad Hiſt. lat.

(l) Exercitat. XIX. p. 491. 495.

(m) Syſtematis Mnemonici lib. I. c. XIII. p. 135.

(n) in Therſite Sect. & cap. ult. p. 331.

(o) l. c. p. 310.

(p) judicio Rütgerſii, apud Crenium Tom. IV. c. IV. §. I. p. 142.

(q) in quadam ad Noſtrum Epiſtola, quam exhibet Crenius loc. cit. c. IV. §. II. p. 146.

(r) Tom. V. Animadverſ. c. I. §. X. p. 56.

(s) in Vitis Clariſſimorum in re literaria Virorum, Part. V. p. 32.

(t) quod elogium eſt Crenii Tom. II. Animad. c. IV. §. VII. p. 163.

(u) in Epiſtola Dedicatoria, M. Antonii Mureti Commentariis in Ariſtotelis X. libros Ethicorum, Ingolſtadii anno MDCII. in lucem emiſſis, præmiſſa.

(x) de

(x) de Hiſtor. Græcis, Lib. III. p. 368. Conf. Crenius T. III. c. IV. p. 164. ſeqq.

(y) in Deſcriptione Vitæ ſuæ, apud Adamum loc. cit.

(z) Prolixius ea de re egit B. Theoph. Spizelius in Felice literato, ſive de Vitiis Literatorum Commentationibus Hiſtorico-Theoſophicis, ed. Auguſtæ Vindel. MDCLXXVI. in 8vo, Commentat. I. §. X. p. 133. ſeqq. add. M. Jo. Tob. Gleichii Diſſert. de ſingularibus quorundam Theologorum fatis, cap. III. §. XVIII.

(aa) loc. cit.

(bb) in Theadro Viror. erud. clar. p. 322. ſeq.

(cc) in Dial. de Patriis illuſtrium Virorum, pag. 41.

(dd) Præfat. ad Lect. anno MDCLI. Bibliis latinis Junii, Tremellii & Bezæ præmiſſa.

(ee) in Theologia problematica nova, Loco II. Problem. XXVII. pag. 137. apud Crenium Tom. V. c. I. §. X. p. 56.

(ff) Bibliothecarii Parte II. Lib. I. c. IV. §. ult. pag. 167.

(gg) in Officina bibl. Repoſitor. I. Thec. IV. §. CCCCXLIII. p. 364.

(hh) in Antibarbari bibl. Præfat., p. 65., qui numerus manu meâ adſcriptus eſt.

(ii) Hiſtoriæ Antichriſti illius magni, X. Exercitationibus explicatæ, Exercit. I. p. 30.

(kk) Synopſ. Criticorum Præf. Vol. I. præmiſſa.

(ll) Conf.

(ll) Conf. Thom. Pope Blount in Cenſura Autor. p. 853. ſeqq.

§. XIV.

Prodeat nunc JOHANNES LASCUS vel à LASCO, illuſtrem in Polonia nactus ortum, unde in ſcriptis ſuis Poloniæ Baronem ſemet nominare conſuevit. (a) Eum ob reformatam, cui addictus fuerat, religionem è patria exulem per aliquot annos Paſtorem fovit civitas Friſiæ Orientalis Embdana, ad Eccleſiarum verò reformationem Anna, Comes Oldenburgica, adhibuit. In Angliam dein ab Eduardo Rege hortatu ſuaſuque Thomæ Crammeri, Archiepiſcopi & Primatis Angliæ (de quo ſupra) evocatus, peregrinarum Eccleſiarum, in Londinenſi regia congregatarum, Superintendens conſtitutus, ſed rerum potitâ Mariâ, in Pontificias partes quaſi inſaniente (b), inde expulſus, poſt varias paſſim ſuſceptas peregrinationes Francofurti ad Mœnum (c) anno ſupra milleſimum quingenteſimum ſexageſimo ad plures abiit. De eo ſequens fert judicium Adamus (d): *Fuit vir verè nobilis genere, virtute & pietate, & propter ingenii dexteritatem Regi quoque Poloniæ charus, qui in arduis negotiis ejus operâ non ſemel uſus. Tigurinæ Eccleſiæ doctrinam*

ctrinam de Sacramentis conſtanter retinuit, & varia tentavit, ut diſſidium Eucharisticum componeretur ac tolleretur. Qua de re etiam conferatur Ludovici Lavateri Hiſtoria de ortu & progreſſu controverſiæ ſacramentariæ. Non potuit tamen à partium ſtudio ſibi temperare Adamus, dum calumniarum arguit Noſtrates Theologos, Laſci antagoniſtas, D. Joh. Bugenhagium Pomeranum, (à quo erronis titulo inſignitus fuerat Laſcus) Timannum & Joachimum Weſtphalum; de poſtremo, γνησίῳ illo Lutheri diſcipulo, Paſtore ac Superint. Hamburgenſi (e) ſcribens: Weſtphalus ſanè eô intemperantiæ progreſſus eſt, ut in libro contra Laſcum, Reip. Francofurtenſis Senatui dicato, quo hortatur eum vehementer, ne Zvvinglianos foveat, ſcribere non dubitavit, &c. (f) Joh. Andr. Quenſtedius: *Johannes à Laſco*, inquit, *Calviniſticæ ſectæ anteſignanus, qui multos ſimplices homines blandiloquentia ſuâ in errorem Calviniſticum induxit. Idem ex Anglia in Daniam advexit ſuæ ſectæ homines anno 1553. ſed qui à Rege Chriſtiano eodem anno regno excedere juſſi ſunt.* (e) De cætero laxiorum ex numero Theologorum fuiſſe videtur Laſcus, infenſus quippe & inimicus formulis omnibus & Symbolis, ad quæ adſtringi Chriſtiani, quibusve

buſve ceu teſſeris tum à ſeſe tum ab aliis extra Chriſtianam conſtitutis Eccleſiam diſtingui ac ſecerni debent. Elucet ipſum illud ex propriis ejus verbis à Godofredo Arnoldo (h), & ipſo omnibus Symbolis infenſiſſimo, adductis. Scripſit Librum contra Menonem, Anabaptiſtarum principem, de quo vid. Jo. Henr. Hottingerus (i): De recta Eccleſiarum inſtituendarum ratione Epiſtolas tres: De Cœna Domini librum, in quo & fons ipſe & ratio totius ſacramentariæ controverſiæ paucis exponitur: Purgationem Miniſtrorum in Eccleſiis Peregrinis Francofurti, quâ demonſtrare anniſus eſt, Reformatorum doctrinam de Chriſti Domini in cœna ſua non pugnare cum Auguſtana Confesſione, (quod & aſſerunt hodierni Irenici; quibus oppoſuiſſe ſufficiat Diſſ. Theol. Magnif. Dn. D. Gottlieb Wernsdorffii, Profeſſoris Theologi in Academia Vitembergenſi Celeberrimi, quâ demonſtravit, Diſſenſum inter ſocios A. C. & Reformatos in Artic. de Cœna fundamentalem eſſe (k), & Vindicias illius Diſſertationis, binis Diſpp. comprehenſas & (l) D. Sam. Strimeſio, Theologo Reform. Francofurtano oppoſitas) & Formam Eccleſiaſtici Miniſterii in peregrinorum Eccleſia Londini inſtituta. Cujus libri Excerpta

ha-

habentur apud Autores des Alten und Neuen aus dem Schatz Theologiſcher Wiſſenſchafften (m), ſequentem in modum de eo ſententiam ſuam pronunciantes: Es ſcheinet zwar dieſes Buch Anfangs von geringer Wichtigkeit / doch wird man nach genauer Uberlegung befinden / daß er ſich der Mühe wol verlohne / es durchzuleſen (n) Et poſt multa (o): Es iſt nicht zu läugnen / daß in dieſem Buche viel lobwürdige Dinge anzutreffen ſind / ſonderlich was den dritten Theil deſſelben (in qua agit de correctione fraterna) anlanget / jedoch ſind nebſt dem Sauerteig der Reformirten / ſo darinnen überall zu mercken iſt / auch andere Dinge / die wir bey Chriſtlicher Uberlegung nicht billigen können / zu befinden: zum Exempel / daß der Autor p. 85. meynet / die Faſt-Tage müſten ſämptlich abgeſchaffet werden / daß er p. 141. ff. lehret / es ſey nothwendig / daß das Heil. Abendmahl ſitzend gehalten werde / & quæ ſunt ejus farinæ plura, Conf. de Laſco pluribus Jab. Aug. Thuanus (p) Jo. Sleidanus (q) D. Lucas Oſiander (r) aliique.

(a) vid. Theſaurus Veterum & Novorum, de anno MDCCI. p. 111.

(b) vid. Melch. Adamus in Vitis Theologorum extraneorum, num. I, de vita Thomæ Crammeri.

(c) Kö-

(c) Kônigius in Bibl. p.459. a. Anglia ejectum variâque fortunâ jactatum, in Poloniam conceſſiſſe ibidemque extinctum aſſerit. Ad cujus ſententiam accedere videtur Joh. Micrælius in Hiſt. Eccleſ. Lib. III. Sect. II. pag. 719., affirmans, Laſcum poſt multas peregrinationes in Polonia ſubſediſſe & ad mentem Helvetiorum Evangelium ibi expoſuiſſe.

(d) in Vitis Theologorum extraneorum, pag. 12. a.

(e) de quo videri plura notatu digna poterunt apud Præclariſſimos Viros, Dn. D. Dav. Schultetum, Hamburgenſem, in Innocentia Theologorum Hamburgenſium, contra God. Arnoldum aſſerta, edit. Hamb. MDCCVI. in 4., Sect. II. à p. 6-54. & Dn. M. Joach. Mantzelium, Roſtochienſem, in de Doctis Weſtphalum, Paſtorem Suerinenſem, anno MDCCV. in 4to Gryphiswaldiæ edito, num. VII.

(f) loc. cit.

(g) in Dialogo de Patriis illuſtrium Virorum, p. 253. 254.

(h) Hiſt. Eccl. & Hæret. Part. IV. num. V. p. 10. ex præfatione libri Laſciani de Sacramentis.

(i) in Bibliothecar. p. 381.

(k) hab. Vitemb. anno MDCCV. Reſp. Phil. Dav. Ilgio.

(l) quarum unam pro Licentia defendit M. Gottlob Timæus, Eccleſiæ Gommeranæ

Paſtor

Paſtor & vicinarum in Burggraviatu Magdeb. Superint., anno MDCCVI., alteram M. Andreas Hoere/ eod. ann.

(m) de anno MDCCI. menſ. April. p. 111. ſeqq.

(n) loc. cit.

(o) p. 116.

(p) in Hiſtoria.

(q) in Commentariis.

(r) Epit. Hiſtor. Eccleſ. Centur. XVI. lib. III. c. XV. & XL. add. Königius l. c.

§. XV.

Commemorandus quoque venit JACOBVS MONTACVTIVS, Eques auratus Anglicanus, aliis Jacobus, Montagu dictus, ex Montacutorum, qui Comites Sarisburienſes per aliquot ſecula floruerunt, familia ortus: Theol. Doctor, Collegii Sydnæani Cantabrigienſis Præſes, inde Sacellanus regius, mox Wigorniæ Decanus, tum Ordinis à periſcelide cognominati Antiſtes, Epiſcopus Bathonienſis & Wellenſis, poſtremò Wintonienſis, anno ſuperioris ſeculi octavo & decimo, ætatis vero ſuæ undequinquageſimo denatus. De eo vel hoc notabile eſt, quod viginti millia coronatorum in ſacrorum uſum liberaliſſimè erogaverit. Conf. pluribus de eo agentes Anonymus (a), Franciſcus Goodvvinus (b) & Paulus Freherus (c), quamvis ſua hic illis accepta referat. Opera

U Jaco-

Jacobi, Magnæ Brittanniæ Regis (de quo ſupra Sect. I. Gen. cap. II. §. V. actum) edidiſſe fertur, vid. Henningus Wittenius. (d) An & quânam attingant Jacobum huncce propinquitate NICOLAUS & RICHARDVS MONTACVTII, me hactenus latet. Claruit Nicolaus circa annum Chriſti MCDXL. ſub Henrico VI. Anglorum: Rege ſcripſitque Opus de Regibus Anglorum: Scalam temporum à nato Chriſto, & alia. Vid. Quenſtedius (e) Richardus verò, pariter Anglus, Epiſcopus Norvvicenſis, longô poſt Nicolaum claruit tempore, anno demum ſuperioris ſeculi primo poſt quadrageſimum defunctus. Quem Virum doctiſſimum appellat Slüterus (f) Anglorum doctiſſimum Spizelius (g) Præter Tractatum de Originibus Eccleſiaſticis (h) aliaque ſcripta, in publicum emiſit pro Iſaaci Caſauboni Exercitationibus adverſus Diatribas Julii Cæſaris Bulengeri, (Julioduno Galli, Theol. D. & Prof. Cadurci, anno MDCXXVIII. ibidem denati (i) in quem adeò detonat Montacutius, ut (k) eum appellet hominem nullius pretii, rei, momenti, terræ filium, neſcio quem ex Jeſuitis murcum, murcidum, cucullatum aſinum, ſemidoctum literatorem, Theologaſtrum ſtultum) Anti-Diatribas ſuas anno

MDCXXV.

MDCXXV. De quibus ſequentem in modum judicat Adamus Tribbechovius (Lubecenſis, S. S. Theol. D. Hiſt. Prof. Kilonienſis, dein Erneſti Pii, Ducis Saxo-Gothani Conſil. Eccleſ. & Superindentens Gen., denatus MDCLXXXVII. (l)) *Præter Capellum Richardus Montacutius, Presbyter primum, dein Epiſcopus in Anglia, majori cum apparatu, nec ſine faſtu,* (m) *contra Bulengerum præcipuè in arenam deſcendit: qui majori in pretio apud omnes fuiſſet, niſi doctrinæ laudes impotentis ac parum conſtantis animi fervore decoxiſſet. Omnium ſiquidem hypercriticus, nemini ferme ſe probavit, jam perſtringens, jam quoque defendens Caſaubonum, & Baronium pari modò nunc in aſtra laudibus evehens, nunc projectâ viliorem algâ exigens atque conculcans. Unde & bilem ſuis movit, poſtquam Papiſmi ſuſpicionem antea, nec popularium tantum odia, ſed & calamos Riveti, Blondelli & Molinæi in ſe concitavit.* (n) Notatur idem Montacutius à doctiſſimo Viro, Dan. Franco, quod Pſeudo-Clementi pararit defenſionem. (o) Poſtquam enim aſſeruerat: Licet delicatuli, neſcio, qui de falſo Clementem poſtulent & tanquam falſarium στιγματίζουσι; nos tamen patrocinium illius contra quosvis ſuſcipere σὺν Θεῷ εἰπεῖν & audere nos

palam profitemur ; Subjicit Francus : *Sed videat Montacutius, quos ſit habiturus ſuffragatores. Solidiſſimè & cum pulviſculo excuſſit omnia Dallaus in Pſeude pigraph. Apoſtol.* (p) Quædam de eodem Montacutio dabit Caſp. Sagittarius (q)

(a) in Heroologia Anglicana.

(b) Commentario de Præſulibus Angliæ.

(c) in Theatro Virorum erud. clarorum, pag. 397.

(d) Diar. Bigr. Tom. II. ann. MDCXVIII. pag. 23.

(e) Dial. de Patriis Virorum illuſtr. p. 98.

(f) in Probylæo Hiſtoriæ Chriſtianæ, Sect. I. pag. 25.

(g) in Felice literato, Commentat. II. quæ eſt de Literatorum faſtu ſive ſuperbia, §. V. p. 228.

(h) Londini in fol. editus, vid. König. in Biblioth. p. 549. b.

(i) recenſum vitæ brevem habes apud Caſp. Sagittarium Introd. in Hiſt. Eccl. c. XII. §. XVIII. p. 116. ſeq.

(k) Libro de Vita Chriſti, p. 243.

(l) Hiſtoricum & Theologum excellentem & Antiquitatum imprimis Eccleſiaſticarum peritiſſimum eum adpellat CL. Vir, Joh. Möllerus Iſagoges in Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbr. P. IV. c. I. §. IV. p. 370.

(m) Conf.

(m) Conf. & Spizel. l. c. p. 228. 229.

(n) in Prolegom. Exercitationum ad Baronii Annales, p. 2.

(o) in Exerc. Eccleſ. Annal., Exerc. XI. S. IV. p. 387.

(p) de Indicibus librorum prohibitorum Diſquiſitione Acad. eruditiſſima, p. 219.

(q) Introd. in H. E. pag. 755. 855. 1105. & alibi.

§. XVI.

Non obliviſcemur SAMVELIS PETITI (a), antiquâ & nobili familia, inter Gallos jam olim celebratiſſima, ſed ob lanienam orbi notiſſimam inde ad Helvetios profugâ, oriundi, in Academia Nemauſenſi Sacræ Theol., Hebrææ & Græcæ Lingg. Profeſſoris & Concionatoris. Is tantâ aſſiduitate & induſtriâ ſtudiis fertur invigilaſſe, ut alternis noctibus pernox & inſomnis evigilaret, ſequenti die officii munia æque præſtaret hilariter, ac ſi totam noctem ſomno traduxiſſet ſepultus. Quô labore indefeſſo ſummam linguarum Orientalibum peritiam ſibi comparavit, habitus in illis à quibuslibet ad ſtuporem usque verſatiſſimus. Quoad Hebræum quidem illud ex alloquio quodam ad Judæum pateſcit. Cum enim aliquando Judæorum Synagogam, quæ Avenione eſt,

unà cum amicis inviſendam adiret, Rabbi quiſpiam Hebræo ſermone cœpit eosdem maledictis proſcindere, ratus, uti putabat, neminem eorum intellecturum, quæ dicebat, cui tamen Petitus Hebraicè illicò reſpondens, tantum maledico terrorem incuſſit, ut tremens, adpedes hujus provolutus, ab eo ſupplex petierit veniam, quam ultrò ipſi lubentisſimôque animô conceſſit, eumque linguâ Hebræâ purâ & eleganti ratiocinatione cohortatus eſt, ut deinceps ſaperet. (b) Excellentem inter Reformatos Theologum vocat Caſp. Sagittarius (c), Virum ingenioſisſimum, Virum non ſui nominis, ſed verè inter Gallorum literatorum maximos numerandum Thom. Reineſius, Polyhiſtor maximus & incomporabilis (d), eximiæ doctrinæ virum ſuperioris ſeculi Varro, Gerh. Joh. Voſſius. (e) Claudii Salmaſii, viri ſtupendæ eruditionis, ſequens de eo eſt judicium (f) *Petitus hic nomine, doctrinâ magnus eſt; nam & ſcriptis multis inclaruit, quibus eruditiſſimum ſe linguarum Orientalium oſtendit, & in omni antiquitate Eccleſiaſtica verſatiſſimum, ne de Theologia & Philoſophia dicam, cujus eſt peritiſſimus.* Paulus Freherus de eodem: (g) *Pollebat* (inquit) *ingenii acumine, judicii gravitate & memoria feli-*

felicitate. Ad ſummum virtutibus omnibus moralibus, prudentiâ, juſtitia, fortitudine, temperantiâ, modeſtia, comitate, liberalitate, ſed potiſſimum pietate pectus ejus inſtructum erat. Doctrinam ejus omnigenam, facilem, claram, profundam omnibusque numeris abſolutam probè noverit, qui ſinceris animi oculis introſpexerit inexhauſtô labore facta ejusdem opera. (h) Prodire in publicum fecit Miſcellaneorum libros IX., in quibus varia veterum ſcriptorum loca, quæ Philologiam, Philoſophiam ac Chronologiam ſpectant, emendantur, illuſtrantur & explicantur: Eclogas Chronologicas, in quibus de variis annorum Judæorum, Samaritanorum, Græcorum, Macedonum, Syromacedonum, Romanorum aliisque veterum Chriſtianorum Paſchatis agitur, quas opus pereruditum appellat laudatus Voſſius. (i)

(a) Non confundendus eſt ille cum *Petro Petito*, cujus nota eſt controverſia, quæ eidem interceſſit cum Iſaaco Voſſio de ignis accidentalitate, quam aſſerebat Voſſius, Petitus verò negabat. Argumenta utrinque ſubtiliſſima (judice Morhofio in Polyhiſt. Philoſ. Lib. II. P. II. cap. XVI. §. II p. 374.) adferuntur. Inter alia concinnavit Poëmata, quibus præfixit Diſſertationem de Furore Poëtico, quam elegantiſſimam vocat, & digniſſimam utique

quæ legatur, Morhoſius Polyhiſt. Lit. Lib. VII. c. I. §. XIV. p. 324.

(b) Vid. Freherus in Theatro Virorum erud. claror. p. 511. a.

(c) Introduct. in Hiſt. Eccleſ. cap. XII. §. LIX. pag. 224.

(d) lib. I. Variar. lectionum cap. XXV.

(e) de Mathemat. Scient. p. 238.

(f) Epiſtola ad Guil. Stackmannum anno MDCXXXV. ſcripta.

(g) in Theatro loc. cit.

(h) Plura dabit Colomeſius in Gallia Orientali, & Thomas Pope Blount in Cenſura celebr. Aut. p. 1023. ſeq.

(i) loc. all.

§. XVII.

Huic ſubjungendus eſt JOHANNES PHILPOTUS, in ditione Angliæ Hamptonenſi ex equeſtri familia in lucem editus, S. Theol Doctor & Winceſtriæ Archidiaconus, qui poſt biennalem captivitatem Londini vivus combuſtus eſt eôdem, quô Thomas Crammerus, Archiepiſcopus & Primas Angliæ, annô, ſcil. ſeculi ſexti decimi quinquageſimo ſexto. Vid. D. Paulus Crocius (a), Johannes Balæus (b), &, qui ſua illis fert accepta Paulus Freherus. (c)

(a) in Martyrologio magno.

(b) libro

(b) libro de Viris illuſtribus in Anglia & Scotia.

(c) in Theatro Virorum erud. clarorum, p. 167. b.

§. XIIX.

Eandem cum Philpoto fortunam expertus eſt NICOLAVS RIDLEJVS, nobili pariter in Anglia, & ſpeciatim quidem in Epiſcopatu Dunelmenſi, locô natus, Theol. Baccalaureus, regnante Eduardo VI. Epiſcopus primò Roffenſis, dein Londinenſis. Poſt obitum enim Regis in carcerem obſcurum conjectus à Stephano Gardinero, Epiſcopo Winceſtrienſi, ex eoque unà cum Thoma Crammero, Hugone Latimero, Epiſcopo Wigornienſi Oxonium deductus, ad mortem ibidem damnatus, cum Latimero eâdem die anno ſupra milleſimum quingenteſimum quinto & quinquageſimo flammis exuſtus eſt, ceu ex Anonymi Heroologia Anglica & Pauli Crocii Martyrologio magno commemorat Freherus (a) Ejus ſunt inter alia Tractatus de Cœna Domini: Amica Valedictio Oxonienſi in carcere ad amicos ſcripta: Lugubris lamentatio de miſera conditione Eccleſiæ Anglicæ propter recentem Evangelii apoſtaſiam. &c.

(a) in Theatro Virorum eruditione clarorum, pag. 166. b.

§. XIV.

In conſpectum penultimô prodit locô ANTONIVS SADEEL, parentibus nobilibus Chabotis, Matiſconenſis agri caſtello, in confiniis Galliæ & Sabaudiæ ſito, in hanc mundi lucem editus, cujus clariſſimum longè genus eſt, illuſtri & antiquâ Chandæorum gente, cujus Gallicis in Hiſtoriis haud infrequens occurrit mentio, ortum. Paſtor fuit primum Pariſienſis, tum Lauſannenſis, ac demum per multos annos Genevenſis, ubicunque cœtui ſuo & Magnatibus etiam (a) clariſſimus, è vivorum ſublatus numero ſeculi decimi ſeptimi primo poſt nonageſimum anno, ætatis ſuæ ſeptimo & quinquageſimo. Vir præter Theologicam ſcientiam, quam habuerat accuratam, in variis ſtudiis verſatiſſimus. Nam & Philoſophiam haud perfunctoriè tractaverat, & Poëſin excoluerat feliciſſimè, & Antiquitatum Philologiæque ad ſtuporem fuerat peritus. De ſtudiis philoſophicis Melch. Adamus (b): *Novæ*, inquit, *& arrogantis ſectæ, quam Jeſuitarum appellant, novas & exitiabiles tricas cum videret: Ariſtotelicæ diſciplinæ præcepta avidè arripuit, ſicque artem egregiam penetravit atque ex umbris & Scholis in uſum praximque revocavit, ut eorum hominum laqueos omnes acutè*

&

& ſubtiliter excuſſerit diſſolveritque. Quare quod præcipua & obſcuriora religionis capita tam induſtriè tam utiliter Sadeel enucleavit: quod tantâ arte diſſeruit: quod cœleſtis doctrinæ nitidum jubar ab effectata ſeculi nocte vindicavit: id verò talium Sophiſtarum procacitati ac impudentiæ poſteritas ferat acceptum. De Poëmatibus ejusdem idem Adamus (c): *Delectabatur & carminibus aliquando pangendis Latinis Gallicisque; non, ut plerique Poëtarum noſtri ævi, ad luxum & licentiam; ſed quò animum magis ad divina accenderet. Pia in his vota tantum hymnique & ad ſolidam conſtantiam incitamenta & inanium docti contemptus. Atque ejus ingenii hac quoque in parte felicitatem talia quædam in lucem miſſa teſtantur.* Qui de cæteris quoque ejusdem ſtudiis plura in medium protulit. Celebrata ejus ætate eſt Synodus Aurelianenſis, cui ex ſuperiorum juſſu non interfuit ſolùm, ſed profuit. Poſt & Rupellanam, Nemauſenſem & Montalbanenſem moderatus eſt. Symbolum ejus hoc fuiſſe: Quonam pacto juvenit viam ſuam inculpatam aget? Si cuſtodiat Verbum tuum, Pſal. CXIX, 9., obſervat Crenius (d) Cæterum de vita & ſcriptis (in IV. Tomos diſtinctis) prolixè egit Jacobus Lectius, JC. in Oratione

ne peculiari ad Archiepiſcopum Cantuarienſem Johannem Whithgiftum, ex qua ſua excerpſit Adamus. (e) Libellum ejus de ſacramentali fruitione corporis & ſanguinis Chriſti ſolidiſſimè refutavit maximus Eccleſiæ noſtræ Theologus, B. D. Philippus Nicolai. (f)

(a) quod vel exinde eluceſcit, quod, cum noctu per vim è domo ſua abductus inque carcerem conjectus eſſet, Antonius Borbonius, Rex Navarræ, qui ante ſacris ipſius concionibus interfuerat, ipſe in carcerem contendens, Sadeelem, quem è ſuorum eſſe numero dicebat, inde liberatum ſecum abduxerit. Vid. Freherus in Theatro Virorum erud. clar. p. 283. b.

(b) in Vitis extraneorum Theologorum, p. 81. b.

(c) loc. cit.

(d) Animadverſionum Tom. XII. c. II. §. I. p. 134.

(e) l. c., cui addi poſſunt ea, quæ habentur apud Freherum in Theatro l. c. & Jo. Andr. Quenſtedium in de Patriis illuſtr. Virorum Dialogo, p. 55.

(f) Vid. Freherus l. c. p. 351. b.

§. XX.

Ultimum denique inter Nobiles Theologos Reformatos locum occupat PETRUS STREITHAGIUS, ex perantiqua & nobili

bili apud Aquisgranenſes familia oriundus, primum Eccleſiæ Germersheimenſis Miniſter, mox Comitis Naſſovienſis Concionator caſtrenſis, tum Eccleſiæ Embricenſis in Ducatu Clivenſi Paſtor, porrò Friderici Regis Bohemiæ Concion. Aulicus, dein Eccleſiæ Dürmſteinianæ Antiſtes & vicinarum Inſpector, poſt Eccleſ. Heidelb. ad D. Petri Paſtor ac demum Electori Palatino, Carolo Ludovico à Conſiliis Eccleſiaſticis & Concionibus aulicis primariis, appoplexiâ exſtinctus, anno ſuperioris ſeculi quarto & quinquageſimo, ætatis ſuæ ſexageſimo ſecundo. De eo ſequentia commemorat Freherus: *Concionator fuit egregius, animo hilari & in adverſis infracto, erga amicos ingenuus & erga pauperes ſummè beneficus, ab omni avaritiæ ſorde alienus. Poſt fata quoque Eccleſiæ prodeſſe cupidus, conſcripſit & hæredibus reliquit egregia quædam Volumina.* (a) Inter illa ſunt: Florus Chriſtianus, ſive Hiſtoriarum de rebus Chriſtianæ religionis libri IV. (b) Novus homo, ſive de regeneratione Tractatus. (c) &c.

(a) in Theadro Virorum eruditione clarorum, p. 575. a.

(b) vid. Sev. Walth. Slüteri Propylæum Hiſtoriæ Chriſtianæ, Sect. II, p. 64.

(c) Conf.

(c) Conf. Henningus Wittenius Diar. Biogr. Tom. I. ad ann. MDCLIV. G. M. Königius in Bibl. Vet. & Nov. p. 781. b.

CAPUT III.

DE NOBILIBUS THEOLOGIS PONTIFICIIS.

SUMMARIA.

§. I. *Ex infinitis in Romana Eccleſia Nobilibus Theologis doctiores & illuſtriores præſenti in capite ſeligendos aſſerit.* §. II. *Ex illuſtrioribus iſtis omnium primum Albertum Magnum, è Circulo Svevico nobilem ſiſtit.* §. III. *Secundo loco commemorat Terentium Alciatum, Nobilem Romanum.* §. IV. *Franciſcum Amicum, Nobilem Italum, producit.* §. V. *Thomam Aquinatem, & ipſum Italum, recenſet.* §. VI. *Rodericum de Arriaga, Hiſpanum Nobilem.* §. VII. *Guilielmum Bailium, Nobilem Gallum non ſubticet.* §. VIII. *Theologis Pontificiis Sebaſtianum Barradium, Nobilem Luſitanum, adnumerat.* §. IX. *Eò quoque refert Ludovicum Bloſium, Nobilem Hannonem.* §. X. *Non exiſtimat prætereundum Simonem Mallium Brezæum, Nobilem Gallum.* §. XI. *Octavium Cajetanum, Nobilem Siculum in lucem profert.* §. XII. *Johannem Raphaëlem Cobenzi, Italum Nobilem.* §. XIII. *Ex*

Suecis

Succis Nobilibus Conradum percenſet. §. XIV. *Ex Hiſpanis Franciſcum de Cuniga.* §. XV. *Ex Hiſpano Belgis Martinum Antonium Delrium.* §. XVI. *Memorat Franciſcum Eſcrivam, Nobilem Hiſpanum.* §. XVII. *Bartholomæum de Eſcobar & ipſum Hiſpanum Nobilem.* §. XVIII. *Inter illuſtres ex Pontificiorum cœtu Theologos, tanquam heſperum inter cæteras emicantem ſtellas, producit Claudium Eſpencæum, Nobilem Italum.* §. XIX. *Non excludit à numero eorundem Guilielmum Giffordum, Nobilem Anglum.* §. XX. *Antonii Mariæ Gratiani, Nobilis Itali, rationem habet.* §. XXI. *Ex Nobilibus Polonis prodire in conſpectum jubet Stanislaum Grodicium.* §. XXII. *Ex Guevararum inclyta in Hiſpania Gente commendat Antonios binos Seniorem & juniorem, Hieronymum & Johannem Beltranum, Guevaras.* §. XXIII. *ad Arnoldum Huvenſium, Hiſpano-Belgam Nobilem accedit.* §. XXIV. *Locum inter Nobiles Theologos Pontificios Hincmaro Rhemenſi, Gallo Nobili aſſignat.* §. XXV. *Huc pertinere aſſerit Andream Eudæmonem, Joannem, Nobilem Cretenſem.* §. XXVI. *Non ſilendum dicit Martinum Lipſium, Nobilem Bruxellenſem.* §. XXVII. *Ex Ledeſmarum in Hiſpania proſapia adlegat Johannem, Franciſcum, Petrum & Jacobum de Ledeſma.* §. XXVIII. *Ordine percenſet Societatis Jeſu Anteſignanum, Ignatium Lojolam, Baronem Hiſpanum.* §. XXIX. *Ex*

Sueciæ

Suecia arceſſit Magnum, Nobilem. §. XXX. Ex Hiſpania Boetica Johannem Maldonatum. §. XXXI. Ex Gallia Petrum de Marca. §. XXXII. Ex nobili in Italia Maſtrillorum gente Gregorium & Marcellum Franciſcum Maſtrillos commemorat. §. XXXIII. Ex antiqua Mendozarum in Hiſpaniæ & Portugalliæ regnis proſapia Franciſcum, Petrum Gongalezium, Ferdinandum, Petrum Hurtadum & Gregorium Hurtadum Mendozas. §. XXXIV. Johannem Monlucium, Nobilem Gallum citat. §. XXXV. Magnum Nicolai, Nobilem Suecum. §. XXXVI. Non vult oblivioni tradi Petrum Paëz Hiſpanum Nobilem. §. XXXVII. Adducit Hieronymum Pallanterium, Nobilem Italum. §. XXXVIII. Ex Italiæ Marchionibus Sfortiam Pallavicinum prodire facit. §. XXXIX. Jacobum Pamelium, Flandro Belgam Nobilem adlegat. §. XL. Pamelio Petrum Pazmany, Nobilem Tranſylvanum, ſubnectit. §. XLI. Recenſet Jacobum Davidem Perronium, Gallum Nobilem. §. XLII. Gaſparem Petrovvski, Polonum Nobilem. §. XLIII. Johannem de Pineda, Nobilem Hiſpanum. §. XLIV. Hieronymum Povodovium, Nobilem Polonum. §. XLV. Auguſtinum de Quiros, Nobilem Hiſpanum. §. XLVI. Matthæum Riccium, Nobilem Italum. §. XLVII. Dionyſium Ryckelium, Nobilem Leodienſem. §. XLVIII. Jacobum Sadoletum Nobilem Italum. §. XLIX. Thomam Sanchez, Nobilem Hiſpa-

num. §. *L. Gaſparem Savvicki Nobilem Polonum.* §. *LI. Antepenultimum locum tribuit Petro Scargæ, Polono Nobili.* §. *LII. Penultimum binis Franciſcis Suareziis, Hiſpano alteri, alteri Luſitano Nobilibus.* §. *denique LIII. ultimum Ponto Thiardo, Nobili Gallo, locum vendicat.*

§. I.

IN Eccleſia Romano-Catholica tantus occurrit Nobilium Theologorum numerus, ut vel integrum Volumen iſtis percenſendis omnibus ſufficere haud videatur. Delectus itaque nobis habendus eſt & clariores doctioresque à minus claris minusque doctis diſcernendi. Rectiſſimè enim ſæpius laudatus Dn. D. Fechtius: *Quorum* (Pontificiorum, qui ex illuſtribus & generoſis familiis Theologicis ſtudiis ſeſe dicantes, ad maximas eminentiſſimasque in Eccleſia functiones aſcenderunt) *pleroſque non tam ipſa nobiliſſimi ſtudii æſtimatio, quam ſupremæ illæ, quas poterant indipiſci, eæque conjunctæ cum ſummo integrarum provinciarum dominio, magnificisque divitiis, dignitates honoresque ad ſtudium iſtud potuerunt commovere. Nec etiam qui hodie in Epiſcopalibus ſoliis collocantur, aut ad ipſam ſummorum Pontificium, quâ major nulla eſt, gloriam adſpirant, Theologico aliquando*

ſtudio incubuiſſe, aut certè ſingulares præ aliis profectus in illo feciſſe, putandi ſunt. Officium Eccleſiaſticum & Civile per vicarios conſiliariosque plerumque obeunt, nec opus habent, ut Theologiæ accuratiori notitiâ ſint imbuti, nedum ut in hoc ſtudio excellant. (a)

(a) in Diſſert. de Nobilitate Studii Theologici, §. XXIII. lit. D. 2. a.

§. II.

Inter illuſtriores ex Pontificiorum partibus, Theologos Nobiles, ordine nobis recepto, primô collocandus loco eſt ALBERTVS, Lavingæ Suevorum ex Dynaſtarum Bolſtatenſium familia nobiliſſima, anno ſupra milleſimum centeſimum tertio & nonageſimo, natus, Magni cognomento (a) ob inuſitatam in omnibus ferè peritiam inſignitus: Theol. & Phil. Doct. & utriusque primum Profeſſor Pariſienſis, inde Monachus Dominicanus Colonienſis, tum Epiſcopus Ratisbonenſis, qua ſpartâ ultro relictâ Coloniæ privatum vitæ genus poſtremô vitæ tempore ſectatus fertur. *Cum aliquot annis* (verba ſunt Freheri (b)) *eam* (Ratisbonenſem) *Eccleſiam ſummâ cum laude & integritate rexiſſet, quia videbatur publicis his occupationibus à ſtudiis privatis diſtrahi, functionem*

hanc

hanc oneroſam alteri ceſſit & Coloniam Ubiorum reverſus eſt: ubi in monaſterio ſuo privatus reliquum vitæ exegit docendo & ſcribendo. Ad doctos itaque, qui honoribus officiisque publicis vitam privatam prætulerunt, merito referendus eſt. Eum, virum eruditionis admirandæ, appellat Sixtus Senenſis, (c) quem divinarum rerum pauca, humanarum fortaſſe nulla latuerunt, ſublimibus ingenii ac memoriæ viribus usque ad miraculum præſtantem, in divinis ſtudiis longè eruditiſſimum, & Philoſophorum omnium, quos vel ante vel poſt eum univerſa Germania protulit, principem: *ob ſcientiam ejus multitudinem magnitudinemque Magni cognomen, quod nulli unquam eruditorum contigit, ante mortem adeptum.* Joh. Trithemius: *Non ſurrexit,* inquit, *poſt eum* (Albertum) *vir ſimilis ei: qui in omnibus literis, ſcientiis & rebus tam doctus, eruditus & expertus fuerit.* (d) Joh. Andr. Quenſtedius: *Poſt Ariſtotelem,* ait, *& Theophraſtum in Philoſophia & in ea maximè, quæ rerum naturam ſcrutatur & interpretatur, non habuiſſe creditur parem.* (e) Thomæ Lanſii, celeberrimi JC. ſequentia ſunt: Albertus ille Magnus, profunda rerum omniam divinarum & humanarum contemplatione & curioſâ la-

tentium reconditarumque in natura poteſtatum indagine hoc conſecutus eſt, ut vero Magiæ miniſterio inferiora ſuperiorum dotibus copulando, artemque ad naturæ commercium flectendo, ſtupenda ſæpè miracula ediderit: à prophanis cæteroquin diabolicæ magiæ alieniſſimus. (f) G. Jo. Voſſius: *Anno 1252. longè* (inquit) *latèque radios ſui nominis diſpergebat Albertus Magnus, - - nulli ſuo ævo doctrinâ ſecundus: qui emiſit monumenta ſui ingenii ac doctrinæ permulta.* (g) Joh. Camertis Minoritani, Artium & Sacræ Theol. Doctoris judicium (h) ſuppeditat Crenius (i), ita habens: Scio quosdam contracturos frontem, quod in iis Solinianis Commentariis noſtris tam frequenter Magnum Albertum coarguerim. Id autem eâ ratione factum ſciant, ne ſcil. quempiam pulchro allectum nomine, falſum pro vero, vel contra, quo ſtudioſis pernicioſius nihil eſt, amplecti contingat. Simulque ut quorundam tolleretur anilis error, qui in iis, in quibus Albertus à primæ claſſis Autoribus contraria prodidit, abjectis Ptolomæo, Solino, Pomponio, Strabone, Plinio, Columella, Varrone, Theophraſto, Ariſtotele judicio omnium peritiſſimo, eisque non inferioribus, uni Alberto, ad aras usque etiam pejerando,

rando, credendum putant. Maluimus enim jure Albertum carpere, quam injuriâ amicam lædere veritatem. Miror, quosdam politiorum etiam literarum ſtudioſos tanti eum facere Authorem, cum in iis, quæ ad particularia & bonas fruges maximè pertinent, raritate rarius verum dicat. Fatebuntur id, qui libros ejus de natura locorum, de lapidibus pretioſis, de vegetabilibus & plantis, de animalibus deque aliis quamplurimis diligenter introſpexerint. Niſi quis non Alberto, ſed tempori, quo floruit, culpam tribuat. Affuit alia me rurſus cauſa movens magis, quod is Solinum,* quem in manus ſumpſeram exponendum, præter jus omne, id eſt, in quibus verum dicit, plerumque laniat & ſugillat. Peperci Alberto plurimum, DEum teſtor, cum ſexcenta errata ejus alia, quæ jam ad manus erant, iis Commentariis inferre diſtulerim. Vellem Alberti ſectatores tam gratum iis Authorem in manus ſumerent, eumque tandem quacunque ratione ab erroribus vindicarent. Sed reor, hoc laborioſius multò eſſe, quam vel Jovi fulmen, vel Herculi clavam ſubtrahere. Quibus ſubjungit Crenius: *At & apud non notæ infimæ Scriptores Solini non adeò magna eſt authoritas. Nullibi enim ferè non Plinium*

X 3 *ex-*

exſcribit, cujus & SIMIA ea de cauſa dictus fuit. Majus ſanè pretium Alberti meritis ſtatuere didicit illuſtris Polyhiſtor, Dan. Geo. Morhofius: *Prodeat nunc Germanicæ gentis decus Albertus, meritò Magnus dictus, omnium illorum argutiorum Scholaſticorum Princeps & Pater, Thomæ Aquinatis Præceptor, è cujus fonte omnes penè rivulos ſuos derivarunt, ut ille ex Alberti M. Oceano. Fuit ille genere illuſtris, ortum trahens è Sueviæ regulis, docuit Pariſiis & Coloniæ Agrippinæ, ac unus penè Bibliothecam ſcripſit, cujus omnes Tomi 200. marcarum pretio conſtant. Fuit ille vir argutus, nec in nudis ſpeculationibus ſubſtitit, ut cæteri faciunt Scholaſtici, ſed multa impendit in res naturales & mathematicas, quarum ad miraculum fuit peritus, adeò ut pro Mago ab imperitis haberetur, in quam ſuſpicionem facilè apud ineruditos ingenioſior quis incurrit. Scripſit de Arithmetica, Muſica, Geometria, Aſtrologia, de quibus omnibus parum ſoliciti fuerunt cæteri. Formatio illius capitis ænei Mechanica, quod loqui potuit, arguit interiorem Mechanices & Anatomes peritiam, iſto ſeculò planè inuſitatam. A Magiæ ſuſpicione ſtrenuè ipſum defendit Naudæus, in Apologia Virorum doctorum, Magiæ inſimulatorum. Ad illum ſolet referri ſecunda Scholaſti-*

laſticorum ætas. (k) *Opera ejus, quæ ſcripſit, recenſentur à Jo. Jac. Boiſſardo in Iconibus Virorum Illuſtrium. Præter Commentarios in libros ſacros & philoſophica, ſcripſit Commentarium ſuper ſententias Lombardi & Summam Theologiæ. Liber de Secretis mulierum & nonnulla alia creduntur ipſi affingi.* (l)

(a) Teſte Paulo Jovio in Elog. Doct. p. 15. non Magni ſolùm, ſed & Maximi cognomen Gymnaſiorum omnium conſenſus deferebat, niſi publico voto chriſtiana verecundia reſtitiſſet.

(b) in Theatro Virorum Erud. clarorum, p. 1420. b.

(c) in Bibliotheca S. Lib. IV. apud Thomam Pope Blount in Cenſura celebriorum Authorum, p. 416.

(d) Catal. Scr. Eccl. apud eundem Blont. l. c.

(e) Dial. de Patriis illuſtr. Virorum. ex Spondano in Annal. Eccleſ. ad annum MCCLIX.

(f) Orat. pro Germ.

(g) de Scient. Mathemat. p. 362.

(h) quod Enarrationibus ejusdem in C. Jul. Solini Polyhiſtora, editionis Viennenſis opr. de anno MDXX. annexum eſt, neglectum verò ab Henrico Petri in editione Baſileenſi.

(i) Animadverſ. Philol. Hiſt. Tom. II. c. I. §. I. p. 23.

(k) Dividuntur commodè Doctores Scholaſtici in tres ætates. Quarum prima incipit à Petro Lombardo, Sententiarum Magiſtro, usque ad Albertum Magnum per integrum Seculum. Qui adhuc Scripturam magis, quàm rationes philoſophicas allegabant, adeoque ſequentibus puriores & meliores erant. Media ætas ab Alberto M. usque ad Durandum, medio Sec. XIV., pertingit, qui Ariſtotelem coluit ac pro Deo adoravit. Tertia omnium corruptisſima ac impurisſima à Durando ad Reformationem usque. Doctores hic illuminatiſſimi, reſolutivi, profundi, irrefragabiles. Cauſa tam corruptæ Theologiæ ignorantia Scripturarum, linguarum imprimis Hebrææ & Græcæ omniumque bonorum ſtudiorum. Vid. Dn. D. Fechtii Coll. ad Rechenbergii Summ. Hiſt. Eccl. Sec. XII. §. V. Add. Jo. Henr. Heideggeri Diſſ. de Theologia Scholaſt. §. VI. ſeqq.

(l) in Polyhiſt. Philoſoph. hoc anno primum edito, Lib. I. c. XIV. §. II. p. 86. Conf. de cætero Jovius in Elogiis p. 15. Rhodiginus Lect. Antiq. I. p. 111. Guil. Cave in Hiſt. Scr. Eccl. Lit. P. I. p. 507. a. & Rechenberg. Summ. p. 379.

§. III.

Præceptori ſtatim ſubjungerem diſcipulum, Aquinatem, niſi ad alios prius recenſendos

ſendos ordine compellerer. Commemorandus itaque ſecundo loco eſt TERENTIUS ALCIATUS, (a) Romanus patriâ, familiâ nobilis, Societati, quæ Jeſu nomen præfert, addictus, Phil. & Theol. in Collegio Romano multos per annos Profeſſor & ſtudiorum ibidem moderator, poſt Pœnitentiariæ Vaticanæ Rector & domus Profeſſorum Præpoſitus, anno poſt Chriſtum natum ſupra millesimum ſexcenteſimum primo & quinquageſimo, ætatis ſuæ climacterico maximo defunctus. (b) *Eruditorum, ut nonnemo de illo ſcribit, urbaniſſimus & Theologus clariſſimus, cujus amabile ingenium & in tradendis ſanctioris Philoſophiæ præceptis induſtriam plusquam fraternè exoſculeris.* (c) Paravit autoritate Urbani VIII. Pont. Max. Acta Concilii Tridentini adverſus hoſtes veritatis, aliaque.

(a) Diſtinguendus eſt Homonymis, *Andrea* ſcil. *Alciato*, Mediolanenſi, JCto non incelebri, inter Præcoces Doctos relato nuperrimè à Præcellentiſſ. Dn. M. Davide Schulteto in der Schaubühne der Gelehrten Jugend/Erſte Oeffnung/ Hamb. MDCCVIII. p. 32. qui primus omnium Juris diſciplinam, nimiis diſputationibus & barbaro dicendi genere involutam, priſtino nitori reſtituere & ad veros revocare fontes conatus eſt. Vid.

Guido Pancirollus in JCtis L. II. c. CLXIX. & Thom. Crenius Diſſ. de ſingularibus Scriptorum, §. VI. p. 18. Opera ejus VII. Tomis diſtincta exſtant. In quibus haud poſtremo habentur loco ejus Emblemata. De iis quippe ſubtilisſimus Scaliger de re poët. lib. VI: *Alciati*, inquit, *Emblemata talia ſunt, ut cum quovis ingenio certare poſſint. Dulcia ſunt, pura ſunt, elegantia ſunt, ſed non ſine nervis. Sententiæ verò tales, ut etiam ad uſum civilis vitæ conferant.* Nec minus Thom. Crenius Methodorum Tom. II. Num. VI. p. 315: *Hujus* (ait) *Emblemata tametſi pauciſſima, artis emblematicæ reſpondent regulis, tanto tamen olim in pretio habita ſunt, Claſſici ut Autoris loco publicè prælegerentur in Academiis; quod non ab re improbatur Vavaſſori in libro de Epigrammate.* Simile de illis judicium eſt Morhofii, in Polyhiſt. lit. Lib. VII. c. III. §. V. p. 375. *Melchiore Alciato*, itidem JCto, qui commentatus eſt in Cæſ. Conſtitutionis ſtatus Mediolanenſis. Vid. Hier. Ghilinus Vol. I. Theatr. lit. p. 171. ut & à *Johanne Alciato*, Mediolanenſi, quem præter Valentinum Gentilem, Georgium Blandratam, Franciſcum Davidis alioſque ſectatorem nactus eſt Mich. Servetus, Hiſp., blasphemis Arii dogmatibus, ex orco reductis, notiſſimus & Genevæ combuſtus. Vid. Sagittarius Introd. in Hiſt. Eccleſ. c. XXXIII. Sect. XI. p. 853.

p. 853 Kortholtus Hiſt. Eccleſ. Sec. XVI. Sect. II. c. II. § LXVI. p. 785.

(b) Vid. Henningus Wittenius D. B. T. I. ad ann. MDCLI. G. M. Königius in Bibl. V. & N. p. 23. b.

(c) Verba ſunt Philippi Alegambii in Bibl. Jeſuit. p. 429. b.

§. IV.

Hunc ſequitur FRANCISCUS AMICUS (a) Italus Conſentinus Nobilis Theologiæ ...uæ Doctor ejusdemque in Italia Aquilæ & ...eapoli, in Germania verò Græcii, Stiriæ...ue per multos annos Profeſſor, Academiæ ...ræcenſis Cancellarius, ſtudiorumque mo...erator & præfectus generalis in Collegio ...iennenſi, qui anno ſuperioris ſeculi primo ... quinquageſimo, ætatis ſuæ ſeptuageſimo ...rimo ad plures abiiſſe fertur. (b) Virum ...oribus candidiſſimis & priſcâ ſimplicitate, ...angelicâ prudentiâ temperatâ, appellat ...il. Alegambius. (c) Dedit Curſum Theo...gicum juxta Scholaſticam Societatis Jeſu ...ethodum, Tomis II. conſtantem, quorum ...ior de Deo uno & trino, poſterior de ...tura Angelorum eorumque proprietatibus ...criptus eſt.

(a) Ὁμώνυμος Franciſco eſt *Bartholomæus Amicus*, & ipſe Italus, Phil. & Theol. in Colle-

Collegio Neapolitano Prof. & ſtudiorum præfectus, qui in Ariſtotelem commentatus eſt. Operum hic eſt Titulus: In univerſam Ariſtotelis Philoſophiam, Notæ & Diſputationes, quibus illuſtrium Scholarum Averrois, D. Thomæ, Scoti & Nominalium ſententiæ expenduntur earumque tuendarum probabiliores modi afferuntur, Tomis VIII. Eorum verò ſuppeditabit lemmata Alegambe in Bibl. Jeſuit. p. 55. b.

(b) Vid. Wittenius D.B. ad ann. MDCLI.

(c) in Bibliotheca Jeſuitica (de qua ſequentem in modum judicat Morhofius in Polyhiſt. lit. Lib. I. cap. XVIII. §. LIV. p. 226. edit. noviſſ: *Præ cæteris omnibus laudanda eſt Ordinis Jeſuitici Bibliotheca, quæ plenè & copiosè ſcripta eſt poſt Petrum Ribadeneira à Philippo Alegambe, Bruxellenſi, quæ edita eſt Antverpiæ in fol. anno 1653. Prodiit denuò auctior* (& in quibusdam locis correctior) *illa Bibliotheca, Nathanaëlis Sotwelli* (Angli, Soc. Jeſu Presbyteri & Secretarii in domo Profeſſorum Romæ) *operâ* 1676. Conf. & Magnif. Dn. D. Mayerus in Bibliotheca Scriptorum Theologiæ moralis & conſcientiariæ, p. 66.) p. 113. a.

§. V.

Juſtò nunc ordine huic ſuccedit THOMAS AQUINAS, ex illuſtri Comitum Aquinatum ſtirpe natus ſeculi tertii decimi anno

anno viceſimo quarto, Theol. Doctor & Prof. Pariſienſis. De quo ſequentia, vitæ curriculum complectentia, ex Phil. Labbeo (a) notabimus: S. Thomas Aquinas, Theologorum Aquila & verè Doctor Angelicus, vitâ, doctrinâ & miraculis illuſtriſſimus, natus è nobili Comitum Aquinatum ſtirpe anno 1224. in caſtro Larii Aquino, ingreſſus eſt ordinem Sancti Dominici, miſſusque Pariſios & Coloniam, philoſophicis theologicisque ſtudiis operam dedit, Magiſtris præſtantibus uſus, Alexandro de Hales, Anglo, & Alberto Magno, Suevo. Inde ipſe eadem die cum Sancto Bonaventura anno 1255. creatus in Facultate Pariſienſi Doctor Theologus & ibidem per plures annos easdem diſciplinas profeſſus, ſcriptis in Ariſtotelem, Scripturam S. ac Theologica dogmata quam plurimis doctiſſimisque voluminibus, ſanctiſſimè obiit die 7. Martii anno Chriſti 1274. ætatis 50. in Cœnobio Foſſæ novæ Ordinis Ciſtercienſis prope Amaſenum, Campaniæ fluvium, cum evocatus à Gregorio X. Romano Pontifice ad Concilium Lugdunenſe iter in Galliam meditaretur. Sanctorum catalogo adſcriptus eſt die 18. Julii 1322. à Johanne Papa XXII. ejusque corpus Urbano VI. Romano Pontifice anno 1368.

Tolo-

Toloſam delatum. Hactenus ille. Breve, ſed admodum honorificum Eraſmi de eo eſt judicium: *Thomas Aquinas* (inquientis) *Vir non ſuo tantum ſeculo magnus: Nam meo quidem animo nullus recentium Theologorum, cui par ſit diligentia, cui ſanius ingenium, cui ſolidior eruditio, planeque dignus erat, cui linguarum quoque peritia, reliquaque bonarum literarum ſupellex contingeret, qui iis, quæ per eam tempeſtatem dabantur, tam dextrè ſit uſus.* (b) Rolando Mareſio ſummâ vi ingenii & ſingulari doctrinâ præditus audit. (c) Morhofio Alpha Scholaſticorum. (d) Sixto Senenſi maximo & altiſſimo ingenio vir, itemque Theologorum ac Philoſophorum omnium, quos in hanc usque diem Scholaſticorum Academia protulit, ſive ulla controverſia Princeps, quippe qui primus omnium Latinorum Philoſophorum non minus incredibili quam felici uſu omnem Ariſtotelis Philoſophiam Commentariis lucidiſſimis illuſtravit. In ſacris verò ſincerioris Theologiæ ſtudio ita ſapientiſſimo Auguſtino proximus inceſſit, atque ita mentem ejus & omnes reconditos ſenſus introſpexit exhauſitque, ut juxta Phytagor. μετεμψύχωσιν communi doctiſſimorum omnium adagio jactatum ſit: Auguſtini animam migraſſe in Tho-

Thomam. (e) Jeremias Drexelius, celebris Jeſuita (f) ſequens de Aquinate noſtro judicium ſuppeditat: *Thomas Aquinas Theologiam omnem in eum deduxit ordinem, eâ perfudit luce, iis locupletavit incrementis, ut univerſa poſteritas illi quam plurimum debeat. Compendio utendum eſt in hujus viri elogiis, alioqui ea ad diei finem non finiemus. Aquinas ſapientiæ ac ſanctitatis magnum jubar, tametſi opem divinam ſuis ſcriptionibus faventem habuerit, humanam tamen induſtriam in ſe deſiderari neutiquam paſſus eſt. Legit plurima & excerpſit. Conſidera ſeptendecim tomos editionis Romanæ, quos Thomas poſteris reliquit; imò vel tres ſolum tomos inſpice, decimum, undecimum, duodecimum, quibus tres partes Summæ Theologiæ complexus eſt. Quanta, DEus, in his ſcriptis, quam varia, quam ſublimis eruditio, quot è priſcis Patribus, aliisque Scriptoribus teſtimonia?* (g) De ſermonibus ejus Theologicis Thomas Campanella ita judicat: *Sermones D. Thomæ verè Theologici ac philoſophici cenſeri debent, ſiquidem paucis verbis definit, diſtinguit dicendaque propinat, ut ex illis nihil non ad rem, nihil indoctè, nihil inutiliter ſinat profluere.* (h) Liber ejus de Veritate Catholicæ fidei

opti-

optimus omnium eſt, judice Thoma Crenio.(i)

(a) de Script. Eccleſiaſt., Thomam Pope Blount in Cenſura celebriorum Autorum, p. 414.

(b) in I. Rom. p. 244.

(c) Epiſtolar. lib. II. Epiſt. XLI.

(d) Polyhiſt. Philoſoph. Lib. I. c. XIV. §. III. pag. 87.

(e) in Biblioth. Sancta lib. IV.

(f) judice Jo. Andr. Boſio de comparanda Eloquentia civili, §. XXXIII. apud Crenium Methoporum Tom. II. p. 428., ubi & de Aurifodina ejus habetur judicium. Vid. ejusdem Diſſert. §. XLIV. apud eundem Crenium, p. 435. Conf. Morhofii Polyhiſt. lit. Lib. VI. c. IV. §. XV. p. 296.

(g) in Aurifodina Artium & ſcientiarum omnium, P. I. c. VII. p. 44. 45. edit. Colon. de anno MDCXLIII. in 12. Plura aliorum, nominatim Richardi Simonis, ex Hiſt. Crit. V. T. Lib. III. c. X., Gabr. Naudæi ex Bibliogr. Polit., Bellarmini ex de Scriptoribus Eccleſiaſticis libro produxit Th. Pope Blount in Cenſura celebr. Aut. p. 414. ſeqq.

(h) de Libris propriis & recta ratione ſtudendi, c. IV. Art. III., apud Crenium Methodorum Tom. II. p. 206.

(i) Exerc. I. de Libris Scriptorum Opt. & utiliſſ. pag. 7.

§. VI.

§ VI.

Poſt Aquinatem ex ordine Theologorum Nobilem Pontificiorum conſpiciendum ſeſe offert RODERICVS de ARRIAGA (a) Lucronii Hiſpanorum nobili loco prognatus è Soc Jeſu, ac primum Philoſ. in Valliſoletana, poſt ſuæ Theologiæ in Salmantina Academia Profeſſor, dein quoque Doctor, atque in Collegio S. Clementis Scholaſt. Theol. Prof. Pragenſis, iſtius Acad. Cancellarius & ſtudiorum præfectus generalis, demortuus anno ſuperioris ſeculi ſeptimo & ſexageſimo, ætatis ſuæ ſeptuageſimo quarto. (b) Præter Curſum Philoſophicum, quem Profeſſor Philoſophus concinnavit, edidit Diſputationes Theoll. in Thomam VI. Voluminibus. (c) Scriptis quoque ſe oppoſuit Antonio Arnoldo (à quo Arnaldiſmus, quem pecul. Diſſ. olim Tubingæ examinavit D. Joh. Adamus Oſiander) Theologo Gallicano, occaſione libri ejus: De l'authorité de S. Pierre & de S. Paul, qui reſide dans le Pape Succeſſeur de ces deux Apoſtres. (d)

(a) Non confundendus eſt cum *Paulo Joſepho de Arriaga*, Hiſpano Vergarenſi, è Soc. pariter Jeſu, qui in Provincia Peruana Evangelium docuit, inde Romam contendens naufragio periit anno ſuperioris ſeculi ſupra

Digitized by Google

viceſimum ſecundo. De eo Alegambe in Bibl. Jeſ. p. 365. b. *Vir fuit* (inquit) *tantis & tam illuſtribus à DEO donis cumulatus, ut P. Jacobus Alvarez de Paz, rerum ipſius omnium conſcius, dicere ſoleret, fore, ut, ſi illi eſſet ſuperſtes, in admirationem illius vocaret orbem terrarum.* Et p. 366. a. *Sic erat in literis verſatus, ut philoſophiam ac Theologiam non ſine laude tractarit.* Hiſpanicè edidit Tract. de Extirpatione idololatriæ & de mediis ad converſionem Indorum aptiſſimis, quem Opus perutile parochis & viſitatoribus Indorum vocat Alegambius l. c. p. 367. a.

(b) vid. Henningus Wittenius D. B. T. I. ad annum MDCLXVII.

(c) Conf. Volckmannus in Elogiis Pragenſ. pag. 133.

(d) Vid. Caſp. Sagittarius Introduct. c. XXXIII. Sect. XIII. p. 876. ſeq.

§. VII.

Neque ſuum vult heîc ſubticeri nomen GVILIELMVS BAILIVS, Wittenio Baillius dictus, (a) Gallus natione, nobili apud Velaunos loco Monſtrolii in Aniciensi Diœceſi natus. Qui cum biennio operam Jurisprudentiæ navaſſet, Societati Jeſu nomen profeſſus, Eloquentiæ apud Gallos & Hiſpanos Profeſſor ac demum Concionator conſtitutus eſt. Quod poſterius officium per XXIIX. annos

annos ad mortem usque, quæ eidem climacterico magno, anno ſuperioris ſeculi viceſimo, contigit, ſuſtinuiſſe dicitur. (b) De eo inter multa alia hæc lego apud Phil. Alegambium, Bruxellenſem: Cum omni Hæreticorum genere tantâ felicitate concurrit, utqcum nemine conſereret, quem non ad Eccleſiam adduceret. - - Santonas Calvini labe infectos ita religioni reſtituit, ut palam negent, inde usque ab S. Eutropio, Santonum Apoſtolo, quemquam laboribus, zelo & pietate parem Bailio noſtro in illis oris, eſſe viſum. - - *Celebritate nominis ſui & zelo animarum eò devenit, ut velut proverbio Bailii appellarentur, qui in eo genere maximè ſtrenui eſſent.* (c) Edidit Catechiſmum (Compendium appellat Wittenius (d)) Controverſiarum: Tract. Græcorum arte grammatica de Græcorum accentibus & ſyllabarum quantitate; De Dialectis Græcorum, & plura alia. (e)

(a) D. B. ad annum Chriſti MDCXX.

(b) vid. Wittenius l. c.

(c) in Bibliotheca Jeſuitica, p. 168. a.

(d) loc. all.

(e) Conf. præter Alegambium l. c. G. M. Königius in Bibliotheca Vet. & nova. p. 79. b.

§. VIII.

Adnumerandus non minus ac præcedentes Pontificiis Theologis eſt SEBASTIANVS BARRADAS ſive BARRADIVS, (a) Ulyſſippone, ſplendida Luſitanorum metropoli nobilibus in lucem parentibus editus, è Soc. Jeſu, Rhetor. primum & Philoſophiæ, dein S. S. literarum tum apud Conimbricenſes tum Eborenſes Interpres & Concionator. Vir ſummis in Romanam Eccleſiam meritis inclytus. De eo ex Alegambii Bibliotheca (cum in paucorum ea ſit manibus) (b) ſequentia commemoramus: Ab ipſo ſtatim Tirocinio ſummam apud omnes ſuæ virtutis exiſtimationem excitavit, ut jam tum digito monſtraretur, & ventitarent plurimi ad Societatis Gymnaſium admirabundi, ut illius tanquam emeriti in ſanctitate Magiſtri adſpectu ad modeſtiam & virtutis amorem erudirentur. Tempore verò ſic adolevit ea opinio, ut totâ Luſitaniâ conſummatæ ſanctitatis elogio celebraretur, & undique ad illum ſpectandum plurimi confluerent, egregium itineris ac laboris fructum arbitrati, ſi poſſent fimbriam veſtimenti ejus vel capillos à tonſore impetrare, cujus quodlibet pignus non minoris ſibi eſſe ſignificabant,

quam

quam ſint eorum, qui ſunt jam in Eccleſiæ faſtos relati. - - Sacras literas tum Conimbricæ tum Eboræ magnâ Auditorum celebritate eſt interpretatus, ſemperque illi nomen ſanctimoniæ ſtetit: at poſtquam Concionatoris partes aggreſſus eſt agere, eò increvit apud omnes viri reverentia, ut jam apud Luſitanos non communi nobis nomine APOSTOLVS duntaxat, ſed PAVLVS appellaretur. (c) At ipſe de ſe ita ſentiebat, ut ſe primum eſſe peccatorum, hominum poſtremum ex animo diceret. Nec deſiit maximus iſte omnium in Sebaſtianum ſuum affectus, cum efferetur. Sic enim denuò Alegambius: Funus tanto omnium Ordinum concurſu procuratum eſt, ut inter oſculantes ſacrum cadaver, & veſtes, capillos, ungues, & quicquid ipſius erat, vellicantes ægrè potuerit officium perſolvi. (d) Elaboravit Commentarios in Concordiam & Hiſtoriam Evangelicam, Tomis IV: Itinerarium filiorum Iſraël ex Ægypto in terram repromiſſionis, &c. (e)

(a) vid. Königius in Bibl. Vet. & Nov. p. 87. a.

(b) p. 418.

(c) Habuerunt & Hiſpani olim ob conciones ad populum habitas inter omnes alios ſummæ dignationis virum, Johannem de Avila,

(huic Barradio non adeò diſſimilem) de quo Morhofius in Polyhiſt. Lit. Lib. VI. §. XXVI. p 300. Stupebat, inquit, ipſemet Ludovicus Granatenſis Johannem de Avila, Almodoverâ Caſtellanum, qui cum alio hujus nominis Jeſuita Madritenſi confundendus non eſt, cujus tanta erat, ut ajunt, perorantis & inſectantis vitia vis, ut vix concipi major robuſtiorve poſſet, ipſique propemodum muri ædium, in queîs concionabatur, concuti, auditoresque, velut fulmine aliquo tacti, toti cohorreſcere & ardere viderentur. Meruit ſanè iis Orationibus ſuis & ſacro per Hiſpaniam Boeticam munere docendi, nomen Apoſtoli Boetici, ſperatque Nic. Antonius fore, ut aliquando Eccleſiaſticâ *ἀποθεώσει* in Sanctorum numerum recipiatur. Vid. Sched. noſtrum Hiſt. lit. de Eruditis climacterico maximo denatis, pag. 8. ſeq.

(d) p. 419. a.

(e) Conf. præter Alegambium Biſſelius in Seteniis hujus Seculi, Septenn. III. p. 56.

§. X.

Huc quoque referendus eſt LUDOVICUS BLOSIUS, Hanno, ex nobili & pervetuſto Bloſiorum ſtemmate oriundus, Veteris Benedictinorum cœnobii Lætienſis Hannoniæ Abbas & Imperatoris Caroli V. Eleemo-

Eleemoſynarius, denatus anno ſupra milleſimum quingenteſimum ſexto & ſexageſimo. In quo ſingularis laudanda eſt modeſtia, quod Archiepiſcopatum Cameracenſem, ab Imperatore ſibi oblatum, conſtanter repudiarit, quamvis ab eruditione inſtructiſſimus. Tumulus ejus ſequenti ornatus eſt epigrammate:

> Qui tres exactè linguas callebat ab ipſa
> Ephebia, virtutum & omnium Narthecium
> Bloſius, heu cecidit, tumbâque reconditur iſtâ,
> Noſtri decus miraculumque ſeculi.
> Huic age, fac, Lector, felicia cuncta precare,
> Et te para ad ſummi tribunal Judicis.

Caſp. Cunradus, Medicus, hoc ei ſcripſit Diſtichon: (a)

> Bloſius exacto tres linguas calluit ore,
> Stemmate par cuivis, nec pietate minor.

De ſcriptis ejus Aſceticis ſequentem in modum judicat Poſſevinus: (b) *Scripſit Aſcetica, quibus nihil ad homines à cura mortalium rerum abducendos & ad cœleſtis patriæ amorem inflammandos inveniri poteſt ardentius.*

Cæterum conf. de eo Franc. Svveertius (c) & Paulus Freherus. (d)

(a) in Proſographia Melica, millenario III.

(b) apud Quenſtedium in Patriis illuſtr. Virorum.

(c) in Athenis Belgicis.

(d) in Theatro Virorum erud. clarorum, p. 208.

Neque prætereundem exiſtimo SIMONEM MALLIVM BREZÆVM, Gallum, Andino ex agro nobilibus ortum parentibus (cujus rei fidem faciet Sammarthanus, (a)) Archiepiſcopum Turonenſem, quem idem Sammarthanus (b) ab incomparabili morum candore, vereque Chriſtiana pietate, &, qui ab ejusmodi fortuna plerumque abhorret, literarum amore flagrantiſſimo, commendat optimique Præſulis elogio mactat. Inter ſingularia illius referri meretur, quod quietioris vitæ cupidus, officio ſe ſuo abdicaverit inque Brezæo prædio vitam ad obitum usque, qui ei contigit anno MDXCVIII., privatam vixerit, (c) qua ratione omninò ad Doctos, qui vitam privatam honoribus officiisque publicis prætulerunt, referendus eſt. (d)

(a) in Elogiis Gallorum doctrina illuſtrium, pag. 191.

(b) loc.

(a) loc. cit.
(c) qua de re aliisque quæpiam protuli in Schediaſmate de Eruditis Climacterico maximo denatis p. 9. 10.
(d) quos pecul. nuper Tractatu exhibuit Caſp. Henr. Starckius.

§. XI.

Eum conſequitur OCTAVIVS CAJETANVS (a) natione Siculus, patriâ Syracuſanus, nobiliſſima Comitum Sortini familia ortus, Soc. Jeſu, Collegiorum Mamertini & Panormitani, nec non domus ibidem Profeſſorum Rector & Confeſſarius, denatus anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum viceſimo, ætatis ſuæ quarto & quinquageſimo. (b) Quo pacto is in ſocietatem venerit, commemorat Philippus Alegambius: Cum juvenis (inquiens) oraret aliquando Syracuſis in Templo noſtro, Chriſtum Dominum in altari crucifixum aſpexit, qui, quò propius accedebat, eò grandior fieri videbatur. Eô viſo commotus, Societatem expetiit. (c) Idem Alegambius vocat virum magnâ morum innocentiâ & vitæ integritate item doctrinâ & ſanctis moribus conſpicuum. (d) Emiſit Latinè Martyrologium Siculum in ſingulos anni dies: Ideam Operis de Vitis ſanctorum Siculorum famâve ſanctitatis illu-

 ſtrium:

ſtrium: De ſanctiſſimæ Deiparæ cultu in Sicilia. Plura vid. apud Alegambium, (e) Henningum Wittenium (f) & Sagittarium. (g)

(a) Ab Homonymis probè diſcernendus hicce eſt ſequentibus tribus, quorum primus eſt *Thomas Cajetanus* ſive de Vio, Ord. Prædicatorum Magiſter Generalis dein R. Eccl. Presb. Cardin. tit. S. Sixti & Legatus, Epiſcopus Cajetanus & Archiepiſc. Panormitanus, Romæ anno MDXXXV. denatus. Eſt is, qui cum Luthero negotium interceſſit, imprimis quæ ſpectant indulgentias & fidem ad ſalutarem Sacramentorum uſum neceſſariam, Vid. Kortholtus in Hiſt. Eccl. Sec. XVI. Sect. I. c. II. §. XXIX. p. 709. Ipſe verò ingenuè faſſus eſt, referente in Epiſtolis Luthero, ſe imparem ei eſſe non tantùm ingenio, ſed & in literarum Sacrarum ſtudio. Ita ſcil. Lutherus ſophiſmatibus Cardinalis obviam ivit, ut vix inveniret medium, quo pudori ſuo ſuccurreret. Prolixior hac de re legi poteſt narratio Lutheri Tom. I. Jen. Germ. fol. 109. & contractior Tom. I. Isleb. fol. 2. Item præfatio in Opera Lat. & Tom. I. Epiſt. LXII. LXIII. LXIV. LXV. & Jo. Mattheſ. de Vita Luth. Conc. II. Cæterum Sixto Senenſi in Bibl. S. audit vir tam vitæ ſanctimoniâ quàm ingenii præſtantia illuſtris, ſubtiliſſimus Dialecticus, admirabilis Philoſophus, Theologus incomparabilis & inter erudi-

eruditisſimos doctiſſimi ſui ſeculi longè eruditiſſimus. P. D. Huetius de Claris Interpretibus, apud Thom. Pope Blount in Cenſura cel. Aut. p. 547. *Cajetanus* (ait) *quamvis in compluribus ſacri Voluminis partibus Latinè magnâ fide convertendis facultatem ſuam exercuerit, in obſcuro tamen jacuit ejus labor, nec ſuffragiis doctorum comprobatus eſt. Cum enim Ebraica & Græca lingua ignarum ſe profiteretur, viros utriusqe peritos, non ad eruendos ſenſus, quos apertè neglexit, ſed ad verborum ſignificationes cognoſcendas, quas ſpectavit unas, in conſilium adhibuit. Meritò itaque alienæ eruditionis fœtum excluſiſſe creditus eſt.* Arnoldus Boot apud Königium in Bibl. p. 151. b. *Cajetanus,* inquit, *ſcripſit ingraveſcente ſenecta Comm. in Pentateuchum, omnes libros hiſtoricos, Jobum, Pſalmos & Prov., ſenſui literali duntaxat intentus, idque ſecundum Hebraam veritatem, cujus linguæ ipſe quidem parum gnarus erat, ſed habebat ad manum homines hebraicè doctos, qui ad verbum omnia ipſi interpretarentur, non modò exactè, ſed ſuperſtitioſè ac ſæpè abſonè: id quod & expoſitiones conſimiles à bono viro haud rarò elicuit.* Conf. & Olearius in Abaco p. 457. Melch. Canus aliquoties eum errorum & Lutheraniſmi coarguit, Lib. VII. c. III. n. 10. ſcribens (*Illud breviter dici poteſt, Cajetanum ſummis Eccleſiæ ædificatoribus parem eſſe potuiſſe, niſi quibus-*

dam erroribus doctrinam ſuam, quaſi cujuſdam lepræ admixtione fœdaſſet. Cauſam conjicit in Eraſmum, quem nimium amaverit, & quod non legerit Patres. Vid. Dn. D. Fechtius Coll. ad Hiſt. Eccl. Sec. XVI. c. XVI. §. XVIII. Alter eſt *Conſtantinus Cajetanus*, Syracuſanus, Abbas Congregat. Caſſinenſis, Ord. S. Benedicti & Præſidens Collegii Gregoriani in Urbe. Scripſit libros II. pro Johanne Diacono Cardinali, de S. Gregorii Magni ejusque diſcipulorum Monachatu Benedictino, Saltzburgi MDCXX. Plura vid. apud Leonem Allatium in Apibus Urbanis, p. 73., Ludov. Jacobum in Bibl. Pontif. lib. II. p. 286., Sagittarium in Introduct. c. XXI. §. XLVI. p. 542. c. c. XXV. §. XXI. p. 675. §. XXXIII. p. 690. ſeq. Tertius denique eſt *Petrus Victor Cajetanus*, Navarrus. Inclaruit Paradigmatibus, quatuor linguis orientalibus, Arabica, Armenâ, Syrâ & Æthiopicâ ſcriptis & ed. Pariſ. MDXCVI. Conf. Colomeſius in Gallia Orientali, p. 144.

(b) vid. Wittenius D. B. T. II. ad annum MDCXX. p. 25.

(c) in Bibl. Jeſuit. p. 358. a.

(d) l. c. p. 359.

(e) l. c. p. 360. a.

(f) loc. cit.

(g) Introd. in Hiſt. Eccleſ. c. XIX. §. XLVI. p. 466. ſeq.

§. XII.

§. XII.

JOHANNEM RAPHAELEM COBENZI, Italum natione, gente Carnum, è Soc. Jeſ. Phil. & Theol. Doctorem & utriusque Profeſſorem, Collegii Clagenfurtani, mox etiam Græcenſis Rectorem, ut & domus Profeſſæ Viennenſis primum Præpoſitum, ſuperioris ſeculi anno viceſimo ſeptimo, ætatis ſuæ quinto & quinquageſimo demortuum, ex illuſtri Baronum familia ſuam traxiſſe originem, pro certo adſerit Philippus Alegambius, qui hunc in modum de eo judicat: *Vir fuit non ſapientiâ duntaxat, quam in illo ſæpè Viennenſes Academiæ ſunt admirati, & gubernandi peritia atque aliis naturæ dotibus, ſed præclaris etiam virtutibus ornatiſſimus. Multa illi in Deum Divinasque res pietas fuit & ſenſus tenerrimus. Tempus antemeridianum penè ex integro illi dicarat.* (a) Edidit libellum de norma fidei & religionis: Epiſtolicam velitationem, an ex fide, quæ nihil recipiat, quod ſcriptum non ſit, probari poſſit, Baptiſmum ſub conſueta verborum forma adminiſtratum eſſe verum & legitimum Chriſti Baptiſmum? &c. (b)

(a) in Bibliotheca Jeſuitica, p. 267.
(b) Vid. Henningus Witsenius D. B. ad annum MDCXXVII.

§. XIII.

Digitized by Google

§. XIII.

Ante exortam noviter Evangelii lucem inter Sueciæ Præſules claruit CONRADUS, (a) nobili in Suecia loco prognatus, Epiſcopus Aboënſis. De quo audiemus Jo. Meſſenium, (b) rerum quippe Suecicarum ſcientiſſimum: M. CONRADUS (inquientem) nobilis viri, Henrici Bitz, Caſtellani Abogenſis filius, Senis in Italia apud Bernardinos, cum facultate Pii II. inſignia cepit Epiſcopalia; ſed in patriam inde reverſus, ſacellum omnium S.S. fabricat, illud uno die cum XII. in Eccleſia Cathedrali conſecrans alteribus; atque ad canendas jugiter horas in memorato Sacello Virgineas ab illo inſtitutas, Cantorum liberali ſuſtentationi, Eccleſiam Abogiæ parochialem & ampliſſimos illius aſſignavit reditus; In Cœnobium quoque vallis Gratiæ, ipſius authoritate confirmatum, Cœnobitas utriusque ſexus ſub perpetua introduxit Clauſura; Denique Cœniterium Cathedralis Eccleſiæ univerſum affabrè reſtauravit. His aliisque per hunc ſumptuosè completis Antiſtitem operibus, in arce Cnuſtenſi, quæ tempore illius cum plurimis maximi momenti Eccleſiæ Cathedralis Diplomatibus & monumentis conflagravit,

gravit, poſtridie B. Gregorii Papæ, anno MCDLXXXIX. expiravit, & in Choro DD. Petri & Pauli tumulo nonnihil elevato commendatus. (c)

(a) Alius ab eo eſt *Conradus*, Abbas Urſpergenſis. De quo B. D. David Chytræus noſter in Chronologia Herodoti & Thucydidis, p. 96. edit. Roſtoch. MDLXXVIII. in 8vo: Inter omnes (inquit) Germanicos Scriptores Veteres lectu utiliſſimus eſt, nemo enim unus de rebus Germanicis plura complexus eſt. Nec quiſquam diligentius & accuratius omnium rerum geſtarum tempora adnotavit. Quæ ab anno poſt diluvium exorſus, continuâ ſerie usque ad Friderici II. Imperatoris annum XX. qui eſt à nato Chriſto annus 1210. contexuit. Eſt autem Urſperga monaſterium Sueviæ, paucis milliaribus ab Auguſta Vindelicorum diſtans verſus occaſum. Addita ſunt autem Chronico Urſpergenſis Paralipomena rerum, quæ annis 300. poſtea in Germania & reliquo ferè orbe Chriſtiano usque ad noſtram ætatem memorabiles acciderunt: cognitu digniſſima: ex quibus permulta in primis editionibus Chronici Carionis ad verbum deſcripta ſunt. Vid. Thomas Crenius de Libris Scriptorum optimis & utiliſſimis Exerc. II. §. XIV. p. 21.

(b) Fuerat Johannes ille Meſſenius Oſtrogothus; Phil. D. & Poëta Coronatus, Eloq. pri-

primum & Juris Prof. Upſal., poſt Regii Dicaſterii Holmenſis Aſſeſſor, multis ſcriptis inclytus; qui verò tandem carceri Cajanoburgenſi incluſus eſt, in quo vitam finiiſſe dicitur. Vid. Jo. Schefferi Argentoratenſis Suecia literata (Holmiæ primum excuſa MDCLXXX. & poſtmodum à Jo. Möllero, Flensburgenſi, Bibliothecæ Septentrionis eruditi inſerta, MDCXCVIII. Num. V.) p. 83.

(c) in Chronico Epiſcoporum per Sueciam, Gothiam & Finnlandiam, (de quo videri poteſt Wilh. Ern. Tentzelius in Colloquiis Menſtruis de anno MDCXC. p. 154. ſeq.) ed. Lipſ. MDCLXXXIV. in 12. cap. XII, Num. XVII. p. 149. ſeqq.

§. XIV.

Haud vulgarem apud ſuos conſecutus eſt eruditione Theologicâ famam FRANCISCVS DE CVNIGA, natione Hiſpanus, patriâ Cantaber, domo Nobilis, è Soc. Jeſu, Philoſ. in Academia primum Compoſtellana, Theologiæ poſtmodum in Salmantina Profeſſor, qui anno ſuperioris ſeculi quarto decimo, ſuæ verò ætatis quadrageſimo tertio vivere deſiit. (a) De eo ſequentia reperio apud Alegambium: *Franciſcus de Cuniga - - ſpretâ hæreditate lautiſſimâ, & patris lacrymis, Societati ſe Burgis addixit,*

in

in qua confectis Philoſophiæ ac Theologiæ ſtudiis, oſtendit reipſa, poſſe in malè tornato corpore pulchram animam habitare: cùm enim ad ſubtiliores diſciplinas, ob vultus totiusque corporis quandam quaſi ruſticitatem videretur ineptior, eò tamen evaſit doctrinæ, ut Philoſophiam Compoſtellæ, Theologiam Salmanticæ ſummo cum plauſu omnium explicaret. (b) Proſtat ejus Tractatus poſthumus de SS. Trinitate, in primam partem Summæ S. Thomæ. (c)

(a) Vid. Henningus Wittenins D. B. ad annum MDCXIV.

(b) in Bibliotheca Jeſuitica, p. 120., non verò p. 104. quæ per mendum citatur Kônigio in Bibliotheca Vet. & Nova, p. 227. b.

(c) ed. Lugduni anno MDCXXIII. in 4to.

§. XV.

Quæ ſuam debet Amſtelodamo ruinam, florentiſſima olim Antverpia, nobilibus dedit natum parentibus Hiſpanicis Seculi ſexti decimi ſub medium MARTINVM ANTONIVM DELRIVM, qui, quamvis ſplendidiſſimis, ſub Philippo II. Hiſpaniarum Rege, Cancellariatus & Regii Fiſci Quæſturæ fungeretur officiis, ſua tamen ſponte iisdem

depoſitis, quæ à Jeſu adpellationem ſortita ſuam eſt, Societati nomen profeſſus defunctus eſt in illa ſeculi ſuperioris anno octavo. De eo Antonius Sanderus: *Delrius* (inquit) *Vir maximis hujus ævi Heroibus adnumerandus, Poëta, Orator, Hiſtoricus, JCtus Theologus, variorum item idiomatum ſcientiſſimus.* (a) Aubertus Miræus: *Hiſtoricos omnes,* (ait) *cùm ſacros tùm profanos, Philoſophos, Theologos, omnium denique diſciplinarum ſcriptores ſic exhauſerat, nihil ut ignorare, & , quod diſceret, deeſſe videretur.* (b) Hieremias (perperam Hieronymus Jo. Andr. Boſio vocatus (c)) Drexelius, qui Delrio uſus eſt familiariſſimè, librorum eundem helluonem adpellat. (d) Cujus de eo quoque ſunt ſequentia: *Delrius Latinè, Græcè, Hebraicè, Chaldaicè, Flandricè, Hiſpanicè, Italicè, Gallicè, Germanicè ita loquebatur,* (*ſunt diſtincta novem idiomata*) *ut in plerisque eloquentiſſimus, in nullo hoſpes eſſet. Q. Ennius, teſte Gellio, tria corda habere ſeſe dicebat, quod loqui Græcè, & Oſcè, Latinè ſciret. Num igitur non novem corda habuerit Delrius, qui novem linguas percalluit? Poëtarum, Oratorum ac Hiſtoricorum ſcripta omnia, quæcunque in quibuscunque Belgicæ bibliothecis reperiri poterant, magnâ cum cura & diligentia*

evo

evolnit. (e) De ſtudendi ratione idem ſequentia conſignavit: Studendi rationem Delrius hanc tenuit. Cum pubertatis annos nec dum attigiſſet, primo mane ipſo diei crepuſculo, poſtquam rei Divinæ interfuit, intinctum vino panem modicè ſumpſit, dein ſubitò ſe illatebravit in cubiculum, quod ei ſub bibliotheca ſeu technophyon quoddam fuerat. Hic ſellam & pluteum ſubjectis rotulis ita fabrefieri curaverat, ut levi pedis impulſu, per omnia circum pulpita & loculamenta,, ſeipſum, omnemque ſtudiorum ſupellectilem circumveheret; illi cum inſediſſet, non prius inde dimovebatur, quam adulta nocte tempus; & familiaris ephebus ad cœnam, non raro invitum ac reluctantem cogeret. Ita totos ſoles dieſque totos in muſeo impranſus, veluti jam ſepultus inter libros exegit. (f) Inter ſcripta nemini non notæ ſunt Diſquiſitiones Magicæ in tres Tomos, ſex libris diſtinctos, diſtributæ, quas opus illuſtriſſimum vocat Drexelius, (g) diligentiæ & accurationis cæteris in hoc argumento laudem præripere judicat Dn. D. Fechtius. (h) Morhofius non minimum illis tribuit: *Ad noſcendum itaque*, inquiens, *omne genus iſtarum nequitiarum* (in Magia ſcil. illicita ſive dœmoniaca occurrentium)

conferent Diſquiſitiones Magicæ Mart. Delrii. (i) De ſcriptis Exegeticis ſequentia commemorat Drexelius: *Nec omittendum magni laboris & limati judicii opus in Cantica Canticorum. -- Scripſit & in Threnos Hieremiæ. In omnes Sacræ Scripturæ libros non facem modò accendere, ſed Pharum attollere meditabatur. In Geneſin dedit; reliqua mors intercepit.* (k) De Adagiis ejusdem ſacris Morhofius: *Scripſit & Adagia ſacra Martinus Delrio, Hiſpanus* (Antverpienſem diximus, parentibus Hiſpanis natum) *Autor ſatis notus è Diſquiſitionibus Magicis aliisque ſcriptis. Habentur verò illic adagia è Patribus excerpta; ſed imperfectus ille labor eſt, quem quidem Aloyſius Novarinus ampliorem ſuſcepit, publicato ejusdem argumenti libro.* (l)

(a) de Brugenſibus eruditione claris.

(b) in Elogiis, apud Thomam Pope Blount in Cenſura celebriorum Autorum, p. 885.

(c) Diſſ. Iſagog. de comparanda Eloquentia civili, §. XXXIII. apud Thom. Crenium Methodorum Tom. II. Num. VIII. p. 428.

(d) in Aurifodina Artium & ſcientiarum omnium, Part. I. c. V. p. 23. edit. Colon. MDCXLIII. in 12.

(e) l. c.

(e) l. c. p. 25. Plura de eo dabit Alegambe in Bibliotheca Jeſuit. p. 323. ſeq.
(f) pag. 26.
(g) l. c.
(h) Colleg. MS. ad Hiſt. Eccleſiaſt. Seculi XVI. c. XXVII. §. IV.
(i) Polyhiſt. Philoſ. Lib. III. c. I. §. XV. p. 494.
(k) l. c. p. 26.
(l) Polyhiſt. Lit. Lib. I. c. XXI. §. XCIV. XCV. Pleniſſimè de cætero Delrii ſcripta recenſita videri poſſunt apud Alegambium l. c. p. 323. ſeq.

§. XVI.

Poſt Delrium ex eodem ordine commemorandus venit FRANCISCVS ESCRIVA, (perperam Wittenio Eſciva, (a) aliis, ſed iisdem mendosè, Scriba & Scribanius adpellatus (b)) Jeſuita non incelebris, Theol. Doctor, Canonicus & Collegii Cæſaraugustani Rector: natione Hiſpanus, patriâ Valentinus, domo nobilis, qui ſuperioris ſeculi anno ſeptimo & decimo, ſuæ vero ætatis octogeſimo ſeptimo inter vivos eſſe deſiit. De eo Phil. Alegambius: Societatem tum ſuîs lucubrationibus atque concionibus, tum verò magis authoritate, quâ valuit plurimum, illuſtravit. - - Omnium illi animos

conciliabat ingenuitas, integritas, candor, prudentia, rara morum facilitas & ſtudium de omnibus benè merendi. Solus ipſe ſui erat deſpicientiſſimus. Religioſæ diſciplinæ exactus obſervator. Nihil in victu cultuque ſingulare, ne in extrema quidem ætate, niſi coactus admiſit, & ipſe ſe interior quotidie flagellabat, & abjectiſſima quæque munia liber obibat. (c) Publicæ vitæ privatam eum prætuliſſe ex his Alegambii eniteſcit: Sed poſtea ad nullum alium Magiſtratum gerendum adigi potuit, tametſi præclaris ad gubernandum dotibus polleret. Privatâ vitâ delectabatur, per quam poſſet commodius in Sacræ Scripturæ ſanctorumque Patrum ſtudio verſari, quo unô mirificè capiebatur.(d) Præter Diſc. de Obligationibus ſtatus uniuscujusque, ſecundum quas judicabatur, Diſcurſus ſcripſit de quatuor Noviſſimis, quos Alegambius pietate, eruditione, brevitate ac perſpicuitate eximios & ad formandos Divini Verbi declamatores appoſitos vocat. (e)

(a) D.B. ad annum MDCXVII.
(b) vid. Alegambe in Bibl. Jeſuit. p. 121. a.
(c) loc. cit. p. 121. b.
(d) ibid.
(e) loc. all. add. Wittenius ad ann. cit.

§. XVII.

§. XVII.

Proximum ab iſto locum ſibi vendicat BARTHOLOMÆVS DE ESCOBAR (a) Hiſpalenſis Nobilis, è Soc. Jeſu, ad Indos Occidentales, quibus Evangelium prædicavit Miſſionarius & Sacerdos, anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum quarto & viceſimo, ætatis ſuæ tertio & ſexageſimo denatus. (b) De eo ſequentia habentur apud Alegambium: Bartholomæus de Eſcobar, natione Hiſpanus, patriâ Hiſpalenſis, nobili genere natus, in India occidentali ætatis anno 17. ſe ſocietati adjunxit, magnis à natura dotibus inſtructus. Ex lauta hæreditate, quam adiit, nihil in ſuum uſum, nihil in ſuorum commodum, ſed in pia opera convertit univerſam. Virtutibus magnis in ſocietate excelluit. - - Doctè ſimul & appoſitè ad fructum concionabatur; promptus ad omnem ſuperiorum nutum quovis loco ac tempore aliorum vices obire, factus certum ſuperiorum perfugium, qui nullam concionem expoſceret, nullam defugeret. (c) Ejus ſunt Conciones quadrageſimales & de Adventu: De Feſtis Domini: Sermones de Hiſtoriis Sacræ Scripturæ: Super omnes B. Virginis feſtivitates. (d)

(a) De hujus ὁμωνύμῳ, *Antonio de Eſcobar* è Soc. pariter Jeſu, prolixius paulò egi in Schediaſm. nupero de Eruditis Climacterico maximo denatis, p. 17. 18., unde heic denuò de eo agere ſupervacaneum duco.

(b) vid. Henningus Wittenius, D. B. ad annum MDCXXIV.

(c) in Biblioth. Jeſuit. p. 56.

(d) Vidd. Alegambius & Wittenius. ll. cc.

§. XVIII.

Inter celebriores ex Pontificiorum ordine Theologos, ceu heſperus inter cæteras ſtellas, eminet CLAVDIVS ESPENCÆVS, natione Italus, illuſtri ad Catalaunum in Campania loco natus, Profeſſor Theologus Pariſienſis Sorbonicus, denatus anno ſupra ſeſquimilleſimum primo & ſeptuageſimo. Vir in Philoſophicis Theologicisque ſtudiis ad ſtuporem usque verſatus. Unde haud abs re Virum pietate, candore & omnium diſciplinarum abſolutâ cognitione illuſtrem appellat Gerhardus à Stöcken, (a) adpoſitèque admodum integerrimum è Papatu Theologum Magnus Fechtius. (b) Is enim profectò, ſi quisquam alius, abuſus horrendos in Eccleſia Romana occurrentes dexterrimè detexit. Sic e. g. de Taxa pœnitentiaria (quam vocant) Apoſtolica, inſtituto, quod

quod cui vel mica ſalis ineſt, negare non ſuſtinebit, planè diabolico, judicat: *Proſtat & in quaſtu pro meretrice ſedet, liber hic palam & publicè impreſſus, & hodie quoque, ut olim, venalis, Taxa Cameræ ſive Cancellariæ Apoſtolicæ inſcriptus, in quo NB. plus ſcelerum diſcas licet, quam in omnium vitiorum ſumiſtis & ſummariis, & plurimis quidem licentia, omnibus autem abſolutio empturientibus propoſita. Parco nominibus, nam hæc ait, neſcio quis, ſunt ipſo penè tremenda ſono. Mirum, hoc tempore hoc ſchiſma depreſſum, tot tamque fœdorum tamque horrendorum ſcelerum velut indicem adeò infamem, ut non putem in Germania, Helvetia & ubicunque à ſede Romana defectum eſt, opus proſtare majore, quam hoc, ſcandalo, adeò tamen non ſupprimitur à Romanæ Eccleſiæ fautoribus, ut tantorum ac talium facinorum licentia & impuritates in facultatoribus Legatorum illinc huc venientium bona ex parte innoventur atque confirmentur.* (c) Scævolæ Sammarthani ſequens de eo eſt judicium: *Nemo Theologorum Pariſienſium major omnium ordinum concurſu & admiratione frequentes de rebus Divinis ad populum conciones, habuit quam Claudius Eſpencæus, nobili ad Catalaunum loco natus. Ut qui ad munus illud clariſſimum*

eximiam eruditæ facundiæ laudem, firmiſſimaque latera & geſtum oris maximè decentem afferret: tantiſper in eo, dum viribus imminente ſenio diminutis, ad ſcribendi laborem ſe contulit. Extant enim quam plurimæ de religione quæſtiones, ab eo Latinè Gallicèque magnâ ſubtilitate ac diligentiâ pertractatæ. Quarum rerum exiſtimatione permota Catharina, regis pueri mater, inſtituto, de rei Chriſtianæ controverſiis, apud Piſſiacum celeberrimo doctorum hominum congreſſu, hunc virum inter alios dignum cenſuit, cujus maximè operâ & judicio res tanti momenti diſceptaretur. (d) Sinceritate verò, de qua paulo ante, juſtoque zelo ſuæ religionis homines imò ipſos Collegas adverſus ſe concitavit idque effecit, ut majoribus dignioribusque, quæ merebatur, officiis haud fuerit admotus. Qua de re denuò Samnıarthanus: Nonnulla ſpe ſacri etiam galeri à ſummo Pontifice obtinendi: quem ei nec Italia invidebat, homini videlicet ex Apuliæ finibus oriundo maternumque genus ad illuſtrem Urſinorum familiam referenti. Sed occultus Collegarum livor hanc, viro de religione benè merito, juſtiſſimæ dignitatis occaſionem ademit. (e) Opera ejus uno Volumine continentur, quorum ſequens eſt inſcriptio. Clariſſ.

riſſ. Viri Claudii Eſpencæi, Doctoris Theologi Pariſienſis, Opera omnia, quæ ſuperſtes adhuc edidit. Quibus acceſſerunt poſthuma, à D. Gilberto Genebrardo, Doctore Theologo Par. & Hebraicarum Divinarumque literarum Profeſſore Regio in lucem edita. Omnium Scriptorum Elenchus initio proponitur. Lutetiæ Pariſiorum, MDCXIX. in folio.

(a) in Thuano enucleato, apud Paulum Freherum in Theatro virorum eruditione clarorum, p. 227. a.

(b) De Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Seculi XVI. ubertate, lit. A. 2. a.

(c) ad Tit. I. Opp. p. 479. Plura ejus de fœditate vitiorum abuſuumque in Eccleſia Romana, videri poterunt apud M. Dan. Francum in eruditiſſima Diſquiſitione de Papiſtarum Indicibus librorum prohibitorum, (quâ ægrè carere poſſe Theologiæ Polemicæ ſtudioſum adſerit Thom. Crenius Animadv. Philol. Hiſtor. Tom. I. c. IV. §. VII. p. 66.) edita Lipſ. anno MDCLXXXIV. in 4to, cap. X. §. CLIV. p. 172. ſeq. & cap. XIII. §. CLXXXVIII. p. 207. ſeq.

(d) in Elogiis doctorum in Gallia virorum, Lib. II. p. 73. Elogia iſta à Sammarthano prudenter ſcripta affirmat Juſtus Lipſius in Epiſt. ad Dominic. Baudium. Magirus in ejus vita iſta de iiſdem judicat: *Elogia virorum*

Digitized by Google

rorum doctrinâ illuſtrium tantâ elegantia & ſtyli puritate ſcripſit Sammarthanus, ut quam proximè accedat, &, ſi auſim dicere, vix cedat quidem eloquentiſſimus priſcorum temporum Scriptoribus. Iſaacus Bullart. apud Thomam Pope Blount in Cenſura celebr. Autorum, p. 852. *Sed an,* inquit, *dum verba facio de ſublimibus illis fœtibus ſilentio prateream, praclarum illud opus, quod illuſtrium Galliæ virorum, qui ſeculo ipſius in Literarum profeſſione excellerant, memoriæ conſecravit: Doctorum gloria nunquam majori pompâ & reverentiâ fuit celebrata. Quoniam ingenii imaginem tantum delineat, ejus Elogia ſuccincta quidem ſunt, ſed ſplendidiſſimis Eloquentiæ Latinæ veneribus condecorata. Et ſanè in hocce labore non minus propriæ famæ, quam magnorum iſtorum diſciplinarum Geniorum celebritati litavit: Quandoquidem horum nomina Honoris Templo inſcribens, eidem ſuum inſculpſit, eô ſplendore, quem tempus delere nunquam poterit.*

(e) loc. cit.

§. XIX.

Non excludendum autumo à Nobilium Theologorum Pontificiorum numero GVILELMVM GIFFORDVM, (a) Lib. Art. Mag., S. Theol. Baccalaureum, Prof. primo Rhemenſem, dein Pontamuſſanum in Lotharingia, tum Decanum Inſulenſem in Flandria,

dria, porrò Academiæ Rhemenſis Rectorem, mox Ordinis Benedictini Priorem de S. Macclavio in Gallia & Congregationis Benedictinorum Præſidem nec non Archiepiſcopi Rhemenſis ſuffraganeum ac demum Archiepiſcopum & Ducem Rhemenſem, ſuperioris ſeculi anno viceſimo nono, ætatis ſuæ ſexto & ſeptuageſimo demortuum; illuſtri enim loco in Angliæ Comitatu Staffordienſi natus eſt. (b) Publico dedit ſub nomine Guilelmi Reginaldi Calvino-Turciſmum, ſive Calvinianæ perfidiæ cum Mahometana collationem libris IV., Antverpiæ MDXCVI. teſte Scavenio, excuſ., qui & eidem tribuit ſub nomine Guilelmi Roſſæi de juſta Reipublicæ Chriſtianæ in Regis impios & hæreticos animadverſione librum. (c)

(a) Diſtinguendus eſt ab homonymo *Johanne Gifforda*, pariter Anglo, cujus eſt Tractatus de ratione alendi Miniſtros. Vid. G. M. Kőnigius in Biblioth. Vet. & Nova, p. 346. a.

(b) vid Henningins Wittenius D. B. ad ann. MDCXXIX.

(c) conf. Vinc. Placcius de Anonymis & Pſeudonymis, p. 246 249.

§. XX.

ANTONIVS MARIA GRATIANVS (a) cum antiquâ gaudeat & illuſtri inter Italicas fami-

familiâ, nemo quæſo exiſtimet, nullam impræſentiarum nos ejus rationem habituros. Officia quod ſpectat, primum Cardinali Commendono in Legationibus à Conſiliis fuit, dein Abbas Saxiferratus, tum Sixto & Clementi IIX. PP. MM. ab Epiſtolis Latinis, demum Epiſcopus Amerinenſis & ad Chriſtianos Principes Nuncius Apoſtolicus, denatus ſuper. Seculi anno undecimo, ætatis ſuæ quinto & ſeptuageſimo. (b) Compoſuit Synodum Eccleſiæ Amerinæ: de Caſibus Virorum illuſtrium Tract: Vitam Joh. Franciſci Commendoni, Cardinalis: de bello Cyprio libros V., quæ omnia ſcriptorum egregiorum titulo ornat Henningus Wittenius. (c)

(a) Longo ante noſtrum tempore claruit *Gratianus* Cluſinus, Monachus Benedictinus, anno ſcil. MCXLV., qui Decreta Pontificum in unum opus redegit ac juxta materiarum diverſitatem digeſſit. Quod opus poſtea authoritate Gregorii XIII. anno MDLXXX. à mendis purgatum & integritati ſuæ reſtitutum eſt. vid. Königius in Bibl. p. 360. a. In Epitaphio Juris Cæſarei & Pontificii, enucleator prope divinus vocatur. Conf. Guido Pancirollus in JCtis III. 2. Quenſtedius de Patriis illuſtr. Virorum p. 324. Delrius apud Mareſium T. II. Syllog. p. 352.

p. 352. Calixtus in Epit. Theol. p. 94. & Jac. Thomaſius de Plagio literario. §. CCCCLII. In idem verò tempus ferè incidit ætas *Thomæ Gratiani*, MDCXXVII. defuncti, qui Anaſtaſin Auguſtinianam confecit, in qua Scriptores ordinis Eremitarum S. Auguſtini enarrantur, vid. Franc. Svveertius in Ath. Belg. Nec non *Stephani Gratiani*, JC., cujus extant Diſceptationes forenſes V. Tomis comprehenſæ, & MDCXIX. in fol. vulgatæ. Vid. Königius l. c. pag. 360. a.

(b) Vid. Wittenius D. B. App. Partis I. ad ann. MDCXI.

(c) loc. cit. vid. de illis quoque Sagitt. Introd. in H. E. c. XXVII. §. II. p. 722., c. XXXI. §. XI. p. 780.

§. XXI.

Nobili in Polonia genere ortum eſſe STANISLAVM GRODICIVM, è Soc. Jeſu, Theol. ſuæ Doctorem ejusdemque Vilnæ Profeſſorem, ut & Pultoviæ, Jarosleviæ, Poſnaniæ & Cracoviæ Collegiorum Rectorem, anno milleſimo ſexconteſimo tertio decimo, ætatis ſuæ ſecundo & ſeptuageſimo denatum, credere nos jubet, qui Vitam ejus expoſuit, Philippus Alegambius. (a) De eo notatu digniſſimum eſt, quod à ſtudiis ad mercaturam, ab hac denuò ad ſtudia redierit.

rit. Loquatur Königius: *Poſt navatam*, inquiens, *Philoſophiæ operam, mercaturæ ſe totum ſeptennium impendit; inde rurſus ad ſtudia ſe contulit & inſignis inter Pontificios Theologus factus eſt.* (b) Ejus merita ſequentibus dilineat Alegambius: Eô tempore Lithuania prope univerſa præceps ruebat in hæreſin, ſtudio novitatis, quam illi ſub Evangelii ſpecie proponebant Sectarii. Eos ubi de periculo P. Stanislaus admonuit & ſingulari eloquentiâ, eximia eruditione, vitæ probitate conciones inſtituit, ad eum audiendum magna animorum converſio facta eſt. Tunc enimverò facile illi fuit adverſa convellere, legitima firmare: tantumque dicendo & ſcribendo effecit, ut vulgò Lithuaniæ Apoſtolus audiret. Vilnæ complures annos Theologiam docuit, magno ingenii eruditionisque præconio, & quam concionando fidem aſſeruerat, ſcriptis pro re nata Commentariis defendit. Incomparabili ſedulitate divinis muneribus excipiendis ſe comparabat. (c) Prodire fecit Latinè Tomos VIII. Concionum pro Dominicis & Feſtis totius anni: Concionem de probandis Spiritibus per miſſionem ordinariam. Polonicè verò Regulas fidei Hæreticorum, quibus demonſtratur, Hæreſiarchas non Scri-

pturam

pturam S. ſed ſui cerebri ſomnia pro regulis habere: Conciones VI. de uſu Sacramenti Euchariſticæ ſub una ſpecie, perperam Wittenius: ſub utraque ſpecie. (d) Plura vid. apud Alegambium. (e)

(a) in Bibliotheca Jeſuit. p. 423.

(b) in Bibl. Veteri & Nova, p. 364. b.

(c) loc. cit. p. 423. b.

(d) Diar. Biogr. ad ann. MDCXIII.

(e) loc. all.

§. XXII.

Plures dedit Hiſpania nobiles Guevaras, ex quibus hâc vice quatuor ſaltem celebriores producemus Theologos, ſuis in Eccleſiam Romanam meritis inclytos. Primum inter eos locum occupat ANTONIUS DE GUEVARA, Senior, illuſtri apud Alavenſes familia oriundus, Ordinis Minorum S. Franciſci Frater, Imperatoris Caroli V. Concionator aulicus, Hiſtoricus & Conſiliarius, ac demum Epiſcopus Mindonienſis, qui curſum peregrinationis ſuæ abſolvit anno ſupra ſeſquimilleſimum quarto & quadrageſimo. De eo in Bibliotheca Hiſpanica variorum Autorum (a) ſequentia reperiuntur: Antonius Guevara, Ordinis Minorum & Mindonienſis Epiſcopus, lingua patria diſertiſſimus,

ut Caroli V. Eccleſiaſtes & Hiſtoricus ſit delectus. Inclaruit anno Chriſti 1540. ſolenni ſacello à ſe condito in ſua cathedrali Eccleſia ſepultus. Scripſit vernaculo ſermone, in quo affectaſſe nimium ſchemata viſus, pompâ quadam tumens, & antithetis putidè nimium iteratis lectorem enecat. In rebus Hiſtoricis eidem parum habendum eſſe fidei, cordatiores jam dudum obſervarunt probavitque idem multis B. Chriſtophorus Adamus Rupertus, Altorſinus, Hiſtor. in Acad. patria Profeſſor olim celeberrimus, Vir melioribus literis abundè dives, (b) Poëta feliciſſimus, Orator diſertiſſimus & Hiſtoricus planè inſignis, (c) in ſuo (quem vocat) Oratore Hiſtorico (d) & in Florum Commentario. (e) Scripſit ediditque inter alia Oratorio de Religioſi & eſſercizio de virtuoſi: L' Orologio de Prencipi, ſive de vita M. Aurelii Imp. & Fauſtinæ conjugis. Quem librum, quod Principem potiſſimum juventutis formet, multis æſtimari aſſerit Celeberrimus Burcardus Gotthelff Struvius. (f) In Bibliotheca verò Hiſpanica variorum Autorum (g) de eodem judicatur, quod pleraque in eo conficta ſint, non ex Hiſtoriis petita. Notatu digna ſunt, quæ de ſemetipſo in hocce Horologio alicubi ſcribit Autor: *LII. quos vixi,*

annis

is omnia hujus vitæ vitia delibare volui, tan-
: ut periculum facerem, an quicquam hu-
næ ſatisfaceret improbitati, ſed omnibus
ſpectis, tentatis, exploratis, cognovi, me,
plus comedo, eò magis fame enecari; quò
s bibo, eò magis ſitire; quo plus recreor, eò
gis frangi; quò plus dormio, eò magis, eſſe
ınolentum; quantò plura habeo, tantò plu-
petere; quò plus cupio, eò magis torqueri;
ò plus affecto, eò minus aſſequi, denique
nquam me deſiderio alicujus rei flagraſſe,
in eam adeptus & ſatietate captus, & mox
erius cupiditate incenſus ſim. (a) Cæterum
nſ. de eo Hier. Ghilinus (i) & Waddingus.
(k) Secundus eſt ANTONIUS DE GUE-
ARA, Junior, (l) ex JCto Palatino & Mili-
Sacerdos Philippi II., Hiſpanorum Regis,
rca Annum ſupra mille quingentos ter-
ım & octogeſimum Aulicus, S. Michaëlis
: Schalada Prior & tandem Eremita, cujus
:tant Comment. in Cap. I. Geneſeos, Pſal-
os & Habacuci Prophetiam. Diſtinxerunt
inos hoſce Antonios accuratè Bibliotheca-
ım Hiſpanicarum Scriptores, ut & Jacobus
irinus; (m) Confuderuunt eos Guilh. Cro-
ɔæus (n) & Joh. Chriſtoph. Becmannus (o)
riore dignitates ac officia utriusque, poſte-
iore amborum ſcripta uni eidemque Auto-

ri vindicantibus. (p) Tertius eſt HIERONYMUS DE GUEVARA, Segovienſis nobilis, Theol. Moralis Interpres & Concionator. De quo ita Philippus Alegambe: *Atque in hoc quidem munere ita excelluit, ut nunquam ſine admiratione auditorum dicat, ob exquiſitam adinveniendi ſagacitatem & inventa Patrum ac Scripturarum teſtimoniis firmandi, illuſtrandi, ſingularem præſtantiam.* (q) Quartus denique eſt JOHANNES BELTRANVS DE GUEVARA, Pacenſis Nobilis, Canonicus Abulenſis, Doctor & Cancellarius Pincianus, tum Regii Patrimonii Senator, porrò Archiepiſcopus Salernitanus, mox Præfectus Senatus Neapolitani, ac denique Compoſtellæ Metropolita, denatus ſuperioris ſeculi anno ſecundo & viceſimo, ætatis ſuæ octogeſimo primo. (r) Vulgavit inter cætera Diſcurſum de principio Monarchiæ in Sicilia, adverſus Card. Baronium. Inſerverat ſcil. hicce Baronius XI. Annalium Tomo longam de Monarchia Sicilia diſputationem, quam contra uſurpationem Hiſpaniarum Regis ſedi Pontificiæ vindicare voluit. Quâ re vehementer commotus Rex Philippus III. peculiari edicto, III. Octobris MDCX. publicato, quod exhibet Goldaſtus, (s) hunc XI. Annalium Tomum proſcripſit & à ſubditis

ſuis

is gravi ſub pœna haberi legique vetuit, eò quidem, ut duo etiam librarii, qui contra edictum illud exemplaria habuiſſent, ad iremes damnarentur. (t) Jam Baronius ſcanii Columnæ Cardinalis judicium eaper re exquiſiverat: qui verò exarata ad um Epiſtola moderationem in ea diſſertaone requirebat ac de acerbitate illius conuerebatur, rem ipſam non attingens.) Ad uam cenſuram prolixo ſcripto reſpondit aronius, quod hunc gerit titulum: De Moarchia Siciliæ cum Apologetico adverſus ;ardinalem Columnam. (u) Cui verò ſcrito Johannes noſter Beltranus de Guevara)iſcurſum ſuum, ceu diximus, oppoſuit.

(a) Tom. II. apud Freherum in Theatro Virorum eruditione clarorum, p. 117. b.

(b) judicio Celeb. Crenii Animadverſionum Philol. Hiſtor. Tom. I. c. IV. §. VIII. p. 68.

(c) juxta Königium in Bibl. Vet. & Nova. pag. 708. b.

(d) pag. 4.

(e) ad lib. II. c. XVII. §. XVII.

(f) in Bibliotheca Philoſophica, c. VII. § VIII. p. 145. Add. Möllerus in Homonymoſc. Sect. II. c. VII. §. LV. p. 682.

(g) apud Freherum l. c. & Königium in Bibl. p. 370. a.

 (h) in

(h) lib. III. c. XXIII.

(i) in Theatro literatorum Vol. I. p. 17.

(k) in Script. Ord. Min. p. 32.

(l) perperam Königius p. 416. Ant. de Huecara appellat.

(m) in Indice Autorum Alphabetico, quem Commentario Biblico præfixit,

(n) in Elencho Interpp. Script. p. 62.

(o) in Catal. Bibliothec. Francof. p. 215.

(p) vid. Jo. Möllerus l. c. p. 682.

(q) Biblioth Jeſuit. p. 185. b.

(r) à me idpropter ad Eruditos Climacterico maximo denatos, in Schediaſmate ea de materia ſuperioris anni ſub exitum edito, relatus, p. 22.

(s) de Rom. Monarchia Tom. III.

(t) vid. Jac. Aug. Thuanus lib. CXXXIV., Gramondus lib. I. Marcus Ant. de Dominis de Rep. Eccleſ. lib. IV. c. III. §. XXIX. lib. VI. c. XII. Paulus Sarpius Venetus in Hiſt. Inquiſitionis, ab Andr. Colvio Latinè verſa, p. 163. ſeqq. Gisb. Voëtius in Deſpeata cauſa Papatus, lib. II. p. 387. Jo. Hoornbeckius Miſcell. ſacr. lib. I. c. I. p. 21. Jo. Henr. Heideggerus in Hiſt. Papatus p. 311. & quos præterea citat Sagittarius Introd. in H. E. c. XIV. §. X. p. 298.

(u) edit. Pariſ. anno MDCIX.

§. XXIII.

§. XXIII.

Accedo ad ARNOLDUM HAVENSIUN, Sylvæducenſem Nobilem, è Soc. Jeſu, Theol. Doct. primo Collegii Colonienſis Rectorem, poſt Carthuſianum, Lovanii, Bruxellis, Leodii & Gandavi Priorem atque Viſitatorem, cui anno ſuperioris ſeculi nono, ætatis ſexageſimus nonus extitit fatalis. (a) Virum de univerſo ordine optimè meritum adpellat Freherus (b) Prodire fecit Speculum crudelitatis hæreticæ, (ſpeculum pravitatis hæreticæ appellat Königius (c)) ſive de crudelitate moribusque priſcorum ac recentium hæreticorum: De authoritate SS. Patrum in decernendis fidei dogmatibus: De erectione novorum Epiſcopatuum in Belgio librum. (d)

(a) vid. Wittenius D. B. ad annum MDCIX.

(b) in Theatro Virorum erud. clarorum, pag. 353. a.

(c) in Bibliotheca Vet. & Nova, p. 382. a.

(d) Conf. Franc. Sweertius in Athenis Belg. p. 142. Valerius Andreas Deſſelius in Bibl. Belg. p. 9. add. Sagittarii Introd. in Hiſt. Eccleſ. c. XX. §. XXI. p. 487.

§. XXIV.

Locum inter Nobiles Theologos Pontificios quod aſſignem HINCMARO Rhemen-

ſi, neminem malè habebit, cogitantem, non familiâ ſolùm apud Gallos nobili ortum, ſed & virum fuiſſe, judicio Trithemii Abbatis, in Divinis Scripturis ſingulariter doctum, ſapientiâ & morum honeſtate conſpicuum atque eloquentiſſimum. Profeſſus primò eſt Monachum in Monaſterio S. Dionyſii in Francia, tum in locum Ebbonis, ob conjurationem adverſus Ludovicum Pium Imperatorem remoti, adnitente Carolo Calvo Rege in Archiepiſcopum Rhemenſem (unde Rhemenſis cognominatus) promotus. De eo Matth. Flacius Illyricus ſequentia conſignavit: *Hincmarus fuit Archiepiſcopus Rhemenſis, vir doctus & pietatis ſtudioſus. Sub Carolo Secundo, Ludovici Pii filio circa 870. Domini annum: tametſi & Magni Caroli tempora adoleſcens attigerit. Is dum corrigere vitia morbosque Clericorum conatus eſt, multum moleſtiarum à perdita vitæ Clero eorumque ad Papam appellationibus, imò & à Papis ipſis ſuſtinuit.* (a) Philippus Labbeus: *Quamvis* (inquit) *in quibusdam eum aberraſſe,* (quâ de re & in Apparatu Sacro Poſſevinus: eum non modò dubiam, verum etiam conſtantem de ſe reliquiſſe opinionem, eum in plerisque haud rectè inceſſiſſe) *ut humanum eſt, nemo negare poſſit; conſtat tamen,*

men, inter ætatis ſuæ eruditiſſimos ac ſanctitatis & diſciplinæ Eccleſiaſticæ retinentiſſimos vindices meritò annumerandum eſſe. (b) Guil. Cave poſtquam aſſeruerat, Eccleſiæ leges & jura neminem illo melius intellexiſſe, neminem animoſius defendiſſe; de ſcriptis ejus ita judicat: *Tandem ad ejus opera deveniamus, multâ quidem eruditione, doctrinâ, pietate referta, & quæ Eccleſiæ Gallicanæ Hiſtoriam mirè illuſtrant, de quibus rectè Sirmundus, in iis nullum eſſe, quod utilitate ſuâ careat, & in quo præſtans Autoris judicium cum ſcientia copia non eluceat.* (c)

(a) in Catalogo Teſtium Veritatis, apud Thomam Pope Blount in Cenſura celebr. Autorum p. 344.

(b) de Script. Eccleſiaſt.

(c) in Hiſt. Script. Eccl. lit. apud eundem Blount. in Cenſura loc. cit.

§. XXV.

Huc quoque pertinet ANDREAS EUDÆMON JOANNES, natione Græcus, patriâ Cydionus, è Creta Inſula, ex Imperatoria Palæologorum familia oriundus, è Soc. Jeſu, Romæ primum Philoſophiæ, dein Patavii Theol. Prof., denique Collegii Græcorum in urbe Romana Præpoſitus & S. Inquiſitionis in ſacro Tribunali Cenſor, qui vivere

deſiit ſuperioris ſeculi anno quinto & viceſimo. Virum linguæ utriusque juxta peritum ac Theologum egregium, ſummâ & ingenii acrimoniâ & judicii præſtantiâ præditum, multiplici Divinarum humanarumque rerum eruditione inſtructum adpellat Phil. Alegambius. (a) Præter Caſtigationem Lamb. Danæi pro Card. Bellarmini controverſiis: De Antichriſto Libros III. adverſus Rob. Abbatum, Anglum Oxonienſem: Epiſtolam monitoriam adverſus Joh. Barclajum: (b) Caſtigationem Apocalypſeos Thomæ Brightmanni Angli: Admonitionem ad Lectores librorum M. Ant. de Dominis, aliaque, quæ recenſita ſunt ab Alegambio (c) G. M. Königio (d) & Henningo Wittenio, (e) edidit Parallelum Torti ac Tortoris ejus, (f) quem librum nihil aliud niſi fœdiſſimam convitiorum & impudentiſſimorum mendaciorum cloacam eſſe monet doctiſſimus Cauſabonus in Epiſt. ad Frontonem Ducæum. (g) Adornavit quoque Refutationem Exercitationum Cauſaboni ad Baronii Annales libris duobus conſtantem. Quo de inſtituto ita judicat Caſp. Sagittarius: *Andreas ille Eudæmon Johannes, ex Creta oriundus, Societati Jeſuiticæ addictus, cùm jam vivum Caſaubonum ob Epiſtolam ad Frontonem*

tonem

tonem Ducaum, fuiſſet aggreſſus, nunc mortuo etiam leoni Refutatione Exercitationum libris II. inſultare cœpit. (h) De eo ut & Heriberto Rosvveydo, qui librum & ipſe ediderat contra Caſaubonum, hoc titulo: Lex Talionis XII. Tabb. Card. Baronio ab Iſaaco Caſaubono dicta, retaliente Heriberto Rosvveydo; ſuam ſic pronunciat ſententiam Adamus Tribbechovius: *Uterque nequam & indoctus, ſiquidem in vitam moresque Caſauboni invehendo defungi ſe optimè poſſe crediderunt; cæterum argumentorum colori cum pares opponere lacertos non poſſent, linguas tantum affricuerunt.* (i) Joh. verò Hoornbeckius ſcribit, Andream Eudæmonem ſcurriliter Caſauboni Exercitationes excepiſſe. (k) Contra Eudæmonem Jo. Prideaux Caſtigationem pro Caſaubono ſcripſit. Contra eundem ut & alios Caſauboni antagoniſtas Jacobus Capellus, Eccleſiaſtes & Profeſſor Theologus Sedanenſis edidit Vindicias pro Caſaubono, continentes examen præcipuarum controverſiarum, quas adverſus illum moverunt Heribertus Reſvveydus, Andreas Eudæmon Johannes, Julius Cæſar Bulengerus. (l) Quâ de re denuo Tribbechovius: (m) *Nec Caſaubono defuere Paraſtatæ, ac primum quidem Jacobus Capellus antagoniſtarum*

ſtarum trigam vindiciis ſuis excepit confecitque, cauſæ bonitate & ingenio multum hoſtibus ſuperior, etſi lectione Caſaubono inferior aliquantum, cui Roſvveydus hiſtrionico more ſuo rurſum reſpondit. Cæterum & hic Eudæmon uſitatam Caſaubono Græcæ linguæ cum Latina mixturam carpit Epiſtolâ quadam ad Caſaubonum, quam nuper in lucem primum produxit Thomas Crenius. (n)

(a) in Bibliotheca Jeſuit. p. 26. a.

(b) quæ & poſtmodum illata eſt Opp. Bellarmini Tomo VII. edit. Colon. MDCXVII. p. 998.

(c) in Bibl. Jeſuit. l. c.

(d) in Biblioth. Vet. & Nova. p. 283. a.

(e) D. B. T. I. ad annum MDCXXV.

(f) Colon. evulg. anno MDCXI.

(g) Conf. Caſp. Sagittarius Introd. in Hiſt. Eccleſ. cap. XXVII. §. II. p. 719.

(h) Introd. c. XIV. §. XVIII. p. 312. ſeq.

(i) in Prolegom. Exercitat. ad Baronii Annales, pag. 2.

(k) Miſcell. Sacror. Lib. I. c. I. p. 1.

(l) quæ prodierunt Sedani anno MDCXIX. eodem anno Francof. ad Mœnum recuſæ.

(m) loc. cit. apud Sagittarium l. c. p. 314.

(n) Diſſ. elegantiſſ. de Singularibus Scriptorum, §. LVII. p. 74.

§. XXVI.

§. XXVI.

Nec ſilendus eſt MARTINVS LIPSIVS,
uſti, celeberrimi iſtius Polyhiſtoris (a)
ınculus) *ſtudiis Theologicis & humaniori-*
r (quod à ſuis nactus eſt elogium) *per*
nem vitam deditus, Bruxellis nobili domo
tus, Canonicus primum regularis Lovanii
S. Martinum, dein Monialium in Mona-
rio Crucialenſico ditionis Leodienſis Præ-
ꝭtus, cui annus milleſimus quingenteſimus
intus & quinquageſimus extitit fatalis. Se-
ens ei epitaphium poſitum fertur: Frater
artinus Lipſius, Bruxellenſis, Vir egregiè
ctus, & qui perpetuò ſtudiis, quibus &
ımortuus eſt, incubuit. In caſtigandis
teribus autoribus usque ad ſupremum ſpi-
um inſudans. Teſtantur id Opera Augu-
ni, Hilerii & aliorum multorum ex ipſius
cognitione edita. Teſtis eſt & ipſe Ma-
obius, cum Symmacho ab illo caſtigatus.
ıit præterea vir iſte Eraſmi Roterodami
nicitia & ſcriptis Epiſt. ſatis clarus. Præ-
it monaſterio Crucilenſico cum multo ipſius
œnobii fructu, &c. Canonici Regulares
Conventu S. Martini hoc ſocio ſcripſerunt
ogium:

Squa-

Squallida multa ſitu veterum monumenta jacebant,
Abdebatque ſuo Bibliotheca ſinu.
Eruit hæc tenebris & caſtigavit uterque
Lipſius, antiquum reſtituitque decus.
Sic par conditio eſt, Martinum ſacra decebant,
Juſtus Romanam reddidit hiſtoriam.

Ejus curâ & ſtudio prodierunt Opera Hilarii Pictavienſis recognita A. MDL. excuſa. Perperam itaque editionem iſtam Ludov. Elias du Pin, Juſto Lipſio tribuit, (b) ceu obſervarunt Lipſienſes (c) & ex illis Jo. Möllerus. (d) De cætero vid. Hier. Ghilinus (e) & Paulus Freherus. (f)

(a) Quem eruditionis primæ, judicii maximi, ſcriptis eruditiſſimis jam pridem orbi notum adpellat Hier. Drexelius, in Aurifod. P. I. c. IV. p. 18. Judicia Thomæ Crenii vid. in ejusdem Animadverſionibus Phil. Hiſtor. Tom. III. c. II. p. 79. Tom. IV. c. I. §. VIII. p. 32. & alibi. Vitâm ſcriptaque prolixè recenſuit Adolphus Clarmundus in Vitis Clariſſimorum in re literaria Virorum, Part. I. n. XIII. p. 97. ſeqq.

(b) Tom. II. Nov. Biblioth. Autt. Eccleſ.

(c) in Actis Eruditorum, A. MDCXCIII. m. oct. p. 460.

(d) in

d) in Homonymoſc. Sect. II. c. VII. §. LXIX. p. 692.

e) in Theatro Ital. Virorum literatorum.

f) in Theatro Virorum eruditione clarorum, p. 164. b.

§. XXVII.

Nobilibus in urbe Mexicana, inter Ame-
ınas caput obtinente, parentibus Hiſpa-
natus eſt JOHANNES DE LEDESMA,
oc. Jeſ., Theol. ſuæ Profeſſor in Acade-
ı patria & Provinciæ totius Mexicanæ
ıcurator. De quo notabile eſt, quod
rtem ſibi prædixerit, quam invenit anno
ra milleſimum ſexcenteſimum ſeptimo &
eſimo, ætatis ſuæ Climacterico magno,
eſt, tertio & ſexageſimo. De illo ſequen-
lego apud Phil. Alegambium: *Ab ipſo
tim initio magnæ virtutis jecit fundamen-
quibus deinceps excelſum prorſus faſtigium
ɔoſuit.* (a) Et mox: *In ſtudiorum decurſu
ut ſcientia provehebatur magis ac magis,
ad eandem menſuram intendebat virtutes
s. Evaſit autem ad ſummum doctrinæ cul-
n, tantamque apud omnes auctoritatem,
difficilimis in rebus ferè decerneretur. - -
rtè vir doctiſſimus P. Didacus de Santiſte-
ı non dubitavit in cathedra citare Ledeſmam,
ıgiſter diſcipulum, cum eadem in exedra*

Theo-

Theologiam uterque, veteranus ille ante meridiem, hic à meridie novitius Profeſſor explicaret. Reliquit Commentariorum in S. Thomam aliarumque lucubrationum Tomos XIV, quos verò imprimi ut faceret, vivus induci non potuit. (b) Ex eadem Ledeſmarum nobili apud Hiſpanos familia nati ſunt ERANCISCVS de LEDESMA, qui collegit monumenta ordinis Minorum. (c) PETRVS de LEDESMA, qui Tractatum de matrimoio in publicum emiſit. (d) Et JACOBVS de LEDESMA, Vir ingenii & doctrinæ magnitudine nobiliſſimus adpellatus Phil. Alegambio, (e) itemque optimus & doctiſſimus, (f) de Collegio cumprimis Romano, cui præfuit, optimè meritus. Inter ſcripta ejus eſt de divinis Scripturis, quâvis paſſim linguâ non legendis: ſimul & de ſacrificio Miſſæ cæteriſque officiis in Eccleſia Chriſti, Hebræa tantùm, Græca aut Latina lingua celebrandis, Liber unus. (g)

(a) in Bibliotheca Jeſuit. p. 252. a.

(b) Conf. Henn. Wittenius D. B. T. I. ad annum MDCXXXVII.

(c) vid. Waddingus in Scriptis ordinis Min. p. 121.

(d) Königius in Biblioth. Vet. & Nova, p. 464. b.

(e) in

(e) in Bibliothec. Jeſ. p. 205. a.
(f) loc. cit. p. 206. a.
(g) Vid. Paulus Freherus in Theatro Virorum erud. clarorum, p. 235. ſeq.

§. XXVIII.

Dum plures è Societate Jeſu percenſeo ıeologos, non eſt oblivioni tradendus ısdem ſocietatis anteſignanus, IGNATIVS)JOLA, Cantaber Baro, qui cum militiæ, am ſectatus fuerat, pertæſus eſſet, (nulŋ ſiquidem decus aut emolumentum aliud æter membrorum mutilationem inde re›rtaverat) literis humanis divinisque anno ıtis ſuæ tertio & triceſimo operam dare :pit. In illis feliciter progreſſus, Socieem Jeſu, à Paulo III. P. R. promulgato ›lomate Anno MDXL. approbatam, priısinſtituit, ejusdemque Præpoſitus omnium mus conſtitutus eſt. Fato conceſſit anno ›ra mille quingentos quinto & ſexageſimo. ſp. Cunradus, Med. D. ſequens in eum mpoſuit epigramma: (a)

Quid mirere meos gaudentes cæde ſodales?
Qui pater hos genui, Martis alumnus eram.

ıtaphium verò ſequens à ſuis ipſi poſitum : Ignatio Lojolæ, Bertrani F., Cantabro,

Digitized by Google

familiæ ſacerdotum ſocietatis Jeſu conditori, qui pro ſalute patriæ annos triginta natus, in Pompælonis arce fortiter cum Gallis pugnavit, & acceptis mortiferis vulneribus, ſingulari Dei beneficio ſanatis, deſiderio viſendi loca Hieroſolymorum ſacra inflammatus, iter cœpit facere, caſtitatem vovens, atque ita ornamentis militaribus abjectis & repoſitis in Templo DEI Genitricis Mariæ Serrati Montis indutus ſacco & cilicio penè nudus relictus, hic inde primum jejuniis, lachrymis & orationibus flere anteactæ vitæ crimina meruit, & vindictam de eis tyro Chriſti miles ſumere inchoavit. Tantæ rei memoriæ conſervandæ ergò ad DEI gloriam & ſplendorem claritatis ſocietatis ſuæ Joan. Bapt. Cardona Valentinus Auſetanus Antiſtes Dertuſanus deſign. ſanctitati ſocietatique ejus dicatiſſimus Viro piiſſimo optimè de publica re Chriſtiana merito fieri curavit. Quincto Xyſto Pont. & Philippo II. Regum Max. (b)

(a) in Proſographiæ Melicæ Millenario II. apud Paulum Freherum in Theadro Virorum eruditione clarorum, p. 170.

(b) Conf. de eo Thuanus enucl. Gerhardi à Stöcken, & Bibl. Hiſp. variorum Autorum in Vita Jo. Bapt. Cardonæ; ex qua ſua transſumpſit Freherus, l. c, p. 169. ſeqq.

§. XXIX

§. XXIX.

Produximus ſupra ex Suecia *Conradum*,
'ræſulem tempore Papatus Aboënſem; jam
x iisdem terris ſeptentrionalibus alium ſiſti-
nus Nobilem Theologum, nomine pariter
neritisque MAGNUM, durantibus adhuc
enebris papalibus Aboënſium Epiſcopum,
nno Chriſti milleſimo quadringenteſimo ſe-
undo & quinquageſimo, ætatis ſuæ nonage-
imo quinto denatum. De quo præter ea,
uæ coſignavit Joh Meſſenius, non memini
uicquam me hactenus apud quenquam le-
iſſe. Hunc verò in modum Meſſenius:
MAGNUS, nobilis & famoſi illius Vaſalli
Olai Tavaſti generoſus filius, cujus tanta in
Eccleſiam Abogenſem ſunt cumulatim me-
ita collata, ut præter DD. Hemingum &
Henricum, nemo omnium Antiſtitum Abo-
enſium in hoc ipſi conferendus. Siquidem
acellanus Regis Erici Pomerani, & Archi-
Diaconus exiſtens Abogenſis, conſenſuque
ohannis XXIII. Archiflaminis Romani An-
o MCDXXII. in Præſulem Romæ Abogen-
em inſignitus, domumque reverſus, caſtrum
Cnuſtenſe multum adauxerit, Curiam Abo-
iæ Epiſcopalem, Sacellum Corporis Domini
& Cœnobii Vallis Gratiæ adytum cum choro
rimario fundaverit, Eccleſiam Cathedralem

 anno

anno MCDXXIX. exuſtum eleganter reſtauraverit, Archi-Diaconatum reditibus cumulaverit, Caput & brachia D. Henrici procuraverit, rediens ex votiva in Terram Sanctam inſtituta peregrinatione, Venetiis exquiſitiſſima in uſum Eccleſiæ Abogenſis ornamenta libroſque comparaverit; juxta quamlibet ſuam per Diœceſin Curiam, magnam pauperum & ægrotorum frequentiam aluerit; Denique in Templo pius, in Senatu prudens, Regi, Nobilitati, Clero, Indigenis & alienigenis extiterit percharus. Sed mundanas tandem pertæſus ſolicitudines, poſtquam XXXVIII. in Cathedra compleſſet annos Abogenſi, illi renuncians, biennio in Curia prope Cœnobium Vallis Gratiæ conſtructa commoratus eſt, quo evoluto IX. Maji ætatis XCV. ſed Chriſti MCDLII. illic mundo valedixit, Abogiæ in Choro Chriſti ſepulturæ conſignatus. (a)

(a) in Chronico Epiſcoporum per Sueciam, Gothiam & Finnlandiam, ſive Compendio Hiſtoriæ Eccleſiaſt. Suecanæ, ed. Lipſ. anno MDCLXXXIV. in 12mo, cap. XII. num. XVII. p. 149. ſeqq.

§. XXX.

Nobilibus in Hiſpania Boetica parentibus JOHANNEM MALDONATUM, (a) è Soc.

è Soc. Jeſu, Theologiæ Profeſſorem primò Romanum, dein Pariſienſem, prognatum aſſerere nulli dubitamus, cum præter Alegambium, de vita ejus prolixè agentem, plures uno illud ore confirment. Theologum eruditione inter Pontificios nemini ſecundum, in eo certè ſine pari dicere auſim, quod, ubicunque docuit, tanto ſtipatus Auditorum numero fuerit, ut Auditorium, quamvis maximum ampliſſimumque non caperet univerſos, ipſeque adeò in aperto ſæpè atque in viis publicis docere neceſſe habuerit. (b) Profeſſus eſt (inquit Alegambe) Theologiam magnâ celebritate ingentique Auditorum concurſu & fructu; ut vox ipſius ex illo celebri theatro per univerſam Galliam quam latiſſimè exaudiretur, & vix doctus eſſet quiſpiam, Epiſcopus, Abbas, Concionator, Parochus, qui non ad Scholam ejus ventitaret: ne ipſi quidem Calviniſtæ & Calviniſtarum Miniſtri ipſius Prælectionibus abſtinerent. Duabus quotidie tribusvè horis ante ſubſellia certatim implebant, quam ludum ille ingrederetur, ne excluderentur. Ex Schola ejus prodierunt viri eruditi quamplurimi, & vix quiſquam poſtea fuit in Gallia, qui cum ejus auditor eſſe non potuiſſet, quæ in Scholis dictaverat, ſibi do-

mi deſcripta non haberet. (c) Et poſt quædam; *Fuit is vir multis à DEO magnisque donis cumulatus, ingenii ſubtilis, judicii admirabilis, memoriæ excellentis, diligentiæ incredibilis, indefeſſi ſtudii, laboris ſupra corporis vires aſſidui.* (quô morbum mortemque ſibi contraxit (d)) - - *Hinc eximiam ejus & reconditam, eruditionem, ſummam in docendo gravitatem, prudentiam, modeſtiam, quâ omnes ad ſe facilè raperet & ſtudio veritatis incenderet: doctarum linguarum peritiam, in concertatoria Theologia efficacitatem, præſtantiſſimum ingenium eximiamque doctrinam omnes paſſim Scriptores depredicant.* (e) Ex multis Alegambio concinentibus vidd. Gilbertus Genebrardus, (f) Joh. Mariana, (g) Antonius Poſſevinus, (h) Florim. Remondus, (i) Herm. Langevelt, (k) Daniel à Jeſu (l) Andr. Sauſſajus (m) & Franciſcus Svvertius. (n) Hermannus certè Conringius, Vir πολυμαθέστατος, doctiſſimum appellat Jeſuitam, adeoque maximè γνήσιον Papiſtam, nec non virum doctrinâ & ingenio præſtantem. (o) Jacobus Auguſtus Thuanus Virum exaſciati judicii. (p) Iſaacus Caſaubonus acris & magni ingenii virum. (q) Matthæus Polus acutum & eruditum Interpretem. (r) Idem Scriptorem ingenii atque eruditionis nomine

ne laudandum, quamvis manifeſto partium ſtudio in ſequiora non raró abreptum. (s) Optimis Pontificiorum Interpretibus eundem accenſet his verbis Thomas Crenius: *Optimi verò* (ex Interpretibus Pontificiis præter Lorinum, de quo pauló ante dixerat) *ſunt, quos in gratiam diſcentium Studioſorum hic numero. Benedictus Pererius, Nic. Serarius. Joan. de Pineda, Caſp. Sanctius, Corn. Janſenius, Joan. Maldonatus, Guil. Eſtius & Benedictus Juſtinianus. Hi enim, quia præ cæteris occupatiorem in verbis Sancti Spiritus expendendis animum habuere, parciore nugas, fabulas & legendas, huic aliàs hominum generi uſitatiſſimas, obtulerunt manu.* (t) Præter Commentarios in Jeremiam, Ezechielem, Danielem, qui haud parvi fiunt ab Eruditis, in quatuor Evangeliſtas opus elaboravit doctiſſimum, de quo Thuanus: Nihil (inquit) vivens (Maldonatus) publicavit. Poſt mortem ejus operâ ac curâ Clementis Puteani ex eodem ſodalitio viri doctiſſimi prodierunt eruditiſſima Commentaria in IV. Evangeliſtas Muſſiponti edita, meliora & integriora multorum judicio futura, ſi ſuperſtite authore edita fuiſſent; quibus tamen ſi pari diligentiâ elaboratæ in Acta Apoſtolorum & Apoſtolicas Epiſtolas interpretationes, quas

ſcripſiſſe illum conſtat, olim accedant, habebunt profectò omnes docti & pii opus paucis in hoc genere comparandum, & quod unum multorum inſtar eſſe poſſit. (u) Nihilominus tamen doctiſſimus Jeſuita non à Proteſtantibus ſolum, ſed & à ſuorum quibusdam plagii accuſatur. Inter illos Eruditisſimus Cauſaubonus, cujus elogia legantur alibi, (x) *Scriptor*, inquit, *maledicentiſſimus, qui eò nomine Theophylactum reprehendit, ſi apud aliquem Proteſtantium, quorum obſervationibus tot locis utitur pro ſuis, hallucinationem huic ſuæ parem deprehendiſſet, quas verborum ampullas edidiſſet?* (y) Inter hos Thomas Malvenda inter alia: *Proteſtantes,* ait, *de eo queruntur ſæpiſſimè, quod eorum ſcripta ſit ſuffuratus.* (z) Quibus Crenius ſequentia ſubnectit: *Quæ pluribus adducere volui, ut Lector ſciret, non ab omnibus Papiſtis æquè magni Maldonatum haberi.* (aa) Et poſt quædam: *Nec improbat Malvenda Proteſtantium accuſationem, quâ plagii Maldonatum arceſſunt.* (bb) Ex Scaligerianis verò fratrum Puteanorum (cc) hæc citat: *Maldonatus in Evangelia maledicens, inſignia tamen quædam habet bona, ayant tout pris de Monſieur de Beze; il en mesdit: quando aliquid habet boni, furatur à Calvino, & ut agnoſcas,* male-

maledicit ei, ut Euſebius ex Africano conatur furta ſua tegere.

(a) Probè diſtinguendus venit ille ab altero *Johanne Maldonato*, Sacerdote Burgenſi, diſcreto Latinæ linguæ ſcriptore, qui floruit circa Annum Chriſti MDL. & Sanctorum Vitas compendio ſcripſit. Conf. Bibliotheca Hiſp. variorum Autorum, & ex ea Freherus Theatr. Virorum erud. clarorum, p. 256. a.

(b) Vid. G. M. Königius in Bibl. Vet. & Nova, p. 498. b.

(c) in Biblioth. Jeſuit. p. 255. b.

(d) Unde ad Eruditos ſtudiorum intemperie mortem ſibi accelerantes refertur à M. Joh. Chriſtoph. Tſchantero in Diſſ. ea de materia, publicè propoſ. Lipſiæ Anno MDCCIV., cujus Sect. I. Hiſtor. cap. I. §. XX. hæc de eo ſunt verba: *Ubi* (Romæ, quo à Gregorio XIII. Pontifice vocatus fuerat, ut operam ſuam conferret ad Græcam editionem LXX. Interpretum procurandam, veluti teſtatur Thuanus Hiſtor. Lib. LXXVIII. ad annum MDLXXXIII. p. 637. edit. Genev. MDCXX.) *Vir aſſiduus in ſtudiis & lucubrationibus ſuis exactè digerendis intentus, ex nimiis vigiliis contracto morbo deceſſit.*

(e) loc. cit. p. 256. b.

(f) in Chronol. ad Ann. Chr. MDLXXXIII.

(g) Præf. Scholiis ſuis in Scripturam S. præfixa.

ac univerſæ, tum ſacra tum profana antiquitatis promocondo, quem Literatorum etiam Principes ſplendidiſſimis exornare elogiis, mox fulgentiſſimum Galliæ lumen ac immortale literatorum decus columenque antiquitatis, (Joh. Juſtus Scaliger in Epiſt. ad Caſaub.) *mox Eruditorum Phœnicem,* (Dan. Heinſius in Theor.) *mox ſolem Eruditorum, ætatis decus, omnes doctrinæ opes velut in ſanctiore quodam ingenii ærario reconditas habens* (Thom. Lanſius in Orat. pro Gallia) *appellare non dubitarunt. Tantum ſcil. famæ & exiſtimationis ex præſtantiſſimis ingenii induſtriæque ſuæ monumentis eſt conſecutus, quibus rem auxit literariam, ſcriptores & mores corruptos emendavit ac tantum non univerſam illuſtravit antiquitatem. A teneris etenim unguiculis illi ſuppetebat rara linguarum cognitio, in Græcis vix ſecundum, nedum parem habebat; non deerat ſacræ nec hiſtoricæ veritatis illuſtrandæ ſtudium, &c.*

(y) Exerc. I. in Adparat. Annal. Baronii, num. VIII. §. IX. p. 63. edit. Londin. MDCXIV. in fol. apud Thom. Crenium Anim. Philol. Hiſt. Tom. X. c. II. §. VIII. p. 195.

(z) De Antichriſto Tom. II. Lib. X. c. XII. p. 155.

(aa) Diſſ. elegantiſſ. de Furibus librariis, num. LXIX. p. 78.

(bb) loc. cit.

(cc) p. 213. ſeqq.

§. XXXI.

Digitized by Google

§. XXXI.

Ex Hiſpania in vicinam progredientes Galliam, in eadem nobili prognatum loco conſpicimus PETRUM DE MARCA, Præſidem primò Parlamenti Navarreſienſis, dein Epiſcopum Cofferanum & Tholoſanum, ac demum Archiepiſcopum Pariſienſem, defunctum anno ſupra millo ſexcentos ſecundo & ſexageſimo. Quem Virum ſummâ eruditionis gloriâ illuſtrem ſummò equidem jure adpellavero; iis haud abs re à Magno Fechtio adnumeratum Gallis, qui in Hiſtoria Eccleſiaſtica cæteris Nationibus omnibus ſuperiore ſeculo palmam præripuerunt. (a) Vitam meritaque præter Paulum Fagetium, qui ſuam Commentationem Poſthumis Marcæ præmiſit, alius in Gallia magni nominis ſcriptor, ipſo Marcâ poſtmodum nullâ in re minor, Stephanus Baluzius, Tutelenſis, expoſuit, qui in Dedicat. Agobardi eum vocat *virum magnum, omniumque ſeculorum memoriâ dignum, itemque Eccleſiæ Gallicanæ jurium ac libertatis propugnatorem & ſtudioſiſſimum ac fortiſſimum.* (b) Ejus Opera de Concordia Imperii & Sacerdotii, ſeu de libertate Eccleſiæ Anglicanæ: de Primatu Lugdunenſi & cæteris Primatibus, cum Notis ad Canones Concilii Claromontani: De diſcrimine

mine Clericorum & laicorum, aliaque paſſim memorata Eruditis, (c) auro gemmisque contra habentur à plerisque. Fidem faciet Summus Fechtius noſter: *Petrus de Marca* (inquiens (d)) *Tholoſanus primum Epiſcopus, mox Præſul Pariſienſis, admirandi operis libro de Concordia Sacerdotii & Imperii, ſive de libertate Eccleſiæ Gallicanæ omnium ora, omnium oculos in ſe convertit. Cui cum postea varias de graviſſimis argumentis, utpote de primis Galliæ Apoſtolis, de Primatu Lugdunenſi, de Eucharistia, de Sacrificio Miſſæ, de Conſtantinopolitani Patriarchatus inſtitutione, de Epiſtolis Eutychii & Vigilii Paparum, aliaque id genus addidiſſet, ſummæ eruditionis famam & hunc promeruit* ἐπιτάφιον λόγον: „Petrus de Marca, illuſtri & antiqua gente „nobilis Benearnus, moribus, virtutibus, pie„tate, rerum gerendarum peritia, ſcriptis, „juris publici, divini atque humani, Eccle„ſiaſtici atque civilis ſcientiâ inter omnes „perinſignis. (e) De primo Opere Caſpar Sagittarius ſcribere nullus dubitat: *Sed verè incomparabile Opus eſt Petri de Marca, Nobilis Galli Barenſis, - - quod de Concordia Sacerdotii & Imperii, ſive de Libertate Eccleſiæ Gallicanæ inſcripſit, cujus alteram editionem Pariſienſem anni LXIX. Stephanus Baluzius,*

Tute-

Tutelenſis, inſignibus Additamentis auxit. Jam quidem prior editio anni LXIII. ſequenti anno die XVII. Novembris in Catalogum damnatorum librorum relata erat Romæ: ſed benè obſervant Auctores Ephemeridum Gallicanarum anno LXV. (Tom. I. p. 12.) hoc Decretum impedire non poſſe, quò minus magno ſemper, ut antea, pretio hic liber habeatur: cum nihil aliud contineat, niſi regulas certiſſimas, quæque optimè ſtare poſſint ſalvis Monarchiæ hujus legibus fundamentalibus. (f) Daniel verò Georg. Morhofius hæc commemorat: *Legendus & in hoc argumento* (de Jure Magiſtratus circa Sacra) *eſt Petrus de Marca de Concordia Sacerdotii & Imperii, ſive de libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ. Sed ille magis circa ſpecialia occupatus eſt, & circa Galliæ conſuetudines & jura.* (g) Interim hoc effecit libro iſto, ut Papa (ceu obſervavit nuper Eruditiſſ. Dn. M. Dav. Schultetus (h)) eundem in Archiepiſcopatu, nonniſi in mortis agone conſtitutum, confirmare voluerit.

(a) Colleg. MS. ad Adami Rechenbergii Summarium Hiſt. Eccleſ. Secul. XVII. §. VIII.

(b) Vid. Caſp. Sagittarius Introduct. in Hiſt. Eccleſ. cap. XVIII. not. (b) p. 421.

(c) Conf

(c) Conf. Sagittarius Introd. l. c. ut & cap. XX. §. LXXVI. p. 505. Mareſius Tom. I. contra Tirin. p. 221. Joh. Hallervordius in Bibliotheca curioſa p. 323. Sev. Walth. Slüterus in Propylæo Hiſt. Chriſt. Sect. II. p. 77. 88. 144. 147. 164. 182. 183. & 187.

(d) in Oratione de Viris in Gallia hodie eruditionis laude illuſtribus, Roſtochii, finito Academiæ Rectoratu, Anno MDCXCI. D. XX. Octob. habita.

(e) vid. Paulus Fagetius in Vita Marcæ, Poſthumis ejus præmiſſa, p. 120.

(f) Introd. in H. E. c. XVIII. § XVIII. p. 421. ſeq.

(g) in Polyhiſt. Pract. hoc ipſo anno primum evulgato, Lib. V. c. I. §. XXVII. p. 63.

(h) in der Schaubühne der gelehrten Jugend / in der erſten Oeffnung / p. 41.

§. XXXII.

Ex nobili in Italia Maſtrillorum Gente duo nobis commemorandi ſunt Theologi. Quorum prior eſt GREGORIVS MASTRILLVS, (a) Nolanus Nobilis, Societatis Jeſu ſocius, domus Romanæ & Neapolitanæ Profeſſæ Rector. De quo Alegambius: Domus Profeſſorum Romanam & Neapolitanam gubernavit, atque in hac plenus dierum & meritorum abiit ad cœlum 1633. (b) Italico edidit

dit idiomate Diſcurſus de Paſſione & morte Chriſti: de æterna generationeChriſti: Diſcurſus XXX. in Jonam Prophetam, aliaque quæ videri poſſunt apud Alegambium (c) & Henningum Wittenium. (d) Poſterior eſt MARCELLVS FRANCISCVS MASTRILLVS, & ipſe Nolæ nobili loco natus, anno ſupra mille ſexcentos tertio, è Soc. Jeſu & ad Japones, à quibus interfectus eſt, Miſſionarius. De eo hæc refert Alegambius: *Deprehenderunt altâ occupatum contemplatione* (Marcellum) *tantôque Spiritus ardore ſuccenſum, ut oris majeſtate perterriti, non auderent in eum manus injicere; donec ipſe decuſſatis ante pectus brachiis placidiſſimo vultu juberet. Ipſi tamen neſcio quid humano majus reveriti, modeſtiſſimè comprehenderunt: quo tempore tanto impetu terra movit, ut omnes perterrefecerit.* (e) Qui & ipſe poſt prolixè admodum explicatum mortis genus ſequentia ſubjicit: Hic exitus fuit invicti pugilis, quem fama inuſitatæ vocationis & opinione virtutis orbis uterque ſuſpexit. Certè priusquam Europâ excederet, quaqua tranſibat, capillos & quicquid uſu tractarat, vulgò in reliquias ſervabant. Ipſi hoſpites cubicula, lectos, ſellas, quibus erat uſus, ad venerationem adhibebant. Imò & Catholicus

Hiſpa-

Hiſpaniarum Rex cum inſolitis eum titulis coram appellaſſet, falſus eſt, ſe occulto quodam fulgore ſanctitatis inductum, ut notabili eum reverentiâ perſequeretur (f) Scripſit narrationem miraculi in ſe à S. Franciſco Xaverio, Indiarum Apoſtolo, patrati, quod auctoritate Franciſci Cardinalis Boncampagni Archiepiſcopi Neapolitani legitimè probatum eſt. Prodiit Italicè & Latinè Neapoli, Hiſpanicè Madriti & Viennæ Auſtriæ, Gallicè Luxemburgi. Plura vid. apud Alegambium. (g)

(a) Gregorium adpellat Henningus Wittenius D. B. T. I. ad Annum MDCXXXIII., ſed minus rectè.

(b) in Biblioth. Jeſuit. p. 164. b.

(c) loc. cit.

(d) ad annum cit.

(e) in Bibliotheca Jeſ. p. 321. a.

(f) p. 322. a.

(g) l. c.

§. XXXIII.

Antiqua eſt & nobilis Mendozarum in Hiſpaniæ Portugalliæque regnis proſapia (quæ verò utrum illi an huic primam referat in acceptis originem, me quidem fugit) ex qua recenſendi veniunt ſequentes: FRANCISCVS DE MENDOZA, Nobilis Olyſſip-

Digitized by Google

ponenſis, è Soc. Jeſu, in Patria & Conimbricæ Philoſophiæ primùm, poſt Ebrææ & S. literarum Profeſſor, Concionator & Collegii tùm Conimbricenſis tùm Eborenſis Rector & hinc Provinciæ Procurator, anno ſuperioris ſeculi ſexto & viceſimo, ætatis vero ſuæ quinquageſimo quarto demortuus. (a) De eo ſequentia lego apud Alegambium: *Floruit in eo* (Collegii Societatis, cujus adeò flagraſſe dicitur amore, ut à ſuis inclusus conclavi, ne ſocietatem, quam ambiebat, iniret, feneſtrâ ſeſe ejecerit, atque ſic Collegium ingreſſus fuerit) *inde usque à primis annis modeſtia, pax, puritas, tranquillitas, rerum humanarum deſpicientia. Ingenium ei fuit acre, motus cogitationis celeres, expediti judicii maturitas, memoriæ vis ingens: adhæc omni genere literarum affatim abundavit. - - Par ſibi ſemper in omni munere, hoc eſt, ſummus. - - Vir omnibus numeris abſolutus, Concionator, Scriptor, Doctor, Superior, Religioſus perfectus.* (b) Eidem omnigenâ literaturâ, morum vitæque innocentiâ ſummis viris par dicitur. Franciſcus de Macedo, Conimbricenſis, Vir elogio Alegambii (c) planè eruditus, ſequens Noſtro Epitaphium poſuit:

Siſte

Siſte Hoſpes; Jacet hic Mendoza. Quis ille? requiris?
Accipe. Erit merces hæc ſatis ampla moræ.
Hic patriâ Luſus. Genus alta à ſtirpe. Latino
Tullius eloquio. Carmine Virgilius.
Viſus Ariſtoteles Sophiâ. Documenta ſalutis
Dum dedit, os aureum dictus eſt Ambroſius.
Scripturâ Hieronymus. Paſtor bonus arte regendi.
Doctrinâ quantus, Laurea parta docet.
Et pius in Superos & moribus integer. Idem
His titulis tantus, ſpe quoque major erat.
Ex ille Regum monumenta & fama ſuperſunt.
Præterea cinis eſt, & dolor heu! Patriæ.

Autor eſt Commentariorum in libros Regum Tomis III., Viridario ſacræ & profanæ eruditionis operibusque aliis ab Alegambio & Wittenio (d) recenſitis. PETRVS GONGALEZ DE MENDOZA, Madritenſis Hiſpanus, Eccleſiæ primum Toletanæ Canoni-

cus, poſtea è Soc. Jeſu, Philoſ. & Theol. Moralis Profeſſor, Collegiorum Toletani, Complutenſis & Madritenſis Rector, tum Provinciæ Boeticæ Viſitator, denique Romæ pro Hiſpania & India occidentali Aſſiſtens, qui ad plures abiit ſeculi ſuperioris anno nono & quinquageſimo, ætatis ſuæ tertio & octogeſimo. Præter Conciones funebres edidit Tractatum de Matrimonio contrahendo inter Infantem Hiſp. Mariam & Walliæ Principem. (e) FERDINANDVS DE MENDOZA, Hiſpanus (non confundendus cum cognomine, Pro-Regis Neapol. Confeſſionario, poſt Archiepiſcopo Cuſcenſi, Tractatibus Moralibus famam adepto) Philoſ. Fregenalii & Hiſpali primum, poſt Theologiæ Moralis & Scholaſt. Aſtigi, Cordubæ, Hiſpali ac demum Madriti Profeſſor, cujus inter alia eſt Apologia pro Societate Jeſu. (f) PETRVS HVRTADVS DE MENDOZA, Hiſpanus Cantaber, Phil. Pompejopoli, & Theol. Valliſoleti & Salmanticæ Profeſſor, dein Collegii S. Ambroſii Valliſoletani Præfectus & S. Inquiſitionis Cenſor, ſeu (ut vocant) Qualificator, qui Commentarios in univerſam Philoſophiam, multis vicibus recenſos, edidit. *Indoles ejus*, Verba ſunt Phil. Alegambii, (g) *& ingenium lucent in* *ſcri-*

ſcriptis, quæ vulgavit; ea vix ſine laudis titulo à doctis hujus ævi Scriptoribus citantur. Dan. verò Georg. Morhofius: Petrus, inquit (h) *Hurtadus de Mendoza, Magni nominis Scholaſticus è Recentioribus, ſcripſit Curſum Philoſophicum, qui rarior eſt. - - In Theologicis exſtant ejus Diſputationes de Deo Homine, ſive de Incarnatione Filii Dei, magnâ diligentiâ conſcriptæ, in quibus omnes illæ controverſiæ à Scholaſticis agitatæ, vel ab Hæreticis motæ, operosè excutiuntur. Opus illud eſt excuſum Antverpiæ apud Martinum Nuthium in fol. A. 1634.* Et denique (ne mentionem faciamus DIDACI DE MENDOZA, officio quippe non Theologi, ſed Caroli V. apud Venetos Oratoris (i)) GREGORIVS HVRTADVS DE MENDOZA, Luſitanus, qui in Evangeiia totius anni Annotationes paravit. Anno MDCXXXVIII. editas. (k)

(a) Vid. Henningus Wittenius D. B. T. I. ad Annum MDCXXVI.

(b) in Bibliotheca Jeſuitica, p. 126. b.

(c) in eadem Bibl. p. 126. a.

(d) ll. cc.

(e) Conf. Wittenius D. B. T. I. ad Ann. MDCLIX.

(f) Vid. Alegambius in Bibl. Jeſuit. p. 110. b.

(g) in Bibl. Jeſ. p. 383. b.

(h) Polyhiſt. Philoſ. Lib. I. c. XIV. §. XL. p. 98.

(i) De eo ſequentem in modum laudatus Morhoſius in Polyhiſt. Lit. Lib. I. c. IV. §. XXII. p. 34. 35. edit. noviſſ: *Ut Bibliothecæ integræ in ſpolia cedunt, ita per furta inſidiæ MStis Codicibus ſtrui ſolent, qui vel planè ſubducuntur, vel mutilantur etiam à viris doctis. Quare præ cæteris à rapacibus unguibus ſecretius cuſtodiri ſolent, nec facilè ad eos admitti, niſi quorum explorata fides eſt.* Onerat hoc crimine Didacum Mendozam, Caroli V. apud Venetos oratorem Schoockius in Orat. IV. de libris & bibliothecis, cujus illinc ingenioſum furtum recenſet: *Ut ornare poſſet Bibliothecam, quam animo moliebatur, legatos à Beſſarione Theſauros expilavit, & quidem tam ſubtiliter, ut jurare auſim, nunquam furem aliquem doctius furtum perpetraſſe. Ad ſuos jam redierat gratus hoſpes, antequam aut perſentiſceret Reſpublica, aut quis ex Bibliothecæ procuratoribus. Nam armaria, ex quibus MSCtos & membranaceos codices abſtulerat, aliis vulgaribus & ejusdem prope molis libris replevit, ne ante deprehenderetur furtum, quam ſpecioſa ejus ejurandi foret ratio.* Putat tamen Morhoſius, in nomine erratum eſſe à Schoockio,

&

& tributum Didaco, quod alii tribuant Jacobo Hurtado de Mendoza. Monuit verò Tentzelius, unum eſſe idemque nomen Jacobi Latinorum & Didaci Hiſpanorum, Colloq. Menſtr. de Anno MDCLXXXIX. m. Jan. p. 15. 16.

(k) vid. Waddingus in Scr. Ord. Min. p. 147.

§. XXXIV.

Gallorum doctrinâ illuſtrium nitidiſſimò expreſſit ſtylo Elogia Scævola Sammarthanus. In illis de nunc memorando nobis JOHANNE MONLVCIO, Epiſcopo Valentino, nobili apud Condomenſes loco in Gallia nato, & anno ſupra mille quingentos ſeptimo & ſeptuageſimo denato, ſequentia refert: *Johannes Monlucius, cum in literis primâ ætate educatus, ad Religionis & Reipublicæ curam pari ardore amplectendam peracre ingenium & ſolidam eruditionem, cum eximia dicendi ubertate conjunctam attuliſſet, magnus omninò & admirabilis in utroque genere vir evaſit, adeò ut Epiſcopatum Valentiæ promeruit. Tunc ſacris concionibus nunc Valentiæ, nunc in Regis aula præclarè habitis, aulicorum animis deliciis & luxu diffluentes, ad ſeveriorem Chriſtianæ vitæ diſciplinam commodiſſimè omnium excitare viſus eſt, atque ob id efficacius, quod præter eas, quibus emine-*

bat, virtutes Oratore dignas, ipſa ſibi perſonæ dignitas magnam auctoritatem conciliaret. Nec in illa diſputatione apud Poſſiacum inſtituta, ubi amicè de Religionis rebus tractatum, ullus inter cæteros Galliæ Præſules repertus eſt doctior, qui Catholicorum partes defendendas ſuſciperet. (a) Eundem Monlucium Gerhardus à Stöcken Virum vocat doctrinâ & animo præſtantem & concordiæ in Eccleſia ſanciendæ perſtudioſum. (b)

(a) Elogiorum Lib. III. p. 96. ſeqv.

(b) in Thuano enucleato, apud Paulum Freherum in Theatro Virorum eruditione clarorum p. 247. a.

§. XXXV.

Binis ex Sueciæ regno ſupra productis Nobilibus Theologis unicum addimus MAGNVM NICOLAI, ortu nobilem & Epiſcopum, durante inibi Pontificis dominatu, Aboënſem, ipſo anno ſupra milleſimum quingenteſimo demortuum. De eo juvat audire Johannem Meſſenium, Scriptorem rerum Sueciarum ſcientiſſimum: M. MAGNVS NICOLAI, inquientem, non tantum generis nobilitate, ſed etiam animi conſtantiâ, doctrinâ & authoritate inſignis, qui Præpoſiti fungens Abogiæ officio, cippum illum æneum, quo Magni & Olai, Præſulum

ſulum Abogenſium tumulus eleganter inſternitur, Cathedræ ſumptibus ex Flandria procuravit: Sed Calendis Aprilis MCCCLXXXIX. latis ſuffragiis unanimiter deſignatus, & anno ſequenti feſto D. Johannis Baptiſtæ Ubſaliæ in Epiſcopum inſignitus Abogenſem, Cleri reformationi, libertatis Eccleſiaſticæ propugnationi, Archidiaconatus & Diaconatus reſtaurationi, convictui Canonicorum communi apparando, animosè & labriosè ſumptuoſeque ſe accinxit compleyitque. De numero autem vivorum ſublatus Abogiæ, feſto Gregorii Papæ, anno ſeculari MD. ante aram Salvatoris in ſacello SS. omnium tumulatus. (a)

(a) in Chronico Epiſcoporum per Sueciam, Gothiam & Finnlandiam, cap. XII. num. XX. p. 153. ſeq.

§. XXXVI.

Non eſt oblivioni tradendus PETRUS PAEZ, natione Hiſpanus, patriâ Toletanus, gente nobilis, è Soc. Jeſu, & in Goam, Cambajam & Æthiopiam Miſſionarius, denatus ſupra mille ſexcentos ſecundo & viceſimo, ætatis ſuæ quinquageſimo octavo. (a) Quem Virum magnis in DEI cauſa perfunctum laboribus & apoſtolicæ virtutis gloriâ clarum

adpellat Phil. Alegambius, (b) nec non verè Patrem miſſionis Æthiopicæ & diligentem in vinea Domini operarium. (c) Elucubravit juſtum volumen, quo copiosè de rebus Æthiopicis differitur: Tractatum de Abyſſinorum erroribus: Literas de ſuo in Æthiopiam ingreſſu. Memoratu dignum eſt, quod Imperator, Sultam Seguedus, quâ die nuncium mortis ejus acceperat, cibo omni abſtinuerit, nec ſolatii quicquam intra animum admiſerit. Quod Imperatoris æſtimium ex literis ad Provincialem Indicæ ſocietatis P. Ludovicum Cardoſum perſcriptis abundè pateſcit. Quarum hæc eſt ſumma: Venerandus P. Petrus Paëz perfectiſſimum prototypon pœnitentiæ & virtutis, pater animæ noſtræ. Sol reſplendentiſſimus, qui cinctus clariſſimis radiis veræ lucis illuminavit Æthiopiam & disjecit tenebras Eutychetis. Poſtquam Sol hic lucidiſſimus eclipſatus eſt, & ab oculis noſtris evanuit, pro lætitia ſucceſſit in nobis mœror, pro gaudio planctus; neque is qualiscunque, ſed qualis Alexandriæ excepit obitum S. Marci, & Romæ jacturam SS. Petri & Pauli Apoſtolorum Chriſti. Sed quid hic verba facimus de præſtantiſſimis virtutibus hujus Apoſtoli, qui intus & foris in dictis factisque nihil niſi humilitatem ſpirabat?

bat? Si charta hæc amplitudine cœlum exæquaret & atramentum mare, omninò impar nobis videretur capiendæ vel minimæ partis bonitatis & fructus tanti Patris. Os fuit noſtræ benedictionis, noſter Magiſter, noſter Apoſtolus, quantus quantus eſt, laude dignus. Hæc Imperator. Qui cum poſtea Templum in quo ſepultus erat Petrus ille, ſubiiſſet, accurrit ad ſepulchrum, patris brachiis apertis, & illud diſſuaviatus, uberibus lacrymis irrigavit; nec parcius, quam ſi tunc illi parens interiiſſet aut filius: cumque Patrum quiſpiam conaretur illum retrahere; Haud ita, ait, ſed ſine me meo amori ſatisfacere erga hunc Patrem, quem non Doctorem ſolum habui, ſed Patrem & amicum fidum. In egreſſu dein Templi ita lacrymis appreſſus eſt, ut ad eas temperandas ſecedere debuerit. (d)

(a) Vid. Henningus Wittenius D. B. Tom. II. ad Annum MDCXXII. p. 28.

(b) in Bibliotheca Jeſuitica, p. 390. a.

(c) pag. 391. b.

(d) Commemorat illa prolixè Alegambius, l. c.

§. XXXVII.

Illuſtri quoque ex familia, claris ſemper viris affluente, in celebri Flaminiæ oppido, Bono-

Bononeſio, natus fertur HIERONYMUS PALLANTERIUS, Philoſ. primo Profeſſor Bononienſis, tum Ferrarienſis, porrò Theol. Prof. Ticinenſis, poſtque neglectum Cardinalatum Provinciæ Bononienſis Regens, illiusque Conventus Gubernator, ac demum Theologus Patavinus, multis in ſuam Eccleſiam meritis celebris. Modeſtiæ cumprimis fuit ſtudioſiſſimus, tantôque ab omni ambitione alienus opere, ut & Cardinalatum & Generalatum recuſarit. Qua de re luculenta ſunt verba Antonii Riccoboni: *Fuiſſet autem* (inquientis) *declaratus Pater Generalis Franciſcanæ religionis, niſi magis virtutis ſemper quam honoris ſtudio incenſus fuiſſet & ab omni prorſus prenſatione alienum ſe oſtendiſſet.* (a) Idem Riccobonus ſequentia de eo commemorat: *Cathedram Ticinenſem quinque annis tenuit, incredibili cum auditorum admiratione, & ſolus novo exemplo, cum ante & poſt eum nemo ferè ſine Collega eam tenuiſſe memoretur. - - Cognitus fuit hinc non ſolum magnus Philoſophus & Theologus, tum in publicis Diſputationibus, quas Romæ ter habuit, præſentibus multis Cardinalibus & Mediolani & Florentiæ, tum verò cum fuit Regens in Conventibus Ferrariæ, Ticini,*

cini, Bononiæ & Patavii; ſed etiam magnus Orator. (b)

(a) in Deſcriptione Gymnaſii Patavini, & ex eo Paulus Freherus in Theadro Virorum eruditione clarorum, p. 295. b.

(b) in alleg. Deſcripr. apud Freherum l. c.

§. XXXVIII.

Marchionum Status Pallavicini in Italia prosapiæ ſuum acceptum fert ortum SFORTIA PALLAVICINUS, Theol. Doct. Prælatus utriusque Signaturæ, poſt Gubernator civitatum Æſinæ, Urbevetanæ, Camerinenſis, tum Soc. Jeſ. Socius, Phil. & Ethicæ in Collegio Romano nec non Theol. Scholaſticæ Profeſſor, Studiorum Præfectus, Qualificator Generalis ac demum S. R. E. Presbyter Cardinalis, qui ad plures abiit ſuperioris ſeculi anno ſeptimo & ſexageſimo, ætatis ſuæ ſexageſimo. Condidit Hiſtoriam Concilii Tridentini, inter ſcripta ejus omiſſam ab Alegambio, (a) adverſus Petrum Suavem Polanum. (b) Cui viro adeò infenſus fuit Pallavicinus, ut fidem Catholicam non fuiſſe eundem animo complexum adſeruerit. (c) Audiemus verò de iſthoc Pallavicini, quô Suavi ſeſe oppoſuit, inſtituto Dn. D. Fechtium, ità pronunciantem: *Petrus Suavis condidit Hiſto-*

Hiſtoriam Concilii Tridentini planè admirabilem, quæ quamvis ab homine Pontificio ſcripta ſit, tamen ingenuè de fraudibus Romanorum ubique judicat, inviſus ideò Pontificiis, qui ſubornarunt Sfortiam Pallavicinum & Scipionem Henrici, qui ſcriptâ alia Concilii Tridentini Hiſtoria Suavem refellerunt. Quod tamen quam infelici ſucceſſu factum ſit, oſtendit Petrus Aquilinus in judicio de Scriptoribus Hiſtoriæ Concilii Tridentini, itemque Amelot de la Huiſſay, Gallus, in Cenſura Theologica, edita ante duodecennium Curiæ Variſcorum à Job. Chriſtoph. Layritzio. (d) Nec aliter Thomas Crenius judicat: *Quod*, inquiens, *ſcriptum* (Hiſt. Concilii Trid. Suavis Polani, de qua antea) *etſi P. Sfortia Palavicinus magnis duobus Romæ voluminibus editis refellere tentaverit, nullum tamen operæ fecit pretium nec multum obtinuit.* (e) Chriſt. Kortholtus: Hiſtoriam ejus (Sarpii, ait) prolixo ſcripto refellere voluit Card. Sfortia Pallavicinus, ſed quo ſucceſſu, ex ipſa Schola Romana nos doceant Galli illi doctiſſimi in ſuis Ephemeridibus Eruditorum Tom. I. Ephemeride XII. Quorum verba ibi inter cætera p. 112. *periculum eſt, ne quis hujus* (Petri Suavis) *hiſtoriam, utpote egregiè ſcriptam præferat Pallavicini hiſtoriæ, quæ forſan verior, non autem*

autem vero ſimilior. (f) M. Dan. Francus (g): Malis (inquit) avibus (Petro Suavi) ſe oppoſuerunt cum Scipio Heinrici, tum Sfortia Pallavicinus, quorum hic patronum potius aulæ Romanæ, quam Hiſtoricum egit. Conf. Ephemer. Erud. T. I. fol. 116. ſqv. (h) Cæterum an reliqui, qui in Hiſtoriarum celebrantur monumentis, Pallavicini noſtri cognomines, utpote Fabricius (i) Ferrantes, (k) Nicolaus Maria (l) aliique nobilitatis quoque gaviſi fuerint juribus & privilegiis, hactenus me latet.

(a) in Bibliotheca Jeſuit. p. 421. a.

(b) Verô nomine Paulum Sarpium Venetum, quem virum in omni eruditionis genere, verſatiſſimum, prudentiâque & dexteritate admirabilem adpellat jure meritoque Conſummatiſſimus quondam Kilonienſium Theologus, Chriſt Kortholtus, in Prodromo ingenui Theologiæ Cultoris, cap. II. §. X. p. 56.

(c) in Hiſt. Concil. Trid. Appar. cap. II.

(d) Coll. MSC. ad Rechenbergii Summar. Hiſt. Eccleſ. Secul. XVI. §. VII.

(e) Animadverſionum Philol. Hiſtor. Tom. III. c. I. §. VIII. p. 20.

(f) in Prodromo Theol. Cult. c. II. §. X. p. 57.

(g) in eruditiſſima Diſquiſitione Academica de Indicibus librorum prohibitorum & expurgando-

gandorum. ed. Lipſ. MDCLXXXIV. n. 29. pag. 19.

(h) Plura dabunt Hottingerus in Sfortia Pallavicino infelici Concilii Tridentini Vindice, Tiguri ed. anno MDCXCII. in 4to! & Crenius Tom. XII. Animadverſ. c. I. §. VII. p. 86. ac Methodorum Tom. II. Num. VIII. pag. 382.

(i) *Fabricius* ille *Pallavicinus*, Genuenſis, Societatis Jeſu extitit ſocius, Græcæque primum Ling. & Mathematum Prof. Romæ, tum Florentiæ in Hetruria, mox Poſnaniæ in Polonia, iterum Romæ Phil. Interpres, inde domus probationis ſeu tironum Cracoviæ Rector, dehinc Collegii in Gallia Avenionenſis & denique Subalpinorum Collegiorum Inſpector, anno ſupra milleſimum ſexcenteſimo, ætatis ſuæ quinto & quadrageſimo defunctus. Scripſit de Perfectione religioſa & de Cambiis mercatorum. vid. Phil. Alegambii Bibl. Jeſuit. p. 107. b. Wittenii Diar. biogr. T. I. ad annum MDC.

(k) Fuerat *Ferrantes Pallavicinus*, Placentinus Italus, Canonicus regularis S. Auguſtini congregationis Lateranenſis, ob ſcripta quædam Satyrica (inter quæ quod inſcribitur: *il divortio celeſte*, in Italia ne nominare quidem convenit) decollatus. Vid. de eo Ghilinus in Theatr. literatorum Vol. II. p. 77. Placcius de Anon. & Pſevdon. p. 118. G. M. Königius in Bibl. Vet. & Nova, p. 601. b. Henning.

ning. Wittenius D. B. Append. T. I. ad Ann. MDCXLIV. Joh. Chriſtoph. Wagenſeilius im Buch von der Meiſter-Singer holdſeligen Kunſt/Anfang/Fortübung/Nutzbarkeiten und Lehr-Sätzen/ quem annexuit Commentationi de Sacri Rom. Imperii Libera civitate Noribergenſi, Altorfi Noricorum ed. MDCXCVII. in 4to. p. 459. ſeqq. ut & God. Vockerodtius Comm. Acad. de Eruditorum Societatibus, P. II. c. II. ʃ. III. p. 104.

(l) Inclaruit *Nicolaus Maria Pallavicinus*, Jeſuita, Defenſione Pontificatus Romani Romanæque Eccleſiæ: quâ demonſtratur ſuprematus, infallibilitas, ſanctitatis aliæque dotes ſublimes Apoſtolici Principatus, refutantur hæreſes modernæ univerſæ, detegitur impietas ſchiſmatum Orientalis atque Anglicani, erroris denique indirectè convincuntur omnes ſectæ religioni Catholicæ contrariæ. Romæ MDCLXXXVII. vid. Caſp. Sagittarii Introd. in Hiſt. Eccleſ. cap. XXVII. §. II. p. 721. De libro iſto in Actis Erud. Lipſ. Supplem. Sect. IV. p. 182. ſeq. poſt ejus recenſum ſequentia reperio: Cum ergò præſens Author tantum non ubivis elegantiæ ac eloquentiæ magis quam ἀκριβείας hiſtoricæ ſtudioſus fuerit, cordatioribus forſan lectoribus æquè facile videbitur Pallavicinum enervatum ac Ameſio Bellarminum enervatum in Chriſtiani orbis ſcenam producere.

§. XXXIX.

Ex perilluſtri Baronum de Pamele, quæ Brugis Flandrorum jam olim claruit, familia natus eſt JACOBUS PAMELIUS, Theol. ſuæ Doctor, (Licentiatum vult Thomas Crenius (a)) Canonicus, Archi-Presbyter Brugenſis atque Ultrajecti ad S. Salvatorem Præpoſitus, demum Epiſcopus Audomaropolitanus, quem fato conceſſiſſe anno ſupra mille quingentos ſeptimo & octogeſimo, teſtatur Epitaphium ipſi poſitum, cujus hæc eſt ſumma: D. O. M. Nobili Viro, Jacobo, Adolphi F. Franc. N. Pamelio, Presbytero, Summo Theologo, D. Salvatoris Ultrajecti Præpoſito, Eccleſiæ Audomaropolitanæ Archi-Diacono, ejusdemque nominato Epiſcopo, multis in Tertullianum, Cyprianum aliosque Scriptores monumentis editis clariſſimo, intempeſtivâ eheu morte abrepto, Fratres mœſtiſſ. poſſ. &c. Præter Tract. de ritu ſacrificii Miſſæ apud Latinos, ab Apoſtolis & Patribus obſervato, Tomis II. digeſtum, (b) Epiſtolas Cypriani curavit editionibus non contemnendis, ad quas curata eſt Altorfina editio, quam Lucæ Frid. Reinharto, Theol. in Univ. Altorfina Prof. & Eccleſiæ Miniſtro debemus, MDCLXXXI. in 4to. (c) Edidit quoque Notas & Commentaria in Apologeticum

cum Tertulliani, (d) ceu teſtatur Celeberrimus Gisbertus Voëtius. (e)

(a) loc. mox citando.

(b) vid. Franc. Sweertius in Athenis Belg., &, qui inde ſua transſumpſit, Paulus Freherus in Theatro Virorum eruditione clarorum, pag. 270.

(c) Thomas Crenius Exerc. II. de Libris Scriptorum optimis & utiliſſimis, §. XIX. p. 24.

(d) qui lectu propterea dignus eſt, quia deſcribit ſtatum veteris Eccleſiæ, ceremonias & diſciplinam, judice incomparabili Eccleſiæ noſtræ Doctore, Martino Chemnitio, Orat. de Lectione Patrum, Locis ejusdem Theoll. edit. MDCLIII. Francofurtanæ in fol. præmiſſ., p. 3. & annexa Summario Hiſt. Eccl. Rechenbergiano, p. 752. 753.

(e) Lib. I. Bibl. Studioſi Theol. c. XV. p. 160. apud Crenium, l. c. §. XLVIII. p. 55.

§. XL.

Subnectendus Pamelio venit PETRUS PAZMANY, gente Tranſylvanus, nobilitate pervetuſtâ, ducto etiam per Margaretam Maſſajam, matrem ſuam, ex Marchionibus Maſſæ Italicis ſanguine, clarus, è Soc. Jeſu, Phil. primum & Theol. Prof. Græcenſis, dein Archiepiſcopus Strigonienſis & Hungariæ Primas ſimulque tandem S. R. E. Cardi-

nalis & ad Papam Urbanum VIII. Ferdinandi II. Imp. Rom. Legatus, denatus ſuperioris ſeculi anno ſeptimo & triceſimo. (a) De eo Alegambius: *Romam* (inquit) *cum veniſſet, in ſui admirationem convertit urbem, tantam oris Majeſtatem, tam robuſtam eloquentiæ vim, tam profundam omnis ſapientiæ humanæ ac divinæ ubertatem, tam ſingularem prudentiam, excelſum animum, conſtantiam, in agendo ſuavitatem, in urgendo dexteritatem, abſolutiſſimam denique in uno homine & Principis & religioſi formam exhibuit.* (b) Idem ſequentem in modum de illo judicat: *Erat ingenio præſtantiſſimus, judicio maturrimus, doctrinâ politiſſimus, eloquentiâ uberrimus, Theologia juxta cæterâque omni literatura, etiam de pulpitis & prælo, dudum ſpectatiſſimus, rerum experimentis atque uſu exercitatiſſimus.* (c) Edidit Latinè Diatribam de viſibili Chriſti in terris Eccleſia adverſus Gul. Whitakerum: Acta & decreta Synodi Strigonienſis, anno MDCXXIX. celebratæ. Hungaricè de Cultu ſanctorum reſponſum: Conſultationem de fide capeſſenda & plurima alia quæ leguntur apud Alegambium (d) & Wittenium. (e)

(a) Vid. Henningus Wittenius D, B. ad ann. MDCXXXVII.

(b) in

) in Bibliotheca Jeſuit. p. 393. a.
loc. cit.
loc. alleg.
ad ann. cit.

§. XLI.

on eſt oblivioni tradendus JACOCUS
ID PERRONIUS, Gallus Nobilis, an-
ıpra mille quingentos ſexto & quinqua-
no ad S. Lardum in Normannia in lucem
ıs, Galliarum primò Regis, Henrici III.
iothecarius, poſt Epiſcopus Ebroicenſis,
S. R. E. Presbyter Cardinalis ac demum
ıiepiſcopus Senonenſis, magnus Franciæ
:moſynarius & Status Conſiliarius. Qui
æ inter ſuos eſt autoritatis, ut flagelli &
lei hæreticorum, nec non præcipui Re-
onis Catholicæ defenſoris meruerit elo-
n. Aubertus Miræus: *Jacobus* (inquit)
*ronius, Vir ſanè præſtantiſſimus, ingenio &
ditione admirandus, facundia Neſtor, atque
Theologus nemini ſecundus, ſic & Poëta La-
ı ac vernaculo ſermone elegantiſſimus.* (a)
ı. Dallæus, quanquam ἀλλόφυλος, ma-
um & curioſum antiquitatis indagatorem
cat. (b) Et Virum, cujus nomine nullum
è ſit apud adverſarios illuſtrius. (c) Ab
is tamen, inter quos ſubtiliſſimus Scaliger,
o ſolidè docto non habetur. Demonſtra-

 vit

vit ipſum in Colloquio cum Mornæo, quem cum ſoliditate exæquare non poſſet, fraude ſuperare aggreſſus eſt. Ediderat ſcil. Mornæus hicce (d) librum de Evchariſtia ejusdemque uſu & abuſu. Simulac oculos iſte Perronii ſubiret, laude eum omni coram aliis defraudavit, quos credere inſuper juſſit, ſe plus quam quingentos errores in eodem admiſſos Mornæo oſtenſurum. Cujus rei ergò Colloquium in Monte bellaqueo Mornæum inter & Perronium, cui & intererant Rex, Miniſtri primarii & Status Imperii, inſtitutum eſt, in quo Mornæo Perronius objecit, malâ eum fide Patres allegaſſe. Mornæo cum non ſuppeterent, quibus uſus fuerat, genuinæ Patrum editiones in ipſo Colloquii loco, caſtratas corruptasque eidem Perronius prorexit, rogans, ut loca allegata evolvantur. Non advertens fraudem Mornæus, confuſus eſt à Perronio, triumphum ante victoriam agente; finito verò Colloquio ſolidiſſimè ſe defendit fraudemque in Solis diſco jacentem orbi univerſo demonſtravit, tanto quidem cum ſucceſſu, ut nec hiſcere nec mutire auſus fuerit Perronius. (e) Memorabile prorſus eſt de hoc Perronio, quod Articulum de Transſubſtantiatione labore non exiguo ſtabilire in ſcriptis ſuis ſtuduerit,

Digitized by Google

pſe verò eundem nunquam crediderit. de re ſequentem in modum Adolphus nundus: Wie Er dann kurtz vor ſeinen e unterſchiedlichen ſeinen guten Freun- zeſtanden/ daß Er zwar alle Kräffte dran eckt/ wie Er der Catholiquen Lehre von Transſubſtantiation in ſeinen Schrifften Färbigen geben und anſtreichen möchte; noch wäre alle ſeine Mühe vergebens ge- en/ weil ſich dieſe Lehre unmöglich defen- n lieſſe. (f) Ad eundem ferè modum cus Waake: *Mirari magis ſubit, quod adeò eminens inter Romanos ſcil. Cardi- is Perronius, quique tam multa ſcripſit in nsſubſtantiationis patrocinium, nunquam nen illam ullatenus crediderit. Hoc ni- ominus eum quibusdam amicis paulò ante rtem confeſſum liquidò nobis conſtat, quod nirum hanc doctrinam monſtroſam cenſe- ; ſe quidem omnes adhibuiſſe conatus, ad m, quantum fieri poterat, infucandam; ſed ılæ cauſæ patrocinium ſe ſuſcepiſſe, quamque mo tueri poſſit.* (g) Opera ejus duobus in ajori forma Tomis diſtincta proſtant. Ex ibus notamus ingens de Evchariſtia & iſſæ ſacrificio adverſus ſectarios opus, ut & eplicam ad Jacobum I. M. B. Regem. De lo Clarmundus: Seine Beweißgründe/ die

Er vorbringet/ ſind nach der Gelehrten Aus-Ausſpruch gar ſchlecht/ und halten den Stich nicht. (h) De hac verò ſequentem in modum pronunciat: Wiewohl nun zwar auch unterſchiedliche von den Proteſtanten, inſonderheit Petrus Molinæus dieſes vor eine wohl ausgearbeitete Schrifft halten; jedennoch geben ſie zugleich vor / daß Er zum öfftern hierinnen geſtrauchelt/ weil Er in der Griechiſchen Sprache und denen literis humanioribus nur mäßig verſiret geweſen. Er hatte darinnen gezeiget/ daß Er ein ſubtiler und verſchmitzter Kopff geweſen. (i) Orationes ejus à multis magni fiunt, eo enim in genere valuit plurimum, quod ipſe haud obſcurè indicat, ſcribere non veritus, ſe de ſtylo quam optimè judicare noviſſe, cum per integros quinque & viginti annos bonos probatosque Autores Latinò pariter & aliis idiomatibus perſcriptos pleroſque omnes evolverit, per quindecennium verò Ciceronis Oratorem in perula ſemper geſtaverit. (k) De Poëmatibus ejusdem honorificè ſentit Aubertus Miræus, (l) deque Epiſtolis Clarmundus (m) cenſet, quod ſint expolitæ, elegantes & nitidæ. Pluribus de Perronio egit, non inſuper habitis variis ſingularibus, Gramondus, (n) cui jungi poſſunt Andr. Sauſſay, (o) Tho-

ɔmas Pope Blount, (p) Phil. Labbe (q) & rhofius. (r)

a) in Elog. Belg. apud Thom. Pope Blount loc. mox citando.

ɔ) de vero uſu Patrum, p. 155.

c) de Pſeudepigraph. Apoſtol. lib. I. c. I.

d) qui tanti fuit inter Reformatos Galliæ nominis, ut vix quisquam Pontificiorum cum ipſo congredi in Religionis negotio auſus fuerit, teſte Colomeſio in Gallia Orientali p. 247. apud Königium in Bibl. Vet. & Nov. p. 555. a. Vid. Dn. D. Götzius in Meletem. Annæberg. p. 97. ſeq., cujusque viri nomen apud ſe magnum eſſe dicit ſummus Reformatorum Theologus, Andreas Rivetus in Apologetico, §. XXX. p. 53. apud Crenium Animadverſ. Philol. Hiſtor. Tom. VIII. c. III. §. V. p. 192.

e) Vid. de Colloquio iſto Theoph. Spizelius in Infelici literato, Commonefact. XXIII. §. IV. p. 685. ſeqq. ubi & Cauſaboni de eo verba allegat ex Epiſt. CCIX. ad Scaligerum. Hoffmanno certè Perronius in Lexico univerſali inſignem Mornæi librum fruſtra dicitur aggreſſus.

f) in Vitis clariſſimorum in re literaria Virorum, Part. V. p. 82.

(g) Præfat. Diſſ. ſuæ de Sacram. Eucharistiæ præmiſſa.

(h) loc. cit. p. 83.

(i) ibid. p. 82.

(k) in Perronianis p. 306. 307. Ex quotidianis Perronii diſcurſibus (quod obiter addo) Perroniana iſta, eodem, quo Scaligeriana, modô, quamvis illis præſtent, vel à Vaſſanio, ut conjicit Morhofius Polyhiſt. lit. Lib. I. c. XVI. vel à Puteanis fratribus conlecta & congeſta, varias ad rem literariam ſpectantes obſervationes complectuntur. De Baronio ſequens ex iisdem judicium notavit Sagittarius Introd. in Hiſt. Eccleſ. c. XIV. §. IX. p. 297: *Bonus homo multis in locis hiſtoriæ deceptus fuit: magni in eo parachroniſmi in infinitis locis fallitur, minimè eſt exactus, ne in ipſo quidem ſtylo, Nonniſi labrioſum eſt Opus.*

(l) loc. cit.

(m) l. c. p. 83.

(n) Lib. III. Hiſt. Gall. p. 201. ſeqq.

(o) in Continuatione Libr. de Scriptoribus Eccleſ. Rob. Bellarmini, p. 72.

(p) in Cenſura celebriorum Autorum p. 889. ſeq.

(q) Diſſertationum de Scriptoribus Eccleſ. Tom. II. p. 489.

(r) loc. all.

§. XLII.

Nec minus memorandus eſt GASPAR PETROWSKI, Polonus Podlachus Nobilis, è Soc. Jeſu, Ebrææ Græcæque Lingg., nec non

Mathematum, Theologiæ item Mora-
ꝛ S. literarum Interpres & Epiſcopo Cra-
ienſi, Petro TYLICKI, à Confeſſionibus,
:rioris ſeculi anno duodecimo, ætatis ſuæ
geſimo denatus. (a) De quo ſequentem
nodum commentatur Phil. Alegambius:

Caſpar Petrovvski, - - Hebraicæ Græ-
ue linguæ ſcientiâ clarus fuit in paucis;
& Mathematicas diſciplinas, Theologiam
moribus & Sacras Literas interpretatus
ltis annis eſt. Eruditioni multiplici ac
iæ parem habuit memoriam, ob quam
gò Calepinus vocitabatur. Innumeris ob-
is laboribus, ex iis ipſis videbatur usque
:s redintegrare; quod eò magis mirum
:, quod cum prandio abſtineret, vulgari
na utebatur. - - Epiſcopo Cracovienſi,
:ro Tylicki, diu fuit à Confeſſionibus; qui
minis virtutem ita admirabatur, ut pro-
:retur, ſe tam ſancti viri conſuetudine in-
;num eſſe. (c) Edidit Concilium Flo-
ıtinum è Græco in Polonicum à ſe trans-
um. (d)

(a) vid. Henningus Wittenius D. B. ad Anum MDCXII.

(b) in Bibl. Jeſuit. p. 150. ſeq.

(c) Conſ.

(c) Conf. & Königius in Bibl. Vet. & Nova, p. 626. a.

(d) vid. Alegambius & Wittenius ll. cc.

§. XLIII.

Non poſt fata demum inter Romanos æſtimari cœpit JOHANNES DE PINEDA (a) Nobilis Hiſpalenſis, ſed & vivus magno eſt honore affectus; hinc cum Philoſophiam & Theologiam Granatæ. Cordubæ, & Hiſpali profeſſus eſſet, ac poſtremô Madriti profiteretur, Inquiſitionis quoque Conſultor, domus profeſſæ & Provinciæ Boetiaæ Procurator nec non Generalis omnium in Hiſpania Bibliothecarum Viſitator conſtitutus eſt, octogeſimo ætatis ſuæ anno, Chriſti ſeptimo & triceſimo ſupra mille & ſexcentos denatus. Magnæ apud ſuæ religionis homines fuiſſe cum auctoritatis, vel inde liquet, quod Eborenſis Academia, cum illàc tranſiret, plenô eum Magiſtratu, ceu Principem quendam, exceperit, oratione ſalutaverit atque parieti memoriæ ergò inſcripſerit: *Hic Pineda fuit.* Virum excellenti ingenio, magno judicio variâque eruditione, itemque rerum literariarum oraculum appellat Philippus Alegambius (b) Interpretibus inter Pontificios optimis eum adnume-

nerat Celeberrimus Thomas Crenius:
imi verò (inquiens, ex Interpretibus Pon-
:iis præter Lorinum, de quo paulò ante
:rat) *ſunt, quos in gratiam diſcentium
'ioſorum hic enumero. Benedictus Pererius,
olaus Serarius, Joannes de Pineda, Caſpar
ctius, Corn. Janſenius, Joan. Maldona-
Guil. Eſtius & Benedictus Juſtinianus. Hi
n quia præ cæteris occupatiorem in verbis
cti Spiritus expendendis animum habuere,
ciore nugas, fabulas & legendas, huic aliàs
ıinum generi uſitatiſſimas, obtulerunt ma-*

(c) Scripta ejus recenſuit Alegambius,
) inter quæ eminent Commentarius in
ıum & Eccleſiaſtem doctus & prolixus,
ice Königio, (e) Prælectiones in Canti-
n Canticorum, & de rebus Salomonis
:i VIII. De Comm. in Jobum (f) apud
:gambium ſequens occurrit judicium (g):
*us, quod fidei nihil habet adverſum, & Ec-
ſiæ Catholicæ eſt utiliſſimum: in quo elucet
gnum & felix Autoris ingenium, ſtupenda
'ditio, trium linguarum peritia mirabilis,
'ia veterum Patrum lectio, & electio rara
eruendis explicandisque genuinis & hucus-
: non auditis Jobi ſenſibus, inaudita fœ-
ıditas miraque dexteritas, unà cum mode-
ı, pietate & religione ſingulari.* Singula-
ris

laris eſt Pinedæ ſententia in Commentariis de rebus Salomonis, quando prolixè inibi propugnat, Salomonis ſapientiam ad omnia omninò ſe extendiſſe. Examinavit verò illam aliquot Diſputationibus in Academia Kilonienſi habitis deque Priſca Salomonis Sapientia inſcriptis Celeberrimus Nicolaus Möllerus. Juvat hic audire Dn. D. Fechtium: (h) *Et quanquam* (inquientem) *non negamus, ineptam eſſe Johannis de Pinedæ ſententiam, qui Comment. de rebus Salomonis Salomonem omnium diſciplinarum philoſophicarum, juridicarum, medicarum, hiſtoricarum, ipſius etiam Grammaticæ peritiſſimum fuiſſe, & ex illo omnes has ſcientias quaſi ex fonte profluxiſſe docuit,* (i) *cujus ſententiæ abſurditatem peculiaribus Diſputationibus in Academia Kilonienſi nuper demonſtravit Dn. Nic. Möllerus; non tamen ideò Salomo ſcepticus fuiſſe dicendus eſt, eò cumprimis ſenſu, qui notitiam rerum naturalium vel ſacrarum earumque vel neceſſitatem vel certitudinem excludat.*

(a) Non confundendus eſt cum cognomine, qui claruit circa annum ſupra mille quingentos octavum & octogeſimum, compoſitâque Monarchia Eccleſiaſticâ Hiſtoriæ univerſalis totius mundi, in quinque Tomos divi-

diviſâ, famam conſecutus eſt. In illa verò Monarchia omnium Regnorum & Rerumpublicarum origines, Reges & Principes recenſet veramque Eccleſiæ Monarchiam ab Adamo ad noſtra usque tempora deductum perſeveraſſe demonſtrare adnititur. Vid. Waddingus in Script. Ord. Min. p. 220.

(b) in Bibliothec. Jeſuit. p. 264.

(c) Animadverſionum Philol. Hiſtor. Tom. III. c. V. §. V. p. 202.

(d) loc. cit. p. 264.

(e) in Biblioth. Vet. & Nova p. 641. a.

(f) In quo verſatus in explicatione cap. XXXI. fol. 642. ſeq. prolixà digreſſione ſtyli ſancti verecundiam doctè declaravit, ceu obſervat Crenius l. c. §. VI. p. 204.

(g) loc. cit.

(h) Coll. MSC. in Syllogen recentiorum Controverſiarum, ad Diſp. IV. §. IV., quô contra Obſervatores Halenſes, Jobum & Salomonem Tom. VIII. Obſerv. XIII. p. 327. Scepticos fuiſſe audacter & ineptiſſimè pronunciantes, ſolidiſſimè diſputat.

(i) In Textu I. Reg. III. 7. ſeqq. dum quærit præſidium Pineda, fallitur; non enim in eo dicitur, quod Salomo petierit ſapientiam ad regendum populum.

§. XLIV.

§. XLIV.

Pertinet huc HIERONYMUS POVODOVIUS, Cracovienſis Nobilis, qui poſt geſta variis in locis laudabiliter ſtudia theologica, ad Archipresbyteratum in patria evectus, naturæ anno ſuperioris ſeculi tertio & decimo conceſſit. Ejus merita expoſuit Simon Starovolſcius: *Erat* (inquiens inter alia) *Canonicus Presbyteratu inſignis, & cui ad eruditionem magnam natura addidit eloquentiam. Celebris etiam nomine Eccleſiaſtes fuit, qui concionibus ſuis ad movendum aptis, non modò vulgus hominum ad officium compelleret, ſed doctiorum quoque aures mirificè impleret.* (a) Inter ſcripta ejus exſtant Diſputationes in Smiglenſes hæreticos & contra Arianos. (b)

(a) in Elogiis centum illuſtrium Poloniæ Scriptorum, apud Paul. Freherum in Theadro Virorum eruditione clarorum, p. 66. a.

(b) vid. Freherus loc. cit.

§. XLI.

Poſt eum paucis adlegandus eſt AUGUSTINUS DE QUIROS, Hiſpanus natione, patriâ Illiturgitanus, domo nobilis, Societati, quæ à Jeſu nomen ſibi tribuit, puer penè ætatis anno XV. adſcriptus, Humanitatis

·imum ac Theol. Interpres, poſt Colle-
iranatenſis Rector ac tertiæ Probationis
:ctus, demum Boeticæ Provincialis,
or ſimul Fidei, ſeu, ut vocant, Qualifica-
n Hiſpalenſi & Cordubenſi Tribunalibus
ionis, omniumque poſtremò Provinciæ
icanæ Viſitator; quâ luſtratione, dela-
n Mexicam, vix inchoatâ è vivorum nu-
o ſublatus eſt ſuperioris ſeculi anno ſe-
lo & viceſimo. Virum diſciplinis omni-
egregiè inſtructum eximièque doctum
cè & Hebraicè appellat Alegambius; (a)
inter alia ſequens ipſi elogium ſuſpen-
*Nimirum viri multa virtus tam erat per-
ta, ità, ut cum primum in vulgus enotuit
vitæ periculum, incredibili mœrore civitas
verſa conſternaretur. ProRex Mexicanus
illum accurrit cum proceribus & virum
l genuflexus veneratus eſt; impensè illi ſe
quo fidei orbem illum commiſſum commen-
it, oblatâ quoque liberaliter operâ ſuâ, ſi
m haberet è ſuis, cui commodatum vellet;
nus interim ejus exoſculari, ubertim lacry-
ri, poſcere ſupplex benedictionem.* (b) Et
x: Vir fuit, qui cum virtutibus cæteris,
n verò diſciplinæ religioſæ procuratione
n ſingulari comitate benignitateque con-
ncta optimi Gubernatoris laudem obti-

nuit. - - In privatis ſermonibus magnâ vi dicendi pollebat, & inflammabat facilè ad virtutem eos, quibuſcum egiſſet: nimirum exprimebat in ſe opere, quod verbis commendabat, legebaturque in eo imago quædam pietatis, eminens in toto oris ac corporis habitu comitas gravis, ſapiens bonitas & erudita modeſtia. Elaboravit Commentarios Exegeticos literales in Canticum poſtremum Moſis: in Prophetas Nahum & Malachiam: In Epiſtolas D. Pauli ad Epheſios & Coloſſenſes: In Epiſtolas Catholicas Jacobi & Judæ, & plura alia. (c)

(a) in Bibliotheca Jeſuit. p. 50. b.
(b) loc. cit.
(c) Videri ea poſſunt apud Alegambium l. c. Henn. Wittenium D. B. T. I. ad Annum MDCXXII. ut & G. M. Köuigium in Bibl. Vet. & Nova, p. 673.

§. XLVI.

Hunc excipiat MATTHÆUS RICCIUS (a), natione Italus, patria Maceratenſis, gente Nobilis, è Soc. Jeſu, ad Indos Orientales & Sinenſes Miſſionarius, ex hac mortalitate excedere juſſus anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum decimo. De quo ſequentem in modum Königius: *Hic primus in ultima Chinarum fidem invexit, fundatis*

quin-

Google

ꝛque Eccleſiis. Tabula coſmographicâ, ɛris , gnomonibus aliisque mathematicis rumentis comparatis & in Magiſtratus di- ſutis, tantam inter Ghinenſes exiſtimatio- ɪ conſecutus eſt , ut maximus ex univerſo e aſtrologus haberetur. (b) Neophytis tam. ırus tamque acceptus fuiſſe fertur, ut pri- ım in lacrymas, mox in ejus laudem con- ſi, effigiem ſibi ejus ad ſolatium coloribus ɔrimi curarint, ſuum patrem, ſuum Apo- lum, nuncupantes. Refert ea Phil. Ale- mbius, (c) qui præterquam quod aſſerat, Scriptoribus paſſim illi attributam ſancti- is laudem & apoſtolicæ titulum virtutis, m magna ejus merita commemoraſſet,) hæc ſubjicit : Sed nimirum ita ingenio- s erat in tempore diſpenſando, ut ad exer- ɪia ſpiritualia non ſolum ſufficeret , ſed iam redundaret : neque enim ille ſtatis mporibus contentus, ſemper inveniebat, ıod neceſſariis etiam negotiis ſuffuraretur. æc omnia ſocios in eum rapiebant attoni- ɔs, dubios, quid primum mirarentur, ani- ıumne infatigabilem, an corpus ; nam ab lo nullus non labor aſſumebatur , ab hoc ullus recuſabatur. Scripta ejus complura narrarunt Alegambius (e) & Wittenius (f) nter quæ eminent Explicatio Doctrinæ Chri-

ſtianæ amplior, Ethnicis potiſſimum accommodata. Tractatus de Amicitia, quo congeſſit ea, quæ Philoſophi, ſacri Doctores aliique probati Scriptores de eo argumento tradiderunt. Opus apprimè acceptum & ſæpius recuſum &c.

(a) ὁμωνύμους habuit *Bartholomæum Riccium*, Italum Caſtroficardenſen, Siculæ Provinciæ Propoſitum provincialem, denatum ſuperioris ſeculo anno decimo tertio, qui innotuit Tract. de vita Jeſu Chriſti, ex Evangeliorum contextu, imaginibus inſignito & ad meditandum aptiſſimo: Monoteſſaro Evangelico cum Scholiis & figuris propheticis: Triumpho Jeſu Chriſti crucifixi, cum iconibus omnium martyrum, qui poſt Chriſtum in crucem acti ſunt. vid. Alegambius in Bibl. Jeſ. p. 58. a. De eo ſequentia invenio apud Morhofium in Polyhiſt. Lit. Lib. III. c. X. §. IX. X. p. 671. ed. noviſſ. de Metaphoris poëticis earumque diſcrimine & abuſu legendus etiam Buchnerus lib. de Commut. dic. rat. cap. 2. ſect. 5. §. 13. Eam latinitatis poëticæ rationem ſingulari libro oſtendere voluit Bartholomæus Riccius, Vir doctiſſimus, benè de eloquentia meritus. Nam in præfatione iſtius libri, quem Apparatum latinæ locutionis inſcribit, à ſe perfectum illud fuiſſe opus teſtatur, quod ipſi incendio periit. *Joſephum Riccium*, Brixianum. qui

Lugiensis Ferrariensium Provincius Praeceptor.

qui condidit librum de bello Germanico ab anno MDCXVIII. usque MDCXLVIII. *Mich. Riccium*, qui de Regibus Hiſpaniæ commentari aggreſſus eſt. Vid. Königius in Bibl. p. 690. b. *Paulum Riccium*, Judæum converſum, à Maximiliano I., cui fidem & induſtriam ſuam conſtanter probavit, in numerum Medicorum cooptatum. Vid. Jo. Andr. Quenſtedius in Dial. de Patriis illuſtrium Virorum, p. 244.

(b) in Bibl. Vet. & Nov. p. 690. b.

(c) in Biblioth. Jeſuit. p. 336. a.

(d) loc. cit. p. 335. b.

(e) l. c.

(f) D. B. T. I. ad Annum MDCX.

§. XLVII.

Quatuor habuit præcipuè Doctores Eccle-
ι Romana, ob ſummam autoritatem & præ
iis eminentiam ſingulari quodam cogno-
ine omnium conſenſu inſignitos inque
nctorum catalogum relatos. Fuerunt illi
homas Aquinas Doctor Angelicus, Scotus
octor ſubtilis, Bonaventura Doctor Sera-
hicus, & impræſentiarum Nobilibus Theo-
›gis Pontificiis accenſendus, DIONYSIUS
YCKELIUS, Doctor Ecſtaticus; qui Leodii
x nobili familia natus, Philoſophiæ Magiſter
ɛ Monachus Cartuſianus Ruræmundanus
xſtitit, denatus anno ſupra mille quadrin-

 gentos

gentos primo & ſeptuageſimo. De eo Franciſcus Swertius (a) ſequentia ſuppeditat: *Fuit illi ingenium perſpicax, memoria ad ſtuporem tenacisſima, & voluntas proximorum ſaluti totum ſe impendere geſtiens. Noctes atque dies tranſegit ſcribendo, orando & meditando. Tanta eſt Operum ejus moles, ut librorum multitudine ſuperavit D. Auguſtinum, &, quod mireris, propriâ omnia manu, nullo uſus amanuenſi ſcripſerit.* Dignus eſt ob ſcriptorum, à Frehero allegatorum, (b) multitudinem, qui inter πολυγράφους referatur, qui laborioſâ ſedulitate ſuâ pluribusque ſcriptis ſe poſteritati commendarunt; quorum longam ſeriem ſuppeditat doctiſſimus & diligentiſſimus, Vir Henningus Wittenius. (c)

(a) in Athenis Belgicis, apud Paul. Freherum in Theatro Virorum eruditione clarorum, pag. 91. a.
(b) loc. cit. p. 91. 92.
(c) Præfat. Diario Biograph. præmiſſa.

§. XLVIII.

JACOBUS SADOLETUS, (cujus vitam ſcripſit Antonius Florebellus, editam Colon. MDXC.) Mutinæ parentibus nobilibus natus, Epiſcopus Carpentoratenſis in Gallia & demum S. R. E. Cardinalis, diem ſupre-

emum Romæ, non ſine dati veneni ſu-
one, obiit. (a) Virum inter Cardinales
eruditionem, moderationem & pietatem
latiſſimum adpellat illuſtris Vitus Ludo-
is Seckendorffius. (b) Antonius Teiſſier:
dinalis (inquit) *Sadoletus Vir erat, qui eru-
onem inſignem virtuti non vulgari conſo-
erat, quique Catbolicorum & Proteſtan-
m æſtimationem ex æquo ſibi demeritus eſt,
facundiâ, doctrinâ, modeſtiâ, lenitate &
tate. Per totam enim vitam illi cum plu-
us utriusque Religionis eruditis viris com-
rcium interceſſit, ejusque excellentes Epiſto-
ad Melanchthonem & ad Eraſmum ſcriptæ
ſuntur.* (c) Evulgavit Commentarios in E-
ſtolam S. Pauli ad Romanos. De quibus
aſmus ſequentem in modum: (d) *Com-
entarios in Epiſt. ad Romanos edidit illud
æimium hujus ætatis decus, Jacobus Sadole-
us, admirabili ſermonis nitore & copia planè
iceroniana, nec deeſt affectus Epiſcopo Chri-
iano dignus. Fieri non poteſt, quin tale opus
tali viro profectum, bonorum omnium ſuf-
ragiis approbetur, vereor tamen, ne apud
omplures ipſe phraſeos nitor nonnihil habetet
iculeos ad pietatem.* De iisdem aliisque
ejus ſcriptis Joh. Imperialis ita judicat: (e)
Si poëmata ipſius nonnulla, & Orationes va-
 rias,

rias, & Epiſtolarum Volumen, & Commentatiunculas in Pſalmos & D. Pauli Epiſtolas æquus rerum æſtimator advertat, *ſolidam prorſus eruditi ſuſpiciendique ingenii laudem attigiſſe fateatur.* Inſigne illud Danorum olim decus, Olaus Borrichius: (f) Celebrior (ait, Fauſto Sabæo Brixiano) fama Jacobum Sadoletum, Epiſcopum Carpentoractenſem, ſub initium ſeculi decimi ſexti commendat, qui non modò aliis clarus operibus, ſed & inſigni epico carmine de Statua Laocoontis, atque altero de Marco Curtio, utrumque enim maturi judicii opus. (g)

(a) Vid. Boiſſardus in Iconibus.

(b) in Hiſtoria Lutheraniſmi lib. III. p. 224. apud Caſp. Sagittarium Introduct. in Hiſt. Eccleſ. c. XXXI. §. XI. p. 781.

(c) in Elogiis Virorum Eruditorum.

(d) Lib. XXVII. Epiſt. XXXVIII.

(e) in Muſæo Hiſtorico.

(f) De Poëtis p. 104.

(g) Plura videri poterunt apud Thomam Pope Blount in Cenſura celebriorum Autorum p. 573. ſeqv.

§. XLIX.

Non immeritò huc referimus THOMAM SANCHEZ, maximum inter Pontificios Theologum, cujus omnes hodieque venerantur

ur merita; inde à ſedecimo ætatis anno
tam, nobili loco natum Cordubæ Hiſpa-
ım , defunctum anno ſuperioris ſeculi
mo. (a) De cujus authoritate, quâ inter
polluerat, judicari poterit ex ſequenti-
Phil. Alegambii: *Porrò* (inquientis) *quod
loctrinæ ejus ac ſapientiæ exiſtimationem,
remotiſſimis Orbis partibus à Præſulibus,
ſque Principibus conſulebatur per literas
ıuam abſolutiſſimus Theologus & utrius-
juris peritiſſimus : paſſim à Scriptoribus
llabatur ipſe Scriptor graviſſimus, erudi-
mus, illuſtriſſimus; Moralium Scriptorum
ıceps; ſplendidiſſimum Moralis Theologiæ
en; tantæ auctoritatis & exiſtimationis
tor, ut apud Tribunalia & Juriſperitos, ſi-
ılio adminiculo vel Auctorum cenſu, lumen
erat veritati, deciſionem cauſis, terminum
iis.* (b) De vitæ verò cultu ſequentia
ıſignavit idem Alegambius: De ſeverita-
quâ in ſeipſum fuit, quicquid dixeris, in-
rem ipſam videri poteſt. Homo vitæ
iſſimæ innocentiſſimeque actæ & nulla
ıuam graviori labe taminatæ, tenuiſſima
etudine, decem quotidie duodecimve
ras contente, & jejunus quidem ad ſtudia
umbebat. - - Semel in die ſub noctem
ıiebat cibum, eumque vilem & parabi-

lem &c. Elaboravit de Sacramento matrimonii Tomos III: (c) Operis Moralis in Præcepta Decalogi Tomos II: Conſiliorum ſeu Opuſculorum Moralium Tomos II. Plura ejus ſcripta conſignavit Alegambius. (d) De cætero vid. de eo Mareſius (e) & Rivetus. (f)

(a) Vid. H. Wittenius D. B. ad Annum MDCX.

(b) in Biblioth. Jeſuit. p. 436. ſeq.

(c) In ea materia adeò fuit verſatus luculenter, ut confeſſus fuerit Clemens VIII. P. M., nullum unquam Scriptorem extitiſſe, qui dubias de matrimonio controverſias uberius & accuratius enodaſſet. Vid. Alegambius l. c.

(d) loc. cit.

(e) Tom. II. contra Tirinum, p. 917.

(f) In Jeſuita vapulante, c. III. Num. III. & Opp. Tom. II. p. 926.

§. L.

Cui compertum eſt, GASPAREM SAWICKI, Jeſuitam, Theol. Prof. Vilnenſem, Poſt Cracoviæ Novitiorum inſtituendorum præfectum ac domus ibidem profeſſæ Rectorem & Concionatorem, ſuperioris ſeculi viceſimo denatum anno, Nobili ex Podlachia, Poloniæ Provincia ducto genere ortum fuiſſe, cur ſuum ille heîc locum obtineat, quærere deſinet. *Virum omninò prudentem*

&

iritualem ac virtutibus egregiè inſtructum e aſſiduum Orationis ſtudium Deo con- iſſimum adpellat Alegambius, (a) qui usdem ſuperſtitioſo (religioſo dici de- t) in Mariam Deiparam cultu hæc pro- In B. Virginem Deiparam eximiè pius: illis ſe negotiis patiebatur ab ea quoti- Roſarii recitatione ſalutanda impediri. ub nomine *Gaſp. Cichocki Canonici* edi- atinè Anatomiam Concilii de ſtabilien- ace Poloniæ Jeſuitis pulſis. Polonicè nomine *Lunouski* Dialogum curſoris & æ. Sub nomine *Jo. Golubski* Replicam orum Poſnanenſium ac Hæretico mini- per Pruſſiam ſparſorum: Mirabilem ngelicorum inter ſe concordiam. &c.

a) in Biblioth. Jeſuit. p. 152.

b) loc. cit.

c) Vid. Alegambius l. c. Vincentius Placcius de Anonymis & Pſeudonymis, p. 177. G. M. Kőnigius in Bibl. Vet. & Nova p. 727. a. Henningus Wittenius D. B. T. I. ad Annum MDCXX.

§. LI.

Antepenultimum inter noſtros locum oc- pat PETRVS SCARGA (a) Vir tota Po- iâ celeberrimus, Maſovienſis nobilis, Ec-

cleſiæ

cleſiæ Rohatinenſis Præpoſitus & Canonicus Leopolienſis, tùm Soc. Jeſu ſocius, Concionator Jaroslavienſis & Pultovienſis, Collegii item Vilnenſis Rector & totius Provinciæ ſemel iterumque Vice-Provincialis, ac demum Sigismundi III. Concionator aulicus. De quo bina obſervatu digna ſunt ſingularia, alterum, quod vitam privatam publicæ prætulerit, alterum, quod animi contentionibus manuum labores junxerit. De priori Alegambius: *Aulicam tamen vitam ſemper pertæſus, ſpecioſum exilium vocabat, ad vitam privatam & ſuorum ſociorum conſuetudinem adſpirabat. Miſſionem cum annis compluribus à Rege poſtulaſſet, non prius obtinuit, quàm cum ſolito ardentius, tanquam ſuæ mortis præſagus, efflagitavit, eô ipſo anno, quo vitâ functus eſt. Cracoviam ergò delatus, ita omnes actiones ſermonesque inſtituit, ut nihil unquam cogitaſſe aliud, quàm Deum & Divina videretur.* (b) De poſteriore idem: *Vetus* (inquit) *illi erat conſuetudo, contentionem animi, quam orando, legendo, ſcribendo adhibebat, interpoſito corporis aut manuum labore aliquo temperare, ſociis candelas, atramentum, fibulas librarias, thecas ſcriptorias parare; ſtrophiola etiam & induſia ſibi aliisque cenſuere. Ergo paucis ante obitum*

Digitized by Google

tum diebus album conflavit cereum, quem B. Virgini Czeſtochovienſi domum mitteret. Is miſſus illicò accenſus eſt, & quando ille ardendi, Pater vivendi finem fecit. (c) Opera ejus Latinè & Polonicè ſeorſim ante edita, junctim poſtea IV. comprehenſa Tomis prodierunt, quorum Tomorum contenta recenſuit Alegambius. (d) Ex iſtis præter Annalium Eccleſiaſt. Card. Baronii Compendium Polonico editum ab ſe idiomate, nobis ſufficiet adlegaſſe Selectas Sanctorum Vitas, in ſingulos anni dies digeſtas, additis documentis ad mores formandos idoneis. Quibus octavum ſe adhuc ſuperſtite recuſis adjecit Vitas ſanctorum, beatorum & martyrum Societatis Jeſu. (e) De cætero Conf. Simon Szarovolſcius (f) & Freherus. (g)

(a) Skargam ſcribit Sev. Walth. Slüterus, Eccleſiarum Ducatus Saxo-Leoburgici quondam Ephorus Generalis, in Propylæo Hiſt. Chriſt. p. 30. ubi & egregium Verbi Divini præconem eundem adpellat.

(b) in Biblioth. Jeſuit. p. 398. b.

(c) loc. cit.

(d) pag. 399. ſeq.

(e) Conf. Caſp. Sagittar. Introduct. in Hiſt. Eccl. c. XIX. §. XXXIII. p. 453.

(f) in Elogiis centum illuſtrium Poloniæ Scriptorum, p. 128.

(g) in

(g) in Theadro Virorum eruditione clarorum, p. 363. ſeqv.

§. LII.

Locum ultimo proximum ſibi vendicat ſummus πολυγραφώτατος inter Pontificios Theologus, FRANCISCVS SVAREZ, Nobilis ex teſtimonio Alegambii (a) Granatenſis è Soc. Jeſu, Theol. D. Phil. Profeſſor Segovienſis, Theologiæ verò Pincianus, Romanus, Complutenſis, Salmantinus & demum Conimbricenſis Primarius, anno ſupra mille ſexcentos decimo ſeptimo, ſenex ſeptuagenarius, vitâ functus. Quo loco habitus à ſuis fuerit, Epitaphium quoddam ejus memoriæ conſecratum, docere poteſt, in quo dicitur *Europæ atque adeò orbis univerſi Magiſter, Ariſtoteles in naturalibus ſcientiis, Thomas Angelicus in Divinis, Hieronymus in ſcriptione, Ambroſius in Cathedra, Auguſtinus in Polemicis, Athanaſius in fidei explicatione, Bernhardus in melliflua pietate, Gregorius in tractatione Bibliorum, ac (verbo) oculus populi Chriſtiani; ſed ſuo ipſius judicio Nihil.* Docent hiſtoriarum monumenta, multos eruditos, imò Principes, Conimbricam profectos eſſe, ut Suarezium coram viderent audirentque, dixiſſeque eum, plura quàm com-

comperta ipſis erant, percipientes, Magnum Suarezium, hujus ætatis prodigium & oraculum: Lumen Philoſophiæ ac Theologiæ, Theologorum Coryphæum & anteſignanum, hujus ſeculi in ſcholaſticis Gigantem. Quantum illius nomini ac doctrinæ tribuerit Paulus V. Pontifex Max. exinde patet, quod datis ad eum quaternis literis apoſtolicis Doctorem eximium vocaverit. Phil. Alegambius Virum vocat immortalitate dignum. (b) Idem: *Simul verò* (inquit) *inque ſe explicare cœpit admirabilis viri eruditio atque doctrina, & in tanto publici ſplendore plauſus, par morum gravitas atque facilitas, verborum modeſtia, animi ſubmisſio, incredibile dictu, quentum attraxerit omnium animos quantumque ſui admiratione defixerit. Omnes fateri, id loci, id honoris longè infra Suarium eſſe, forma ſui multò majorem, felicemque Academiam, cui talis ac tantus Doctor obtigiſſet. Alii perſuadere ſibi, infuſam ei divinitus ſapientiam eſſe; quem proinde Communem omnium Magiſtrum quà publicè quà privatim nuncupabant. Conimbricæ annis XX. circiter poſt impenſos totidem aliis in locis, Theologicam ſpartam exornavit, tàm proſperâ famâ, ut Scriptores hujus ætatis florentisſimi, quoties incidit Suarii mentio, nunquam*

Digitized by Google

quam ſine titulo laudis appellent. Autorem graviſſimum celeberrimumque Doctorum *Algarbiorum & Lamecenſis Antiſtes;* Alterum hujus ætatis Auguſtinum *Conimbricenſis Epiſcopus* indigetavit. (c) Opera ejus omnia ingentibus XXIV. (juxta quosdam XXI.) Tomis diſtincta proſtant, quorum contenta longo exhibet ordine Alegambius. (d) Cæterum conf. de eo poſſunt Magnif. Dn. D. Jo. Frid. Mayerus, B. D. Jo. Andr. Quenſtedius, (f) B. D. Chriſt. Kortholtus, (g) & G. M. Königius. (h) Non eſt confundendus Noſter cum FRANCISCO SUAREZIO, Ulyſſiponenſi Nobili, è Soc. pariter Jeſu, Humaniorum, Philoſ. & Theol. Prof. Conimbricenſi & Eborenſi, demum Collegii & Academiæ Eborenſis Rectore; cujus eſt Curſus Philoſophicus IV. Tomis comprehenſus, Tract. de Cenſuris Eccleſiaſticis, aliaque. (i) Reliqui, qui ſub Suareziorum nomine innotuerunt, utp. Cyprianus, Jacobus, Johannes & Jo. Franciſcus (k) nobilitatis quoque juribus atque privilegiis utrum gaviſi fuerint, ignorare me profiteor.

(a) in Biblioth. Jeſuit. p. 136.
(b) loc. cit. p. 137. a.
(c) pag. 136. a.
(d) p. 137. 138.

(e) in

(e) in Bibliotheca Scriptorum Theol. Moralis & Conſcientiariæ, Theologiæ Morali D. Ægidii Strauchii in Acad. Gryph. MDCCV. primum, ſecundum MDCCVIII, in 8. editæ, ſubjuncta, p. 101. 102.

(f) Dial. de Patriis illuſtrium Virorum, p. 13.

(g) Hiſt. Eccleſ. Sec. XVII. c. IV. §. V. p. 873.

(h) in Bibl. Vet. & Nova, p. 784. a. add. Jer. Drexelius in Aurifodina, P. I. c. VII. p. 46. 47.

(i) vid. Henningus Wittenius D. B. ad Annum MDCLIX.

(k) *Cyprianus Suarez*, Hiſpanus fuit natione, in Acad. primum Eborenſi, poſt in Complutenſi Theol. Prof., quem Virum candidi ingenii vocat Alegambius, item priſcæ fidei, multæ ac variæ eruditionis, Latinis, Græcis atque Hebraicis literis perfecte doctum, liberalibus artibus apprime ornatum, SS. Scripturarum ſcientia probè inſtructum, & qui ſubtilitati in Scholis diſputandi, Conciliorum, Sanctorum Patrum, humanæ atque divinæ hiſtoriæ cognitionem adjunxerat. in Bibl. Jeſuit. p. 88. b. Vid. & Freherus in Theatro p. 287. ſeq. *Jacobus Suarez* edidit Theſaurum quadrageſimalem. *Johannes Suarez*, Epiſcopus Conimbricenſis, qui Concilio Tridentino interfuit. Dedit in Matthæum, Marcum & Lucam Commenta-

ria. Quibusdam dicitur Soarez. Vid. Königius in Bibl. p. 761. b. *Jo. Franciſcus Suarez*, laudatus à P. Diana in Catal. Autorum, quibus uſus fuit in formatione primi Voluminis ſuorum operum: ſcripſit Enchiridion Caſuum Conſcientiæ. Vid. Dn. D. Mayerus l. c. p. 102.

§. LIII.

Ipſum denique locum poſtremum tuetur PONTUS THIARDUS (a) Gallus natione, Matiſcone nobili loco natus, Epiſcopus Bisſianus & Cabilonenſis, anno ſuperioris ſeculi quarto, ætatis ſuæ quarto & octogeſimo defunctus. De quo juvabit audire Scævolũ Sammarthanum: *Pontus Thiardus* (inquientem) *vir nobilis, duce natura ipſa, quæ pro cujusque ætatis decoro diverſa nos ad officia compellit, hunc ſimul vitæ curſum & ſtudiorum ordinem tenuit, ut adoleſcens poëtico in otio, vir factus in mathematicis & in omni adeô philoſophia, piusque demum ſenex omiſſis inanibus curis in aſſidua rerum cœleſtium cogitatione totus eſſet. Hoc enim teſtantur egregiæ tanti viri lucubrationes, Gallicæ quidem illæ, ſed eo ſtylo conſcriptæ, qui numeroſam illam Græcæ Romanæque facundiæ concinnitatem planè referret. - - Legitimam Regis authoritatem acerrimè defendit, utque erat in ſententia dicenda gravis & apprimè facundus, multorum permovit animos*

mos ad officiumque revocavit. (b) Memorabile eſt, quod vitam privatam amplexus, officio ſe ſuo abdicaverit. Loquatur denuò Sammarthanus: *Sed ab his turbarum initiis exorta eſt repente ſæviſſima tempeſtas, cujus tædio vir prudens & moderatus abdicavit ſe Pontificatu, Cyrumque fratris filium virtutis meritò non minus quam ipsâ cognatione commendabilem ſibi ſuffecit. Scilicet, ut qui tam honeſtè pièque diu vixerat, mortem quoque tali vitâ non indignam avito in prædio procul ab hominum improbitate meditaretur.* (c) Præter carmina varia (d) de erroribus amatoriis libros III: De Divinitationis veritate per aſtrologiam: in Evangelia & Decalogum Homilias, & alia plura compoſuit. Conf. Thuanus (e) & Paul. Colomeſius. (f)

(a) *Paulus Tiardæus* Königio dictus, in Bibl. Vet. & Nova p. 807. item *Tyardus* & *Tyardæus*, p. 823. b.

(b) in Elogiis doctorum in Gallia virorum, Lib. V. p. 224.

(c) l. c. p. 225.

(d) quæ illata ſunt Tomo III. Delic. Gall. pag. 1112.

(e) Hiſtor. lib. CXXXIV.

(f) in Gallia Orientali, ſive, in Vitis Gallorum, qui linguas Orientales excoluerunt, p. 101.

Ff 2 SECTIO

SECTIO TERTIA
PRAGMATICA.
CAPUT I.
DE
THEOLOGIÆ INTER CÆTERAS DISCIPLINAS EMINENTIA.

SUMMARIA.

§. I. *Ad enodandum hâc Sectione negotium præcipuum viam ſternendam eſſe excellentiæ Studii Theologici demonſtratione innuit* §. II. *Theſin primariam: Omnibus diſciplinis reliquis præſtare Theologiam, ex ejusdem principio tum eſſendi tum cognoſcendi comprobat.* §. III. *Lubrica aliorum principia, quæ ſi vigerent, nulla eſſet prætenſa Theologiæ eminentia, rejicit.* §. IV. *Theologiæ Objectum conſiderat, & ex eo maximam illi accedere nobilitatem & eminentiam adſerit.* §. V. *Sanctitatem Scripturæ multum admetiri excellentiæ Theologiæ exponit.* §. VI. *Novum ex eo argumentum arceſſit, quod Theologia in ſe non ſolum ſanctum reddat, qui eidem operatur.* §. VII. VIII. IX. *non minorem Theologiæ Nobilitatem ex affectionibus principii ſui primariis, Certitudine ſcil., Perfectione & Efficacia, oſtendit.* §. X. *Difficultatem quoque quandam eidem præ aliis præcellentiam conciliare demon-*

demonſtrat. §. XI. Theſin propoſitam quibuſdam Eruditorum teſtimoniis confirmat.

§. I.

POſt abſolutum proximâ Sectione Nobilium Theologorum recenſum, pro inſtituti ratione ad judicium de Nobilium ſtudiis ſacris Theologicum nos accingimus. Ut verò in eo feliciter progrediamur, viam nobis præparabimus primo hujus Sectionis capite, quod Theologiæ inter omnes Diſciplinas eminentia inſcripſimus. Illâ enim luculenter demonſtratâ & evictâ, omni rem ipſam difficultate cariturarn arbitror.

§. II.

Principio itaque Dn. D. Fechtio (a) pronunciare nulli veremur: Inter omnes diſciplinas, quas ullatenus comprehendere humana induſtria poteſt, Theologiam ita eminere & excellere, ut nobilitate & præſtantiâ nulli omninò cedat, omnes in univerſum vincat, & infinitis poſt ſe paraſangis relinquat. Quam ut probemus adſertionem, primô nobis locô ipſum Theologiæ principium expendendum eſt. Eſt verò illud duplex, eſſendi alterum, alterum cognoſcendi. Eſſendi principium quodnam ſit, nulli hominum obſcurum eſſe cenſeo. Cum enim

omne donum bonum & omne donum perfectum à DEO deſcendat, tanquam à Patre luminum, juxta Jac. I. 17; eccui potius, quam ſummo æternoque Numini ea diſciplina, quæ circa DEum resque divinas verſatur, in acceptis eſſet ferenda? A DEO diſcendum, inquit Hilarius Pictavienſis, (b) quicquid de DEO intelligendum. Et rectè quidem, ipſe enim Jacobus, c. I. 5. Si quis veſtrum, ait, deſtituitur ſapientiâ, poſtulet à DEO, qui dat omnibus affluenter. Ubi Apoſtolus ſpeciatim quidem ſapientiam in adverſitatibus non tantum patienter, ſed & cum gaudio perferendis; generatim vero notitiam quoque myſteriorem fidei & ſalutis intelligit. (c) Cognoſcendi Principium, ex quo univerſa concluſionum & veritatum ſacrarum, quas in ſe complectitur Theologia, compages educitur, & in quod ultimò reſolvitur, eſt Scriptura Sacra, immediato Spiritus S. impulſu (d) per Prophetas, Evangeliſtas & Apoſtolos in literas redacta. Qua de re bina ſunt binorum Apoſtolorum affata prorſus illuſtria, quæ in loco de Scriptura S. utramque paginam faciunt, Paulinum alterum, alterum Petrinum. Illud habetur 2. Tim. III. 16. & ita ſonat: Omnis Scriptura à DEO inſpirata & ad informationem utilis eſt. (e) Hoc verò

2. Pet.

2. Pet. I. 21. Non voluntate hominis allata eſt quondam Prophetia, ſed locuti ſunt ſancti DEI homines φερόμενοι ὑπὸ πνεύματος ἁγίου. (f) Ex hoc itaque Theologiæ principio, fidem non veroſimilem & errori obnoxiam, ſed immotam prorſus & irrefragabilem generante, tantus accedit Theologiæ ſplendor, tanta dignitas, quanta de nulla in univerſum diſciplina affirmari poteſt. Graviter hanc in rem Dn. D. Fechtius: (g) *Tali autem tamque excellentis dignitatis principio nullam reliquarum diſciplinarum, quantâlibet de cætero eminentiâ præfulgeant, gaudere ſole meridiano clarius eſt. Jactent Medici experientiam, quæ rerum omnium vulgò audit magiſtra; Philoſophi rationem, quandam expreſſam in homine æternæ ſapientiæ imaginem; Jureconſulti Imperatorum Principumque leges, qui cum DEI in his terris perſonam ſuſtineant, Divinam quaſi conſtitutionibus & decretis ſuis imprimunt autoritatem; quantò DEus rebus omnibus creatis præcellit, tantò eminet id, quod ab ipſo, immediato Autore, quam quod à creaturis quibusvis, quantalibet à DEO nobilitate præditis, proficiſcitur. Quò propius verò ad Divinitatem quidpiam accedit, eò magis id de ejus dignitate participare, ultrò intelligitur. Propius autem Theologia,*

quæ ex verbo Divino proximè educitur, quam ceteræ artes, quæ tantæ Divinitatis originem non agnoſcunt, ad eandem accedit. Quemadmodum & in hujus mundi rebus nobilior imago quæ ad πρωτότυπον, quam quæ ad quamlibet aliam, ad vivum jam antea factam expreſſa eſt, eſſe meritò cenſetur. Rectè Nicolaus Henningius, Theologus Danus, in Epiſtola Dedicatoria, Syntagmati Inſtitutionum Chriſtianarum præfixa: DEus eſt autor ſapientiæ hujus mundi. Ut ergò DEus & homo diſtant in infinitum inter ſe & bonitate & dignitate: ità ſapientia DEI bonitate & dignitate ſapientiam hominis excellit.

(a) in Diſſertat. de Nobilitate Studii Theologici, §. VI.

(b) Lib. V. de Trinit. apud B. D. Joh. Andr. Quenſtedium loc. mox cit.

(c) vid. Quenſtedius Syſtem. Theol. Didactico-Polem. Part. I. c. I. Sect. I. Theſ. XXXI. Obſerv. II. p. 12. a. Add. D. Juſti Chriſtoph. Schomeri Exegeſis in h. l. p. 64. 65.

(d) Impulſus vox non notat h. l. violentam aliquam actionem, nec etiam mediatam tantum Spiritus S. aſſiſtentiam, quam piis præſtat in concinnandis ſcriptis interventu precum, lectionis, meditationis Scripturæ S., aliorumque mediorum ordinariorum, quæ aſſiſtentia non excludit ab homine omne

lapſus

lapſus periculum; ſed notat (1) actionem ſpecialem, quâ Spiritus S. Scriptores Sacros ad ſcribendum excitavit, ut animum ad ſcribendum appellerent. (2) inſpirationem & ſuggeſtionem rerum, quas DEus hominibus notas fieri voluit. Habuerunt enim ſe ſacri Scriptores in ordine ad Spiritum S. in concinnanda Scriptura ut amanuenſes. Ut itaque his non convenit pro arbitrio quascunque voluerunt, res, conſignare: ita Scriptores Sacri non potuerunt nisi ea, quæ Spiritus S. iisdem ſuggeſſit, literis conſignare. (3) verborum ipſorum dictationem, quæ probatur partim ab univerſalitate literæ, quæ ipſa verba à θεοπνευςία non excludit, 2. Tim. III. 16. 2. Pet. I. 21. partim ab erroris periculo, quod Scripturæ inhæreret, ſi res tantum eſſent inſpiratæ. (4) ſuggeſtionem ordinis, quod & ipſum ex 2. Tim. III. 16. luculentiſſime patet. Vid. B. D. Fridem. Bechmannus Annot. in Hutterum Loc. I. Q. I. §. VI. p. 5. 6. Dn. D. Fechtius Comp. Thetico-Antithet. c. II. §. VII. Coll. Fundam. c. III. §. VI.

(e) Vid. D. Abr. Calov. Bibl. Illuſtr. Tom. II. P. II. p. 1030 ſeqq. Andr. Prücknerus Vindic. Bibl. P. V. p. 693. ſeq. D. Frid. Balduinus Comm. in omnes Epiſtolas Paulinas, pag. 1441. ſeqq. Dn. D. Fechtius Coll. Fundam. c. III. §. III. B. Schomerus h. l. pag. 202.

(f) Conf. Calov. l. c. p. 1546. ſeqq. Bibliorum Crit. Tom. V. p. 1742. ſeqv. Prückneruſ l. c. pag. 863. Dn. D. Fecht. Coll. Fund. c. III. §. IV.

(g) de Nobil. Studii Theol. §. VIII.

§. III.

Non poſſet verò iſta Theologiæ tribui excellentia, ſi aliud ea præter Verbum immediatè à DEO profectum admitteret principium. Pontificem ſuum, Traditiones non ſcriptas, Canones univerſalium Conciliorum, omniumque Scholaſticorum conſenſum, quæ omnia præter Scripturam pro Theologiæ principiis, pari pietatis affectu recipiendis, venditant, (a) ſibi ſolis ſervent Pontificii. Adorent rationem ſociniani & Arminiani atque religionem ad eam inflectant. (b) Adhibeant eandem Reformati; neque enim quisquam ab iſto illos crimine abſolvet, qui eorum dogmata in articulo de præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in Cœna, in univerſo argumento de abſoluto decreto, &, quæ inde dependent, controverſiis, noverit. (c) Exigant ad naturam omnia Scripturæ effata Naturaliſtæ. (d) Quinqueſecularem Eccleſiæ Veteris conſenſum Scripturæ ſuperaddant Syncretiſtæ. (e) Jactent revelationes immediatas Fanatici &

ad

ad eaſdem Sacrarum literarum effata contorqueant. (f) Nos, quos non fugit, in qualibet diſciplina, juxta ſapientiſſimam Philoſophi adſertionem, (g) principia debere eſſe prima, immediata, vera, infallibilia, certa, indubitata, per ſe fide digna, præcognita, ante conceſſa atque adeò extra controverſiam poſita, & denique indemonſtrabilia, ſolam Scripturam S., cui ſoli requiſita illa conveniunt, pro principio veneramur. (h) *Aptius enim principium in diſciplinis dari nequit, quam quod cuivis proprium eſt. Philoſophus ex rationis, Medicus ex Medicis, JCtus ex juris principiis docet & dijudicat. Sic de rebus divinis Theologus certius non judicabit, quam ex verbo DEI revelato. Quis enim de DEO teſtabitur firmius, quam DEus ipſe mediante verbo ſuo?* (i) Solam verò Scripturam S. quando principium vocamus Theologiæ, Scripturam intelligimus non ſecundum literam tantum ſpectatam, ſed & ſecundum ſenſum ſive explicitum ſive implicitum, adeoque & ſecundum ea, quæ virtute in Scriptura continentur & per legitimam conſequentiam inde deducuntur. Fruſtra ergò ſunt ex Pontificiis illi, qui Noſtratibus injungere quaſi & imperare, auſu quamvis ſtolidiſſimo, & olim conati ſunt, & hodie conantur,

nantur, ut ex ſolo & puro DEI verbo, remotâ omni interpretatione & conſequentia, dogmata ſua comprobent: ad id eosdem vi hyotheſeos ſuæ, *Sola Scriptura S. eſt principium fidei & concluſionum Theologicarum*, obligatos eſſe clamantes. Dum enim Noſtri unicam ſolamque Scripturam principium Theologiæ dicunt, eâ phraſi quæcunque ab heterodoxis Scripturæ Sacræ æquipatantur & tantum non anteponuntur, principia, nuſquam verò legitimas conſequentias ex Scriptura deductas, excludunt. Has enim ipſe Salvator noſter diſertis verbis Scripturam appellat Marc. XII. 26. Matth. XXII. 29. 31. ſeq. ita compellans Sadducæos: *Erratis, neſcientes Scripturas, & virtutem DEI. De reſurrectione mortuorum nonne legiſtis: quæ dicta ſunt vobis à DEO, dicente: Ego ſum DEus Abrahami, & DEus Iſaaci, & DEus Jacobi?* (k) Eô itaque principio infallibili prorſus poſito, Theologiæ ſummam præ omnibus excellentiam negare quis eſt qui vel poſſit vel audeat?

(a) Vid. Dn. D. Fechtius Comp. Thet. Antithet. c. II. § XXIII. XXIV. & prolixè Jo. Andr. Quenſtedius Syſtem. P. I. c. III. Sect. II. p. 36. ac præter ibidem magnô citatos numerô B. D. Val. Alberti in IntereſſeCeligg., Protheor. §. XI. p. 47. ſeq.

(b) Quenſted. l. c. p. 40. ſeqq. Alberti l. c. §. XIII. XIV. p. 49. ſeqq.

(c) Dn. D. Fechtius l, c. §. XXV. Quenſted. l. c. Alberti §. XII. p. 48. ſeq.

(d) Dn. D. Fecht. l. c. §. XXVIII.

(e) Dn. D. Fecht. l. c. §. XXVII. Quenſted. l. c. p. 45. ſeqq.

(f) vid. Dn. D. Fecht. §. XXVI. Ejusdem Lect. publ. in recentiſſimas Theologorum controverſias, Part. II. c. II. §. I. Dn. D. Sam. Schelgvig. Synopſ. Controv. ſub piet. prætextu motarum Art. IV. p. 41. ſ. & Quenſted. l. c. p. 48. ſeqq.

(g) lib. I. Potter. c. II. & lib. I. Topic. c. I. num. VI.

(h) Rectè D. Alberti Intereſſe Proth. §. XVI. p. 52. ſeq. Nos (inquit) fiduciâ bonæ cauſæ noſtrum principium primum dogmaticum ſicut in actu exercito, quando de quæſtionibus fidei particularibus diſputamus, ſemper & ubique adhibemus; ita in actu ſignato, cum in genere de ipſo quæſtio eſt, illud nunquam diſſimulamus, ſed categoricè aperteque deſignamus, nominamus, non verſantes per aſtutiam, neque dolo tractantes verbum Dei, ſed manifeſtatione veritatis commendantes nos ipſos apud omnem conſcientiam in conſpectu Dei. 2. Cor. IV. 2. cum ſua heterodoxi principia ſæpius tanquam τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης apud Paulum ibid. tractent.

(i) B.

(i) B. D. Jo. Nic. Miſlerus, Theologus quondam Gieſſ., in Synopſ. Theol. ed. Gieſſæ anno MDCLXV. in 8vo, Diſp. I. Theſ. II. §. I. p. 3.

(k) vid. ea de materia Dn. D. Jo. Muſæus, Tract. de Converſ. Diſp. VIII. §. I. ſeqq. itemque Diſp. IX. tot. & imprimis de uſu principiorum rationis in Theol. contra Nic. Vedelium, Lib. II. c. XI p. 418. ſeqq. D. Miſlerus Synopſ. Diſp. II. Theſ. IX. §. V. p. 27. ſeq. Dn. D. Fecht. Noct. Chriſt. Exerc. XII. Num. I. p. 977. 978. ut & Coll. Polem. Privatiſſ. in Königium, MSC., Art. de Script. S. §. XI. & quos eidem citatos inibi reperies.

§. IV.

Non infirmius ſanè, ſed longè validiſſimum pro adſtruenda Theologiæ inter omnes Diſciplinas eminentia argumentum ſuppeditat ejus Objectum; quod ipſum quò eſt nobilibus & excellentius, eo quoque nobilior & excellentior ipſa diſciplina, cujus eſt illud objectum, cenſenda venit. Haud verò exiſtimo, quenquam exſtiturum mortalium, qui & hac in re Theologiæ præ omnibus Diſciplinis palmam non ſit lubens conceſſurus, ſi conſideret, Ens omnium nobiliſſimum & præſtantiſſimum, ipſum immenſum & infinitum DEUM resque Divinas eſſe Objectum Theo-

Theologiæ. Pleniſſimè hocce exhauſit argumentum Dn. D. Fechtius cujus adſcribere verba huc facientia haud pigrabor. Ita verò ille: (a) *Quicquid Theologus conſiderat, id in ſe non poteſt eſſe niſi eximium atque præclarum, quippe à DEO ipſo, ut revelaret, ut æternitati ſcripto commendaret, dignum judicatum. Quod ſi gentilium Philoſophorum ſapienter dicta, ſententias aureas, apophthegmata, ſcripta: ſi Jurisconſultorum veterum leges & conſtitutiones, ob ſummam, quæ in iis continetur, ſapientiam, velut oracula cælo delapſa admiramur & tantum non adoramus, quanquam nævi humanæ infirmitatis ex illis ſubinde promicent: quid non dicendum eſt de perfecto omnis ſapientiæ theſauro, quem ex æternitatis penu immediatè depromptum ſacer complectitur codex? Tractat Theologus de rebus omnem pretii menſuram, omnem æſtimationem ſuperantibus. Quid nobilius Deo eſt? Cui collata omnis rerum creatarum excellentia, quantumvis obſtupeſcenda, juxta Originem Commentario in Caput XIX. Matthæi, καταχρηστικῶς ſeu abuſivè tantùm bona eſt & nobilis, cum Dei nobilitas ſola ſit κυρίως & propriè talis. &c.*

(a) Diſſ. de Nobilitate Studii Theol. §. X.

§. V.

§. V.

Ex cognoſcendi principio ſummum Theologiæ accedere ſplendorem ſupra diximus. Jam pauca de ejusdem principii ſanctitate in medium producenda ſunt: illa ſiquidem Theologiæ maximam omninò nobilitatem & præ aliis eminentiam conciliat. *Hæc verò Scripturæ ſanctitas tanta eſt* (verbis utor Dn. D. Fechtii (a)) *ut nec in formandis caſtiſſimis moribus, nec in eloquendis Diviniſſimis myſteriis, majorem puritatem ſimplicitatemque jure deſiderare queas. Pietatis virtutumque omne genus non deſcribit tantùm, ſed inculcat. Id facit ſtylo adeò plano, ſincero & aperto, ut omnis abſit fucus, omnis malitia & ſimulatio. Quicquid non in verbis tantùm factisque, ſed cogitationibus etiam turpe eſt, quicquid pias honeſtasque aures quomodolibet offendere poteſt,* (b) *quicquid vel ſpeciem præbere cujuscunque mali poſſe videtur, id à Scriptura S. longè proculque abeſt, quippe quæ ideò per ἐξοχὴν & eminentiam quandam SANCTA vocatur, Rom. I. 2.* (c) *Qui verò affecta aliter Scriptura eſſe queat, cum Autorem immediatum habeat Spiritum, qui verè ſanctus eſt, qui ſanctitas ipſe eſt, qui ſanctitatis omnis fons eſt? Quacunque unquam*

ſan-

ſanctitate enituerunt ii, qui in Eccleſiæ hiſtoriis celebrantur ſancti, huic ſe origini ſanctitatem ſuam, innocentiam, morumque pudicitiam debere libentiſſimè ſunt profeſſi. Quanto major autem Scripturæ, tanquam principii, ſanctitas eſt, tantò quoque major Theologiæ ceu principiati, ſanctitas eſſe ex ſe intelligitur.

(a) de Nobil. Studii Theol. §. XI.

(b) Quo pertinet Modeſtia Scripturæ in rebus verecundis, de qua integrum conſcripſit Tract. Medico-Sacrum, anno MDCCII. Vitembergæ in 4to editum, D. Chriſt. Warlitzius, Med. ibid. P. P. nec non Archiater Saxonicus & Anhaltinus.

(c) Sancta aliàs vocatur Scriptura (1) à cauſa efficiente tum principali, quæ eſt DEus ter ſanctus, Eſ. VI, 3. Sanctus Sanctorum, Dan. IX, 24. tum miniſteriali, qui ſunt ſancti Dei homines, 2. Pet. I, 21. (2) à cauſa formali, qui eſt ſenſus ſacer & θεόπνευςος. (3) ab objecto ſive materia circa quam, res enim ſacras, ſacra & divinina myſteria, ſancta vitæ præcepta, ſanctorum vitas, continet. (4) à fine & effectu, quia Spiritus S. per ejus prædicationem, lectionem & meditationem homines ſanctificat, Joh. XVII, 17. (5) ab adjunctis, quia non ſolum ab omnibus profanis, ſed & Eccleſiaſticis ſcriptis longè ſeparata eſt, & non niſi ſanctè nec ἀνίπτοις χερσὶν,

Gg illo-

illotis (ut ajunt) manibus, tractari debet. Vid. Fechtius Compend. c. II. §. II. Quenſted. Syſt. P. I. c. IV. Sect. II. Theſ. I. Not. V. D. Seb. Schmidt. Comp. Theol. c. II. §. II. p. 14. 15. *Quamvis verò ſanctum ob haſce cauſas rectiſſimè de Scriptura dicatur, primò tamen & præcipuè dici ob modum revelandi, qui eſt immediatè à DEO, cuique adeò repugnat, quicquam impurum atque profanum ſubeſſe, dubitari nequit.* D. Fecht. Coll. fundam. c. III. §. I.

§. VI.

Nec verò, Theologiam in ſe tantum ſanctam eſſe, putandum eſt; ſanctum etenim & eum redidit, qui, ut eam acquirat animoque complectatur, omni niſu ſtudioque laborat. Fieri non poteſt, inquit Dn. D. Fechtius (a) qui in re tam ſancta occupatur ſtudiumque ſuum ponit, quin & ipſe ſanctitatem inde & caſtitatem contrahat; quemadmodum fieri nequit, quin caleſiat, qui ambulat in ſole. Quantumvis verò firmiſſimè ſim perſuaſus, falſum eſſe Pietiſtarum hypotheſin, non dari nec dari imò ne concipi quidem poſſe Theologiam veram, niſi quæ conjuncta ſit cum pietate; nihilò tamen minus id veritas confiteri me jubet, Theologiam (cum habitus quodam Theologorum conſenſu practicus ſit) ex natura ſua

eò

eô tendere, ut hominem, illi deditum, erroribus vitiisque, quibus totus fuerat immerſus, abſtrahat verâque pietate imbuat. Quod verò non omnes Theologiæ operam navantes, quas intendit ipſa, virtutibus ſint dediti, æquè non imputandum Theologiæ, ac non poteſt imputari morali diſciplinæ, quod multi eam profeſſi, meliores non redduntur. Huc pertinent Fechtiana ſequentia:(b) *Non tamen ideò veræ Theologiæ nomen amittit Theologia, quæ veritates, in Scriptura revelatas, tuetur, ſi ſine iſthoc pietatis, ſecundum ſcientiam inſtitutæ, quem habitus ex ſua natura intendit, excidat aut deſtituatur; ſicut naturalis gentilium Theologia falſa ideò non fuit, quia, qui eandem docebant, ſcientiæ rerum Divinarum morales virtutes haud conjunxerunt; aut, ſicut ideò manducatio & bibitio corporis & ſanguinis Chriſti vera eſſe non deſinit, quia in ſacro Evcharistiæ ſacramento indigni & ſcelerati ſine fructu ſuo edunt bibuntque.* (c)

(a) in Diſſ. de Nobilitate Studii Theol. §. XI.

(b) loc. cit. §. XV.

(c) Fusè de eadem materia idem D. Fechtius pluribus in locis egit, quæ ſupra Sect. I. Gen. cap. I. §. V, not. c. produximus.

§. VII.

Non minor adnaſcitur Theologiæ nobilitas & præcellentia ex affectionibus principii ſui primariis, ex quibus hac vice attendimus Certitudinem ſive Veritatem, Perfectionem & Efficaciam. Certitudinem primò quod concernit, ea immota prorſus eſt & cum nulla omninò oppoſiti formidine conjuncta, adeò, ut æquè ſit impoſſibile, poſſe quicquam vel ulli Sacrarum literarum apici falſum ſubeſſe, ac eſt impoſſibile, duo ſimul vera eſſe contradictioria. Quod ſi enim non ex arbitrio & inſtinctu voluntatis ſuæ, ſive, ut aliàs Scriptura loquitur, ἀφ' ἑαυτῶν, à ſe ipſis, Joh. XI. 51. XVI. 13., ſed φερόμενοι ὑπὸ πνεύματος ἁγίου, 2. Pet. I. 21. locuti ſunt & ſcripſerunt Prophetæ & Apoſtoli, neceſſariò conſequitur, nullô eos modô in ſcribendo errare potuiſſe, nullamque falſitatem, nullum errorem, nullum erroris periculum, nedùm mendaciū ullum ſermonibus aut ſcriptis eorum ſubeſſe aut ſubeſſe poſſe. Spiritus enim S., utpote Spiritus veritatis & fons omnis ſapientiæ, cujus manus tantùm fuerunt & calamus Scriptores ſacri, fallere aut falli non poteſt, nec errare aut labi memoria. (a) *Qui, quod verum non ſit*, Fechtianis utor, (b) *immediatè ab eo eſſe poſſit, qui in*

ſe

ſe nihil eſt quam ipſa veritas, quæ mentiri mutarique nequit? Mal. III. 6. Quantamcunque Philoſophi vel ex ſenſibus vel ex experientia vel ex demonſtrationibus certitudinem jactent, quantum excellunt Divina humanis, tantum Scripturæ certitudo quamcunque naturalem ſuperat, ut ejus reſpectu humana ſapientia omni ferè teſte carere videatur, ut ſcitè inquit Nicolaus Henningius. Quò certius verò Theologiæ principium eſt principiis aliarum ſcientiarum, hoc certiores etiam generare concluſiones ex ſe intelligitur. Quare & τὺν ἀσφάλειαν, firmitatem & certitudinem Theologiæ adſcribit Lucas Cap. I. 4. Si quis Theologorum nobis infinitas diſſenſiones & immortales rixas ogganniat, ille cavillari confeſtim deſinet, ſi neque Juris, neque Medicinæ, nec ullius alterius diſciplinæ, quarum apodictica ſunt principia, ſtudia iisdem deſtitui in memoriam ſibi revocet & in univerſum meminerit, nullam unquam extitiſſe rem magnæ exiſtimationis & communi vitæ utilem, quæ non in varias opinionum ſectas fuerit diviſa; ut Celſo, idem Chriſtianis objectanti, reſpondet libro contra ipſum tertio Origenes.

(a) Vid. B. D. Quenſted. Syſtem. Part. I. c. IV. Sect. II. Quæſt. V. p. 79. b. Dn. D. Fecht. Colleg. Pol. Privatiſſ. in Königium, ad Art.

 de

de Script. S. § III. & Coll. fundam. c. III. §. IX.

(b) Diſſ. de Nobil. Stud. Theol. §. XVI.

§. VIII.

De Perfectione unicum, ſed longè illuſtriſſimum, ſuffecerit adnotaſſe locum Paulinum, 2. Tim. III. 15. 16. 17. *Quia à puero ſacras literas noviſti, quæ te poſſunt ſapientem reddere ad ſalutem per fidem, quæ eſt in Chriſto Jeſu. Omnis Scriptura divinitus inſpirata, utilis eſt ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad diſciplinam in juſtitia. Ut perfectus ſit homo DEI, ad omne opus bonum perfectè inſtructus.* (a) Ex quibus quoque, quantâ Theologiæ ſtudium præ cæteris omnibus prærogativâ gaudeat & eminentiâ, oppidò pateſcit. Thomas equidem Brovvne, Anglus, imperfectionis arguere Theologiam conatur, in ſuo, quem ſcripſit de Religione Medici, libro; ſed rectiſſimè judicat Dn. D. Fechtius, (b) quod in re ſeria ludere videatur. Cui proinde æquè ac aliis divinæ ſcientiæ contemptoribus in memoriam revocandum eſt illud Pauli, Gal. VI. 7: Ne errate, DEus non irridetur. Juſtius ſanè pretium ſtatuere perfectioni Theologiæ novit D. Fechtius, hunc in modum

dum de eadem pronuncians: (c) *Nulla eſt rationis diſciplina, quæ perfectionem promittere cultoribus ſuis poſſit. Querelarum de humanarum rerum & ſcientiarum imperfectione omnes omnium autorum libri, omnes paginæ repletæ ſunt. Sola Theologia eſt, cujus principio nihil deficit, quò minus ex eo, quæcunque Theologo neceſſaria & ad obtinendum illuſtriſſimum finem proficua ſunt, & hauriri poſſint & determinari. Nulla unquam nata eſt hæreſis, aut naſci poteſt, quæ non poſſit ex eo refelli. Nulla hominem aut tentatio vexat, aut paſſio, quin ex illo remedium ei poſſit opponi. Nullus conſcientiæ ſcrupulus, quin ex eodem decidi. Omne conſilium Divinum de ſalute noſtro, nullo excluſo, in eo traditum & enunciatum eſt. Act. XX. 27.* Quantâ itaque Theologiæ ſtudium præ cæteris diſciplinis prærogativâ & nobilitate gaudeat, vel hinc quoque patet.

(a) Multis equidem modis Pontificii, Syncretiſtæ, Schwenckfeldiani, Anabaptiſtæ, Weigeliani, Sociniani, Judæi & Labadiſtæ perfectioni Scripturæ detrahere adlaborant, ſed quam lubrico adſertiones eorundem nitantur fundamento, apud Quenſtedium, qui prolixè eas deſtruxit, videri poteſt, in Syſt. P. I. c. IV. Sect. II. Quæſt. X. p. 102. ſeqq.

(b) de Nobilitate Studii Theol. §. XVII.
(c) loc. all.

§. IX.

Efficacia denique Scripturæ S. tanta eſt, ut major validiorque ne cogitari quidem aut concipi poſſit. Nam & ea, quæ ſunt ὑπὲρ πάντα νοῦν καὶ ὑπὲρ πᾶσαν κατάληψιν firmiſſimè perſuadet, & ad omne virtutum genus hominum corda fortiſſimâ quadam vi commovet, & in adverſis quibuslibet ſolatium præbet, & in ipſa denique morte ſecurum reddit & imperterritum. Stupendam & admirandam iſtam verbi efficaciam (quæ adeò eſt actu primo ab eodem inſeparabilis, ut non poſſit verbum DEI vocari, niſi conjunctam ſemper & ubique eandem habeat) juſto mactaturus elogio Gentium Apoſtolus, potentiam vocat ad ſalutem omni credenti, Rom. I. 16. & Ebr. IV. 12. vivum ſermonem DEI & efficacem, & quovis gladio ancipiti penetrantiorem, (a) qui pertingat usque ad diviſionem animæ ſimul ac ſpiritus, compagum quoque & medullarum, & dijudicet cogitationes atque conceptus cordis. De hac efficacia plurima ſuppeterent illuſtrium Theologorum elogia, utpote Origenis, (b) B. D. Jo. Hülſemanni, (c) B. D. Joh. Adami Oſiandri, (d) aliorumque, ſed con-

contenti erimus hâc vice ſolis Dn. D. Fechtii verbis, & brevitate & accuratione cuilibet ſeſe commendantibus. Ita verò illa habent: (e) *Oratores gentiles verbis humanæ ſapientiæ perſuaſoriis 1. Cor. II. i. 4. multarum admirandarum rerum fidem ſæpè in animis hominum efficere poterant; non poterant autem eosdem adducere, ut crederent, res ab omni ratione remotas imò cum ratione pugnantes, ut DEum habere filium, hunc fieri hominem, DEum pati, mori; reſurgere, hominem per fidem in ipſum juſtificari, aliquando reſurrecturum, & ſimilia. Quodcunque ergò verbum hæc talia, & quidem ſine omni orationis lenocinio fortiſſimè perſuadet, adeò, ut quis mille citius mortes quam horum fidem deponere velit, id Verbum eſt utique miraculosè efficax. Atqui Verbum Divinum. Ergò. Minor probatur ex loco Paulino: Q. Verbum nobis æternam ſalutem procurat, nosque per correctionem à profanis moribus hujus ſeculi ad virtutes ſpirituales, ab opinionibus carnalibus ad myſteriorum Divinorum notitiam deducit, id nobis iſta perſuadet. Atqui Scriptura S. Ergò.* Ex iſtis itaque attributis SS. literarum cum propullulet effectus, quô nullus ex parte hominis nobilior aut excellentior eſſe poteſt, animarum ſcilicet æterna ſalus; vel eô nomine

mine ſolo Theologiam, quæ ad effectum illum procurandum producendumque omni niſu & conatu tendit, prorſus inæſtimabilem eſſe cuilibet ad oculum patet.

(a) Auguſtinus Lib. XX. de Civit. DEI c. XXI. apud B D. Sal. Glaſſium in Philol. Sacra Lib. I. Tract. IV. Sect. III. p. 242. edit. optimæ Francof. & Hamburg. MDCLIII: Sermonem (inquit) DEI Scriptura dicit gladium bis acutum, propter aciem geminam Teſtamentorum duorum.

(b) Lib. quo contra Celſum Epicurium diſputat, apud Dn. D. Fechtium de Nobil. Studii Theol. §. XVIII.

(c) Prælect. in Form. Concord. Art. VIII. Sect. I. P. II. ℋ. II.

(d) qui de eadem in Syſt. Theol. Tubingæ Anno MDCXCI. in 4to edito. P. I. Diſp. integra XXI. p. 339. ſeqq. prolixè egit.

(e) Coll. Theol. fundam. MSC. in Königium, cap. III. §. XIV.

§. X.

Producta hactenus argumenta ſine omni haud dubiè exceptione Theologiæ inter cæteras diſciplinas eminentiam & excellentiam comprobant. Unum adhuc illis addemus, ab inſigni difficultate, quo circumſeptus undique eſt ampliſſimus Theologiæ campus, petitum. Cæterarum ſcilicet diſciplinarum nulla

nulla tot adminicula, tot præſidia requirit, quanta ad Theologiam in univerſo ambitu & complexu ſuo conſideratam requiri agnoſcunt omnes & confitentur. Quò autem difficilius quid eſt, eò & præſtantius & excellentius eſſe jam olim judicarunt ſapientes. Juvat hic denuô audire Magnif. Dn. D. Fechtium: *Juris quidem ſcientiam,* (inquientem (a)) *quod linguarum inſtrumenta concernit, comprehendi ſufficienter poſſe, ſi linguæ Latinæ peritia probè ſis inſtructus, extra dubium poſitum eſſe arbitror. Nec plura requirit aut Medicina aut Philoſophia. Si, qui hæc ſtudia colunt, plurium ſibi linguarum notitiam compararunt, id equidem vel ad ornamentum fecerit ſcientiarum, vel ad eas faciliùs perfectiusque diſcendas. Ad linguæ Hebrææ Græcæque, haud perfunctoriè imbibendæ, Theologo inevitabilis quædam incumbit neceſſitas, quippe ſine quibus magiſtrum ſuum, in ſacris proprio ore loquentem, ſine erroris periculo nequit intelligere. Cæteræ quoque linguæ, Chaldæa, Syriaca, Arabica, Æthiopica; quin & exoticæ, Italica, Gallica, Hiſpanica, Anglicana, aliæque non pœnitendum ad Sacrarum Literarum interpretationem ſubſidium afferunt. In univerſo verò Philoſophiæ & Hiſtoriarum ſtudio nihil omninò eſſe, cujus notitiam non majori*

vel

vel neceſſitate vel utilitate Theologus, quam cæterarum artium Doctores, ſibi vendicet, neminem negare exiſtimo. &c.

(a) Diſſ. de Nobilitate Studii Theol. §. XX.

§. IX.

Concludam hocce caput Eruditorum quorundam teſtimoniis, iſtam Theologiæ inter reliquas diſciplinas eminentiam luculentiſſimè comprobantibus. Ex veteris Eccleſiæ Doctoribus Johannem produco Chryſoſtomum, qui diſertè profitetur: (a) Viam Theologiæ omni humana ſapientia profectò longè eſſe majorem, cum & Apoſtoli ea facti ſint externis ſapientibus ſapientiores atque præſtantiores. Idque eò magis, quò majus eſt, res divinas fide accipere, quam earum rationes perſcrutari. Ex recentioribus Eccleſiæ Doctoribus David Chytræus, Theologus quondam hujus Academiæ, ſive edecumatam ſpectes eruditionem, ſive pietatem, ſive gravitatem, nemini maximorum ſecundus: *Hoc affirmo*, inquit, (b) *inter omnes doctrinas & artes, quæ DEI conceſſu & munere hominibus tributa ſunt, nullam præſtantiorem & omnibus cognitu magis neceſſariam eſſe, eâ doctrinâ, quæ fini, ad quem conditus eſt homo, immediatè ſervit; & ad quem velut ad ultimum*

mum & ſummum finem, cæteræ artes & vitæ genera omnia referuntur, quæque & certum præſidium eſt vitæ præſentis, & aditus eſt ad æternam ſalutem. Idem ſtudium Theologiæ *omnium ſtudiorum & actionum humanarum ſummum & Digniſſimum & maximè omnibus* (quamvis non eodem modo) *neceſſarium* adpellat. (c) D. Jo. Adamus Oſiander, Theologus quondam Profeſſor Tubingenſis, Academiæ Cancellarius & Eccleſiæ Præpoſitus, de ſingulis officiis præclariſſimè meritus, (d) Theologiam ait ſuperare reliquas diſciplinas omnes, cujuscunque ſint generis, ordinis & dignitatis (e) Erneſtus Stiſſerus, S.S. Theol. Lic.; Magdeburgenſium Eccleſiarum Collegiatus & Ebr. Ling. in Acad. Helmæſtad. Profeſſor ſequentem in modum pronunciat: (f) *Quantò æterna caducis, immortalia terrenis, divina humanis præſtant, tanto Theologiam reliquis omnibus diſciplinis meritò ſuô anteferri optimo jure dixeris. Ita rectiſſimè ille rem æſtimavit, qui in aliis fecem, in ſola Theologia florem omnium ſcientiarum contineri ſcripſit. Et ſanè ſive objectum ejus, quod eſt Summus ille, qui ſuperiorem agnoſcit nullum, DEus ter Opt. Max., ſive finem aſpicias, qui gloriâ DEI & ſalute noſtrâ abſolvitur, nihil omnino in rebus mortalium eſt, quod cum illa*

com-

comparari poſſit: Si enim abſque cognitione ſupremi noſtrûm parentis nihil omninò eſt, quod in hac vita ſcitur: Igitur ſine hac diſciplina omnis hominum vita vana, ludicra, nihil erit. Si totum, quod hic degimus, ævum, ſoli omnipotentis DEI gloriæ ſacrum eſt & eſſe debet: aut nullibi, aut in ſola hac Cynoſuram miſeræ noſtræ navigationis habemus. Si denique in ſalute æterna ſummum omnium bonorum bonum ſitum eſt: fruſtra iterum ſint ſine hac omnes reliquæ diſciplinæ. Addemus hiſce binorum JCtorum teſtimonia, alterum Guil. Budæi, immortalis ſuæ gentis decoris, utpote Viri non ſolum omnium, quos unquam Gallia genuit, erudítiſſimi, verum etiam diligentiſſimi, (g) alterum Thomæ Lanſii, Tubingenſium Profeſſoris quondam celebratiſſimi. Illud paucis hiſcè conſtat verbis: *Theologiam principem eſſe ſcientiam notum eſt, ſapientiamque quondam propriè appellatam.* (h) Hoc verò ſequentis eſt tenoris: (i) *Academia ſive Univerſitas plerumque quatuor facultatum ſive Collegiorum Profeſſores numerat, nempe ſtudii Theologici, Juridici, Medici & Philoſophici; Singulis Collegiis ſtatis temporibus Decanum Præſidemve ex ſuis Profeſſoribus eligentibus, qui negotia Collegii moderetur. Primas autem merito & jure optimo*

maxi-

maximô poſſident Theologi; quia ſcientiâ Theologicâ, quam illi tractant, nihil eſt ſublimius, nihil ſanctius, & cui rectisſimè omnes aliæ ſcientiæ & artes faſces ſuos humiliter ſubmittunt.

(a) Homilia IV. in I. Pauli ad Corinth. Epiſtolam, apud Dn. D. Pechtium de Nobil. Studii Theologici, §. XXII.

(b) in Oratione de Studio Theologiæ, cum omnibus cæterarum artium ſtudiis conjungendo, in ſolenni Doctorum Theologiæ promotione habita, apud Fechtium l. c. §. VI.

(c) Oratione de Studio Theologiæ rectè inchoando, apud eundem l. c.

(d) de cujus vita, meritis ſcriptisque videri poteſt Pl. Rev. M. Henr. Pippingius in Sacro Decadum Septenario, Dec. V. p. 690. ſeqq.

(e) in Syſtem. Theol. P. I. Exerc. I. §. XXXI. p. 12.

(f) Differt. Theol. de Prædeſtinatione æterna, ſub Præſidio B. D. Balth. Meiſneri Wittebergæ hab. Anno MDCXVIII. apud Celeb. Thomam Crenium de Libris Scriptorum, Optimis & utiliſſimis Exerc. III. p. 2.

(g) judice Eraſmo Roterodamo Adnotat. in Matth. V. p. 29. Idem Budæus Paulo Jovio in Elogg. Doct. Virorum, Num. XCVII. non Galliæ modò, ſed totius Europæ longè doctiſſimus audit. Caſp. Barthio Adverſariorum

riorum Lib. I. c. X. col. 20. humanarum artium Princeps. De cætero vitam ejus ſcriptaque recenſuit Adolphus Clarmundus in Vitis Clariſſimorum In re literaria Virorum P. I. Num. III. p. 37. ſeqq.

(h) de Studio literarum rectè & commodè inſtituendo, §. XLII., apud Th. Crenium Methodorum Tom. II. Num. I. p. 47.

(i) Commentat. de Academiis, eô locô, ubi de Profeſſorum ordine agit, apud Dn. D. Fechtium de Nobilitate Studii Theol. §. XXII.

CAPUT II.

DE

QUÆSTIONE:

AN NOBILI CONVENIAT STUDIUM THEOLOGICUM?

SUMMARIA.

§. I. Oſtenſâ Theologiæ eminentia ad Quæſtionem: An Theologiæ ſtudium Nobili conveniat? brevibus enodandam, progreditur. §. II. Senſum quæſtionis hunc non eſſe: An Theologia quocunque, rudiori etiam ſive Catechetico, tractata modô Nobili conveniat? oſtendit. Sed huc ejus ſummam redire. §. III. docet: An Nobili Theologiæ Acromaticæ ſeu accuratiori eousque operam navare conveniat, ut officio aliquando ſacro præeſſe queat? §. IV.

§. IV. Quando ſit neganda quæſtio, notat. §. V. Quando eadem affirmanda, demonſtrat. §. VI. Unicum adhuc pro adſtruenda Officii Eccleſiaſtici dignitate argumentum producit, & §. VII. finem Tractationi imponit.

§. I.

Cum luculenter ſatis & immotis, ut arbitror, argumentis expoſita hactenus fuerit Theologiæ & Studii Theologici Nobilitas, ejusdemque inter omnes Diſciplinas eminentia; ad Quæſtionem propoſitam: An Theologia ejusque ſtudium Nobili conveniat? jam convertimur, paucis (minus enim ſupereſſe difficultatis videtur) de ea diſſerturi.

§. II.

Id verò (ut in principio hoc moneamus) non vult Quæſtio noſtra: An Theologia quocunque, rudiori etiam ſive catechetico, tractata modô Nobilem deceat? Extra omnem quippe controverſiam poſitum eſt, Nobiles, ſi in Chriſtianorum haberi numero cupiant, haud ſecus ac alios Chriſtianos, quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria, perſpecta & in numerato quaſi habere debere, jamque inde à prima ætate ad pietatem eſſe manuducendos verique Chriſtianiſmi præceptis imbuendos. Graviter ea de re diſſerit Ce-

leberrimus Jo. Schefferus, Upſalienſis quondam Academiæ Profeſſor Regius & Skyttianus: Reſpectu (inquiens) rerum informatio in univerſum pertinere debet vel ad ſacra vel non ſacra. Initium à ſacris facio, quia prium ante omnia volo fieri diſcipulum, etiam nobili ſanguine ortum, non privatis ſolùm cauſis, quas pro ſe quilibet & intelligere & obſervare debet, verùm multò magis publicis, quia verſaturus eſt in negotiis ad commoda communia facturis. Nimirum ſine Gratia Divina nihil paulò gravioris momenti expeditur, nec conficiendis cum ſucceſſu talibus prudentia, cautio, circumſpectio, calliditas mortalium, quantumvis ſumma, eſt ſufficiens. Ea porrò gratia qui haberi poſſit per impietatem? Adde, quod ſublatâ pietate plurimum amittatur ex præceptis regulisque, quas in vita & negotiis, ſi verè ſalutaria eſſe cupimus, obſervari neceſſe eſt. Pietatem igitur in Diſcipulo exigo ante omnia, ejusque in educatione primam puto habendam rationem. Scio aliter hic multos judicare, nec deeſſe magnorum aliquando Virorum auctoritatem. Sed docet eventus, eos, qui non ab initio ætatis de religione ſua redduntur certi, poſt in peregrinationibus vel ad alienam & erro-

neam

neam abduci non modô cum exitio ipſorum proprio, ſed & cum infamia gentis, quandoque publico etiam cum damno, quando verô ex hoc diſſenſu contentiones turbæque oriuntur etiam in reliquis de republica deliberationibus; vel planè incertos ac ancipites vagari, denique negligere religionem omnem, unde primum vitæ morumque diſſolutionem, deinqe iniquitates varias ac injurias oriri neceſſe eſt, quibus non modò gerendarum feliciter rerum auſpicia evertuntur, Deo id genus hominum averſante; ſed ipſa etiam ſocietas diſtrahitur divellitur-que. Ut omittam errores infinitos, in quos in deliberationibus ferè omnibus hos incidere neceſſe eſt, vel, ignorantiâ, vel negatione Providentiæ Divinæ, cujus accurata conſideratio notitiaque præcipuam prudentiæ humanæ partem continet, ipſamque adeò vel conſtituit vel abſolvit. Informatio igitur incipere à pietate debet, ad quam pertinet cura ſacrorum. Sacra ſpectant vel notitiam de Deo & religione vel cultum. Notitia noſtro ſufficiens haberi poterit ex Catecheſi primum Lutheri, cum ſueta explicatione, item Quæſtionibus & Reſponſionibus Laurelii. Poſt Catecheſi Latina Dieterici, Compendio Hutteri, (b) aut Hafenrefferi,

(c) Epitome Credendorum Hunnii. (d) Quibus abſolutis ea, quæ ſunt ſcitu neceſſaria, petentur ex ſcriptis majoribus, ut ſunt Loci de Chriſto, Fide & Operibus, Providentia, Lege, Magiſtratu Politico & ſimiles. Sunt autem ſcripta illa majora varia nec ignota, inter quæ eminent Chemnitii Opera & Loci Gerhardi. Cultus inſtituetur ad manuductionem Avenarii per preces matutinas & veſpertinas, cum lectione Bibliorum in lingua vernacula, cui poſſet addi verſio Germanica cum notis Vinarienſium, vel Latina Oſiandri, ubi locus Difficilior occurret. Avenarium juvabunt preces Arndii, Meditationes Gerhardi, (e) Auguſtini ſimilesque, item qui de vita ex præceptis veri Chriſtianiſmi rectè inſtituenda ſcripſerunt. Volo autem hiſce dari operam, non ut omnium controverſiarum nodos ſciat ſolvere diſcipulus, ac ſubtiliſſimas quasque teneat diſtinctiones: ſed ut de fide ſua ex principiis Sacræ Scripturæ præcipuisque ejus dictis ſit certus, partesque ſupra nominatas de fide, Providentia, fato &c. probe intelligat. Rectè enim Jo. Caſelius, Vir ſummus: *Ut exquiſita* (inquit) *lingua ratio ad Grammaticum, ut cauſæ forenſes ad Jurisconſultos: ita quæ in Eccleſia moventur de Religione ad Collegia ſacerdotum referenda ſunt.* (f) (a)

(a) Diſſ. de Generoſi nobilisque informatione literaria, quæ Hamburgi primum prodiit MDCLXXXIII. in 8vo, Notis poſtmodum illuſtrata à Th. Crenio, Tomo II. Methodorum, Lugduni Batav. edito anno MDCXCVI. in 4to, illata eſt, §. IV. p. 448. ſeqq.

(b) Præter egregias ac utiles in illud notas D. God. Cundiſii (ceu laudat eas Crenius l. c. p. 449.) exſtant quoque D. Fridem. Bechmanni Annotationes uberiores, MDCXCV. primum editæ, de quibus in præf. noviſſimæ editioni præfixa videri poteſt D. Jo. Franc. Buddeus.

(c) Loci Theoll. Matthiæ Hafenrefferi jam inde ab anno Chriſti MDCXII. regio reſcripto jubente in Univerſitate Upſalienſi & Gymnaſiis aliis publicis prælectionibus traduntur, ut nos docet pretioſus noſter D. Dorſcheus in p. 275. Latronis Theologi. Crenius loc. cit. p. 449. Oſtendit quoque, quâ apud Suecos ſint autoritate, D. Jo. Hülſemannus in Verm. Conſcient. Calixt. c. III. p. 119. ſeq.

(d) Epitomâ Credendorum Nic. Hunnii nihil ſolidius, nihil eruditius, nihil exactius: quippe quæ ſola animum in religione Lutherana tranquillum & ut in tuto ſit adverſus heterodoxos, reddere valet; inſtar omnium itaque Compendiorum erit auctore

 Jo.

Jo. Andr. Boſio Diſſ. de comparanda prudentia civili, apud Crenium Method. T. II. Num. VII. §. CXXIV. p. 407.

(e) De his Mich. Schneiderus Orat. in obitum Gerhardi hab. Patrologiæque Gerhardianæ ſubjunct. cum cæteris Orationibus, p. 140. Meditationum libellum ipſi religionis noſtræ hoſtes elogiis & laudibus extollunt. Tanta ſcil. veritatis vis eſt, ut etiam clauſos oculos feriat, & vel ex invitis pectoribus prorumpat. Conf. Crenius l. c. p. 450.

(f) apud Crenium in Notis ad Schefferi Diſſ. loc. cit. p. 451.

§. III.

Sed huc redit ſenſus quæſtionis: An Nobili Theologiæ Acroamaticæ ſeu accuratiori eousque operam navare conveniat, ut officio aliquando ſacro præeſſe queat? Quamvis neminem ſanæ mentis negare quæſtionem poſſe quilibet ultrò confeſſurus ſit, invenias tamen Nobilium quosdam, qui non ipſi ſolum à Theologiæ ſacræ ſtudio penitus abhorreant, ſed & ſuos, quanquam ad illud excolendum natos, factosque, quidvis potius aliud, quam ſtudium Theologicum, tractare velint. Abſurdè profectò & ſtolidè! Rectè enim Franciſcus Stypmannus, celeberrimi olim

olim nominis in Academia Gryphica JCtus: *Non levis* (inquit) *apud Noſtrates Nobiles error eſt, non convenire ingentibus animis ſacra ſtudia, plebejorum eſſe ea relicta occupationibus*; (mirum quod non addant, non convenire ſibi Deo ſervire, eaque quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, curare) *quos vel unicum hoc Noſtri defuncti* (Bartholdi Krakevitzii) *exemplum, ut alios, quos ex illorum numero Epiſcopalis, quæ Camini eſt, Cathedra habuit, taceamus, abſurditatis arguit*. (a) Nec iſtam immeritò Nobilium abſurditatem reprehendit Melch. Adamus: *Multi* (inquiens) *eodem* (nobili) *loco nati hodierno die, ad aulicas ſe delicias natos ducunt & equos canesque ad venationem alunt: ſacrarum verò literarum ſtudium etiam dehoneſtare ſuum ordinem ſtatuunt. Quanto rectius Grünradius, qui veram Dei agnitionem ſummam arbitratus ſapientiam, nobilitatis ornamentum maximum duxit, ſecutus in eo exemplum illuſtriſſimi Principis Georgii Anhaltini, illuſtris Joannis à Laſco, nobiliſſimi Antonii Sedealis ac Theodori Bezæ: quorum ſcripta & monumenta hodie adhuc teſtes nobis ſunt, quales & quanti fuerint Theologi.*

(a) in Programm. funebri Barth. Krakevitzii, apud Henningum Wittenium in

Memoriis Theologorum renovatis, Dec. IV. p. 503.

(b) in Vitis Theologorum Germanorum p. 395. edit. MDCCV. in folio.

§. IV.

Nos ſequentem in modum ad quæſtionem reſpondemus. Si nobilis ſtudio ſeſe Theologico conſecret, non inductus maximo adverſus nobiliſſimum ſtudium æſtimio, nec intentione Gloriam Dei & gregis, aliquando ſibi concredendi, ſalutem promovendi; ſed tantum ut officia adipiſci lautiſſima poſſit, male omninò agere cenſendus eſt. Plurimorum nobilium peſſima iſta eſt in Eccleſia Pontificia conſuetudo, quos non tam ipſa nobiliſſima ſtudii æſtimatio, quàm ſupremæ illæ, quas poterant indipiſci, eæque conjunctæ cum ſummo integrarum provinciarum dominio, magnificisque divitiis, dignitates honoresque ad ſtudium iſtud commovent. Qua de re ſupra (a) Dn. D. Eechtium diſſerentem audivimus. Quales habeant illi ſæpenumerò Clericos, ſummis quoque admotos officiis, gulæ prorſus indulgentes, parum de cætero de officio, quod gerunt, Eccleſiaſtico ſolicitos, quotidiana confirmat experientia. Vidit Tridentum, tempore

pore celebrati ibidem Concilii, complures Epiſcopos Pontificios, nil præter idioma vernaculum callentes, nec ullâ quidem, nedum Theologicâ, ſcientiâ inſtructos. De quibus Andreas Dudithius: (b) *Singulis noſtrum centenos de ſuis Papa potuit opponere: ac ſi centeni parum multi viderentur, repente mille creare potuit, quos ſuis laborantibus ſubſidio mitteret. Itaque videre erat, quotidie Epiſcopos famelicos & egentes, ex majori parte barbutulos adoleſcentes luxuque perditos, Tridentum volitare, conductos ad ſententiam ſecundum Papæ voluntatem dicendam, indoctos illos quidem & ſtolidos, & tamen impudentiâ & audaciâ utiles.* Et mox: *Erant Epiſcopi illi conductitii plerique ut utres ruſticorum, muſicum inſtrumentum, quos, ut vocem mittant, inflare neceſſe eſt.* Imò plerosque Pontificiorum proletariam ſaltem habere notitiam ſacram, illique Theologiæ, quæ tricis abſolvitur, Scripturam verò, cui Theologia omnis ſuperſtructa eſſe debet, prorſus negligit, incumbere, exploratum omnibus eſt & perſpectum. Rectiſſimè Magnus Mayerus: *Equidem*, ait, *tantum abeſt, ut mirum mihi videatur, Mazonium tam exiguo temporis ſpatio Theologum evaſiſſe, ut mirer potius, non paucioribus eum menſibus abſolviſſe Theologiæ*

Pontificiæ curſum. Quis enim longum tempus requirat ad Theologiam imbibendam, quæ negligit Scripturam, contemptim habet linguas, & tota nugis abſolvitur ſcholaſticis, quibus Mazonius jam tum per totum vitæ ſuæ tempus vacaverat. (c)

(a) Sect. II. Hiſtor. cap. III. §. I.

(b) apud B. D. Chriſt. Kortholtum in Prodromo Theol. Cultoris, cap. II. §. X. p. 54. ſeq.

(c) in Miſcellaneis de Doctoratu Theologico, Kilonii MDCXCIX. propoſ., poſtquam Argumenti VI. p. 23. lemma fecerat: *Non majus ſex menſium ſpatio Jacobus Mazonius ſtudio Theologiæ vacavit, & Doctoratus deinde honores conſecutus eſt*, atque ejus firmandi cauſa ex Pinacotheca Imaginum illuſtrium, Num. XXXVIII. Jani Nicii Erythræi Verba adduxerat.

§. V.

Quod ſi verò iſta Theologiæ conſecratio, à nobile ſuſcepta, ex legitima ejusdem æſtimatione oritur, gloriæque Divinæ, ceu finis omnium rerum primi & ſummi, promovendæ & Eccleſiæ DEI ædificandæ ergò fiat, (a) omnis ex adverſo honorum divitiarumque ambitio excludatur, inſtitutum iſtud nobilis eſt omnibus modis laudandum & promovendum. Ecquî enim, ſodes, hunc in modum

dum ſuſcepta non conveniret nobili Theologia, cum infinitis ea modis ipſum nobilitatis decus ſupergrediatur? Sive enim principium, ſive objectum, ſive ſanctitatem, ſive certitudinem, ſive perfectionem Theologiæ ſpectes, ubique reperies, quod omni ex parte ſit nobiliſſimum. Quodcunque itaque ſtudium reliquis omnibus longè eſt nobilius & eminentius, ipſiusque nobilitatis juribus ac privilegiis dignius, illud nobiles optimè decet. Atqui Studium Theologicum. &c. Ergo. &c. Minor capite præcedente abundè probata eſt, ut ſupervacaneum omninò exiſtimem quicquam addere.

(a) vid. Dn. D. Fechtii Diſſ. de Ambitione Officii Eccleſ. ex 1. Tim. III, 1. Sect. II. Dogmat. §. VII. & B. D. Abr. Calovii Aurea Pædia Theol. Præcogn. c. III. Can. II. & III. p. 28. ſeqq.

§. VI.

Quod ſi ſpeciatim ad officium Eccleſiaſticum deſcendamus, minus ſubeſſe videtur difficultatis. Hujus enim tanta eſt dignitas, ut in Veteri Teſtamento Principes, imò Reges juſſu Divinò illud geſſerint, neque eo in diebus carnis ſuæ defungi, Regem Regum & Dominum Dominorum puduerit. Non ignotus cuiquam eſt locus Paulinus 1. Tim. III.

III, 1. quo ſequentem in modum commendat Apoſtolus Officium Eccleſiaſticum: *Indubitatus ſermo, ſi quis Epiſcopi munus appetit, bonum opus deſiderat.* Attentionem movet & fidem ſibi conciliat verbis initialibus: πιςὸς ὁ λόγος, quibus ea quæ dicturus eſt, longè certiſſima indicat. Ita enim præfari ſolet Spiritus S., cum, quod vel ſupra humanam fidem, vel aliàs memoratu dignum eſt, proponit, ut c. I. 15. 2. Tim. II. 11. Apoc. XXI, 5. & alibi. Idem itaque eſt, ac ſi dixiſſet Paulus: *ſermo, quem ad te, Timothee, jam facio, tantâ gaudet certitudine, ut de ejus veritate nunquam dubitare queas.* (a) Significantiſſimè expreſſit Lutherus das iſt je gewißlich wahr. Ἔργον verò Paulus vocat Epiſcopatum, quia non tantum honoris eſt & dignitatis, ſed laboris & moleſtiarum, quod ipſum ſtupenda arguit difficultas, quâ circumſeptum eſt officium quodcunque Eccleſiaſticum. Addit voci iſti epitheton τοῦ καλοῦ, quod eandem gignit ſenſum, ac ſi Apoſtolus Timotheo ſuo dixiſſet: *honeſtum, præclarum, bonum & pretioſum coram DEO opus deſiderat, qui Epiſcopatum appedit.* (b) Eleganter Lutherus: der begehret ein köſtlich Werck. *Pulchra ſanè & honorifica eſt hac functio,* inquit Hugo Grotius (c) *& propterea requiruntur*

tur ad eam non tantum communes omnibus verè Chriſtianis virtutes, ſed & quædam excellentiora: quantò ipſi Presbyteri ſupra plebem eminent. (d)

(a) Vid. B. D. Frid. Balduinus Comm. in omnes Epiſtolas Paulinas, p. 1295. a. Dn. D. Fecht. de Ambitione Officii Eccleſiaſtici, Sect. I. Exeg. §. III.

(b) Dn. D. Fechtius l. c. §. VII.

(c) ad h. l. apud B. Calovium in Bibliis Illuſtr. P. II. Tom. II. p. 954. a.

(d) vid. Balduinus l. c.

§. VII.

Plura adhuc adduci poſſent, ſed cum exiſtimem ex allatis hactenus & ſtudium Theologicum, ceu omnium nobiliſſimum, & functionem ſacram, ceu pretioſiſſimam, ſufficienter nobili perſuaderi poſſe, pedem hic figo, nihil addens niſi illud:

Sit ſoli Summo Gloria ſumma DEO &c.

FINIS.

HYPO-

HYPOMNEMATA
AD TRACTATUM
DE
NOBILIBUS THEOLOGIS

AD *Sect. I. Gen. cap. I. §. VI. Eruditio in eo requiritur Philoſophica & philogica.)* Ea de re Celeb. Dn. D. Jo. Andr. Schmidius, Profeſſor Theologus Helmæſtadienſis in Meditationibus de Studioſi Theologi Fatis, Vita, & Studiis, per Exempla Patrum illuſtratis, ed. Helmſt. MDCCVI. in 8vo, p. 34: *Ab his ad ſpecialia ſi Doctor deſcendet, noſtro laudabit duos pedes oculosque duos, Philologiam intelligo atque Philoſophiam ſine quibus noſtris temporibus nemo in Theologorum atrio commodè ambulare poterit.* Fusè & accuratè eandem perſecutus eſt materiam Reverendiſſimus noſter Dn. D. Fechtius integrâ Exercitatione, jam olim in Gymn. Durlacenſi Anno MDCLXVIII. publicè ventilata, deque Uſu Linguæ Sanctæ & primæ Philoſophiæ in Theologia inſcripta, quæ primum in noctibus (quas vocat) Chriſtianis, ſive Exercitationum varii argumenti Libro Singulari obtinent locum.

Ad

Ad Sect. I. cap. II. §. IV. ſeqq. Plures dabit Hermannus Kirchnerus, V. J. Doctor & Academiæ Marpurgenſis Profeſſor, in Oratione de Ducibus, Principibus, Comitibus atque Equitibus, Nobilibus Germaniæ ſexcentis abhinc annis publicè Magiſtris, Licentiatis, ac Doctoribus promotis, præmiſſa Actui Promotionis Marpurgi habitæ d. XVIII. Decembris Anno MDCVI. quæ unà cum præmiſſa Quæſtione perpulchra: Utrum Dignitas Doctoralis aut alterius gradus aſſumptio dedecoret aut obfuſcet generis nobilitatem? in Academia Erphordienſi publicè propoſita à Wolffgango Grüningio, U. J. Doctore atque ibidem Profeſſore, & in Academia Jenenſi publicè repetita ab Arnoldo Reyger, Eq. Thubanto, U. J. Doctore & in illuſtri Aula Septemvirali Brandenburg. Conſiliario; & cum ſubjuncta Diſp. de Nobilitate, Johannis zur Nedden / J. U. Cand., Weſtphali, lucem vidit publicam Spiræ Nemetum, Anno MDCX. in 4to. Add. Chriſtoph. Sigismundi Gammersfelderi, Norimbergenſis, Bibliotheca Cæſarea, ſive Oratio de Cæſaribus Romanis, qui ſcriptis ab ſe editis immortalem ſibi pepererunt gloriam, in Alma Noricorum Altdorfina hoc ipſo anno habita & typis ibidem exſcripta in 4to.

Ad

Ad Sect. II. Hiſtor. cap. I. Poſt commiſſum typis Tractatum noſtrum ſequentes adhuc, quos ſuo quemque loco inſertos cupiiſſemus, Nobiles Theologi Lutherani, nobis innotuerunt.

REINHOLDUS à DERSCHAU, Nobilis Pruſſus, Patre cognomine, J. U. D. Electoris Brandenburg. in Supremo Appellationum Ducatus Pruſſiæ Judicio & Aula Conſiliario ut & Fac. Jurid. in Acad. patria Seniore, Viatore (quem vocat) Chriſtiano famam conſecuto, atque Anno Chriſti MDCLXVII. Ætatis ſuæ LXVII. vid. Wittenius D B. T. I. ad annum cit. denato (de quo B. Chr. Hartknochius Hiſt. Eccleſ. Pruſſ. Lib. II. c. VII. §. X. p. 527. Im Gegentheil (inquit) wurden die Ausburgiſche Confeſſions-Verwandte hie und da gedrücket/ als das Exempel des D. Derſchauen ausweiſet/ welcher deshalben/ wie dazumahl die Rede gieng / ſeines Ampts de facto non citatus, non auditus, nullius criminis condemnatus, nullô interveniente judicio, entſetzet iſt / weil Er pro voto etwas frey geredet und zelum pro religione an den Tag gegeben. Factum illud eſt imperante Johanne Sigismundo, Electore Brandenburg. & Duce Boruſſ., qui jam ante

Anno

Anno MDCXIV. ad Reformatorum caſtra tranſierat. Qua ex re non contemnenda illata ſunt damna Evangelico-Lutheranis. Quæ recenſet Hartknochius l. c.) Regiomonti Anno poſt Chriſtum natum milleſimo ſexcenteſimo ſecundo & triceſimo in lucem editus, demortuus verò, unô quadragenario minor annô, MDCLXXI. S. S. Theol. Doctor & Regiomonti Paſtor Veteroppidanus (juxta Wittenium D. B. T. I. ad Annum LXXI. Archipresbyter Raſteburgenſis.) De quo Hartknochius l. c. Lib. II. c. VIII. §. X. p. 562., refert, daß Er dem Movio (de quo cap. cit. prolixè diſſerit) nicht abgeneigt geweſen. Emiſit in publicum Diſputationes aliquod & forſan quædam alia. Vid. Wittenius l. c.

CONSTANTINUS FIDLERUS, Nobili loco natus Dantiſci Anno MDLXXIX., Templi Mariani Paſtor & R. Miniſterii Roſtochienſis (quibus in officiis ſucceſſorem nactus eſt Magnorum Meritorum Theologum, Dn. D. Joh. Quiſtorpium, ſeniorem) Superintendens, denatus anno MDCXLIV. De ejus familia nobili ipſiusmet Noſtri verba ex vitæ deſcriptione, ex qua ea retulit laudatus Quiſtorpius in Programmate funebri,

bri, ſuppeditabimus. Ita verò ille: Avus meus paternus, Felix Fidlerus, ex odio erga Pontificiam abominationem à B. Luthero tum temporis, DEO mirabiliter dirigente, clariſſimè detectam, patriam ſuam Helvetiam, prædia, agnatos, dereliquens, in Romanum Imperium & Germaniam, ubi ſincerum Verbum DEI progerminare cœpit, venit, ceu vir juvenis, Linguarum, Hiſtoriarum, Politices & Poëſeos (cujus amore cumprimis flagrabat) ſtudiis diligenter incubuit, ita ut Imperator Carolus V. ipſius opera poëtica, in quibus inter alia egregiè Flumina Germaniæ deſcripſit, non ſine ſingulari animi jucunditate (teſtante Cæſaris documento) legerit ac propterea ultrò laurea, quæ tum magna erat dignitas, eum coronarit, & hac occaſione ſtemma Nobile Fidlerianum Helveticum, ad Album Nobilium Romani Imperii ante annos centum & ultra, pro placito Cæſareo cooptarit, ac poſteritatem utriusque ſexus derivandum, pro placito Cæſareo renovarit. Huncque meum prænominatum avum, Felicem Fidlerum, obſingularem eruditionem & præclaros ingenii & animi heroici dotes, pro belli Conſiliario habuit. Hac nobilitate quamvis non glorior, ſed

ſolâ

ſolâ gratiâ Domini mei Jeſu Chriſti, in meo Miniſterio clementer mihi immerito conceſſa: Tamen me ejus non pudet, ſed magis me nobilitare credo. Theologiam & S.S. Miniſterium, ad quod Dominus me vocavit & Miniſtrum ſuum deſtinavit. Hæc vera nobilitas: hæc ſumma dignitas, omnes humanas dignitates & honorum titulos ſuperans. &c. D. Quiſtorpius ſequentibus laudat Collegam: *In officii Eccleſiaſtici partibus obeundis illam, quæ à fido Chriſti Miniſtro requiritur, adhibuit diligentiam. Docendi partes non facilè alteri, quantiſper vires corporis id permittebant, committebat, & ut eloquio & concionandi donis excellebat: ita ſingulari quâdam felicitate conſolabatur ac erigebat ægrotos & morituros. B. D. Auguſtus* Varenius, *magnum inter Noſtros nomen, Venerandum Theologum, Paſtorem fulgidiſſimum & Superintendem inclytiſſimum* vocare nullus veretur in Programm. fun. Cath. Batten, Viduæ Fidlerianæ, Anno MDCLXXII. propoſito.

PETRUS HABERKORNIUS, Butisbaci in Wetteravia, quò parens uterque nobilis ob furorem belli tricennalis ex Franconia confugerat, Anno ſuperioris ſeculi quarto

in lucem expoſitus, S. S. Theol. D. in Academia Gieſſenſi Prof. Prim., Eccleſ. Paſtor & Superintendens, ad meliora vocatus anno MDCLXXVI. Judicari de hujus Theologi maximi meritis poterit vel ex ſolis, quibus eum Magnus Fechtius noſter in Diſſ. de Studio Biblico in Academiis exculto, quam Præfationis loco B. D. Juſti Chr. Schomeri Exegeſibus in Epiſtolas Pauli Minores, anno MDCC. heîc loci in 4to editis, præmiſit, alloquitur verbis. Ita verò illa fluunt §. XIIX. p. 24. Quid verò de Te dicam, qui inter cœlites nunc agi, D. Petre Haberkorni, Theologe præ innumeris aliis verè *βιβλικώτατε*? Nec enim verbum ex ore tuo poterat exire, niſi denſo dictorum Biblicorum quaſi agmine ſtipatum. Obverſaris adhuc perpetuo oculis meis, quum in Gieſſa, illa quondam tua, privatim publicèque diſſerens, Teſtamentum tuum, vetuſtate & uſu penitus obtritum, manibus tuis, tanquam unicum veritatis defendendæ clypeum, ſignatis ſingulis digitis teſtimoniis, quibus opponentem, ſi verba facere deſineret, obruturus eſſes, teneres plura Scripturæ loca digitis notaturus, ſi plures tibi digiti per naturam contigiſſent. Quum verò ſilentium diſputantium loquen-

di

di tibi facultatem faceret, bone DEus, quo vigore, quâ virtute Scripturæ verba, ſententias, nexum, Spiritum intus latentem eliquabas? Quomodo non convincebas nos tantum, qui ab ore tuo pendebamus, ſed cogebas, aſſentiri Spiritui, per te loquenti? Lapis fuerit neceſſe eſt, inſipidusque truncus, qui tuo exemplo non commoveretur, ad pariter & audiendas & legendas & tractandas ſacratiſſimas Scripturas. Sed verò deſino recenſere, quæ in Academiis ipſe his oculis vidi, & de quibus mecum, qui adhuc bono publico ſuperſunt, D. Phil. Jac. Spenerus, D. Sam. Bened. Carpzovius, D. Elias Veielius, D. Joh. Diecmannus, & plurimi ex Commilitonibus olim meis teſtari poſſunt, quæ niſi grato animo prædicarem, non effugerem hominis impii & ſcelerati crimen. Orationem parentalem in memoriam Haberkornii noſtri publicè habuit Lipſiæ MDCLXXVII. B. D. Val. Alberti Programma verò funebre conſcripſit Academiæ Ludovicinianæ t. t. Rector, Michaël Heilandus, Phil. & Med. D. & P. P., quod intulit Memoriis ſuis Wittenius, Dec. XV. p. 1893. ſeqq. Appellatur in illo *Theologus maximè inſignis, de Patria & univerſa Eccleſia Chriſti dictis æquè*

ac ſcriptis meritiſſimus. Et ſequentem in modum in laudes ejus itur: Dolemus ereptum, aut rectius, ex militante in triumphantem Eccleſiam translatum Angelum noſtrum, non ſecundi vel tertii, ſed primi Ordinis primicerium. - - Dolemus coruſcantem ſtellam ab Horizonte noſtro remotam & aliò devolutam, cujus ſplendore totus irradiabatur Chriſtianorum orbis, atque ſemita emergebat conſpicua, ſuper qua in doctrina æquè ac in moribus tutò incedere licebat. Dolemus ereptum Doctorem Theologum divina placita revelantem, myſteria diſpenſantem, doctrinâ & exemplo commiſſum cœtum excitantem, corde contritos conſolantem, unô verbô: *Theologum undiquaque optimum*, dolemus. Scripta Noſtri longâ ſerie adlegat Wittenius l. c. p. 1898 ſeqq., inter quæ ſunt ſequentia: Vindicatio Luth. fidei contra Helffr. Ulr. Hunnium, Apoſtatam, Marpurgi MDCXXXIII. 8vo. Diſſertationum Theologicarum Syntagma, quibus tremendum S. S. Trin. Myſterium ex θεοπνεύστοις Veteris Teſtamenti ſcriptis clarè, ſolidè atque invicte contra Rabbinos, Photinianos, Calvinianos, Pontificios, &c. demonſtratur. Gieſſæ MDCL. 8. Syntagma

tagma ſecundum, ibid. MDCLII. in 8. Anti-Valerianus, i. e. ſolida & ſuccincta refutatio duorum Tractatuum fallaciſſimorum Valeriani, Mediolanenſis Papiſtæ, quos vocat de Acatholicorum & Catholicorum regula credendi. ibid. MDCLII. MDCLIX. in 4to. Conf. de cætero Andreas Carolus in Memorabilibus Eccleſ. Secul. XVII. Lib. VI. cap. XII. p. 34.

JUSTUS BALTHASAR HABERKORNIUS, Petri jam laudati Filius, Eccleſiaſtes Gieſſenſis, qui pro Doctoratu Theologico diſputavit de Paſſione Chriſti, quæ illata eſt Diſſertatio Tomo IX. Diſpp. Gieſſ. Num. XVII. Dedit quoque Vindicias pro D. Conradi Dieterici Catecheſi, ſub Tit: Exoteſis, id eſt, Ejectio & Expurgatio quisquiliarum, quibus anonymus Papiſta Catheches in B. D. Dieterici contaminavit, publ. Diſp. expoſ. An. MDCLXII. Vid. Carolus Memorabil. Lib. VII. cap. XIX. p. 291.

JOHANNES BALTHASAR HABERKORNIUS (ejusdem Petri Filius) natus Anno MDCXLVI., primum Phil. M. Superintendens Lauſnicenſis & Chriſtia-

ni I. Ducis Saxoniæ Concionator aulicus, tum prævià Diſp. inaug. de Prædeſtinatione, quæ illata eſt Tomo IX. Diſpp. Gieſſ. Num. XXIII., Theol. D. Superintendens Sondersliuſanus & Concionator Aulicus Schvvartzburgicus, mox Theol. Prof. Erfurtenſis, Conſiſtorialis, Paſtor & Miniſterii A.m C.m. profeſſi Senior, ac demum Sereniſſimi Guſtavi Adolphi Mecklenburgenſium Ducis, glorioſiſſ. memoriæ, Concion. Aul Primarius, Conſiliarius Eccleſiaſticus & Superintendens Guſtrovienſis, ſub finem Anni MDCCVI. Ætatis ſuæ primo & ſexageſimo denatus. Vid. Max. Rev. Dn. M. Jo. Schröderi, Superint. hodie Guſtrov., Concio funebris in noſtrum habita. Bini hujus Joh. Baltharis ſuperſunt filii, alter *Chriſtianus Theodorus,* Phil. M. in Holſatia Paſtor Primarius Schönfeldenſis & Conſiſtorii Regii, quod Rendsburgi eſt, Aſſeſſor. Alter *Georgius Henricus*, Phil. itidem Mag. qui Conſiliarii Conſiſtorialis Meklenburgici titulo gaudet.

MATTHIAS vom Lohe / Phil. Magiſter & ad ædem S. Cathar. Paſtor Roſtochienſis, ex nobili & vetuſta, in inclyto Clivo-

Clivorum Ducatu celebri, proſapia oriundus, Anno ſupra milleſimum quingenteſimum nonageſimo nono Patre cognomine natus, *qui derelictis*, (verba ſunt Joh. Corfinii, S. S. Theol. D. Moral. in hac Acad. P. P. & Paſtoris Mariani, in Programm. funebri MDCLIII. propoſ.) *bonis paternis & maternis ob graviſſimas ſincerioris Religionis perſecutiones, in Belgio quondam exortas, ad hæc maritima loca Balthica conceſſit & hic Roſtochii domicilium fixit.* De ejus eruditione B. D. Joh. Gerhardus, Theologus Eccleſiæ noſtræ inæſtimabilis: Vir Literatiſſimus (inquit) Dn. Matthias vom Lohe / Roſtochienſis, meus per annum & quod excurrit, in hac Salana Convictor ſingulariter mihi dilectus, cùm ex Academia patria præclarum tum Philoſophicæ, tum imprimis Theologicæ eruditionis theſaurum in hanc noſtram Academiam ſecum deferret, eundem continuò & indefeſſo ſtudio nocte dieque locupletare non deſtitit. In auſcultandis Lectionibus Theologicis & Diſputationibus hebdomadariis fuit aſſiduus, in Collegio Diſputatorio publ. & Reſpondentis & Opponentis partes cum aliorum applauſu

gnaviter ſuſtinuit; Diſputationem in eodem Collegio proprio marte conſcriptam & certis Aphoriſmis comprehenſam me Præſide maſculè defendit; in vita & moribus ſe verè inculpatum præſtitit, atque, ut verbo dicam, non Exemplum modò ſed & Exemplar Theologi συμπαλαιςρίταις ſeſe exhibuit, rectiſſimè ſtatuens, Eruditionem ſine pietate eſſe gladium in manu furioſi. Vid. plura apud D. Corſinium, l. c.

GEORGIUS de MASCOU, Nobilis Pomeranus, S. S. Theol. D. & Prof. Gryphisvvaldenſis, nec non in aula Ducali Wolgaſtenſi Eccleſiaſtes, natus Parente Nic. de Maſcou (Acad. Gryph. Secretario ut & Dicaſterii Wolgaſtenſis Advoc. & Procuratore Fiſci, cui Ferdinandus I. Romanorum Imperator Nobilitatis jura novis velut tabulis confirmavit, teſtante id in Programmate funebri Georgii noſtri B. Dn. Lic. Rhavvio) Anno ſupra milleſimum quingenteſimum quarto & octogeſimo, denatus ſupra ſexcenteſimum triceſimo octavo. Edidit Commentarium in Epiſt. ad Hebræos capita IX. priora: De authenticis Bibliorum editionibus: De Juſtificatione hominis peccatoris coram

coram DEO Diſputationum Bigam: De æterna ſalvandorum Prædeſtinatione Diſpp. II. De Bonis Operibus Diſpp. II. Inauguralem Diſp. Tubingæ habuit de Amplitudine Meriti Chriſti, Præſide B. D. Stephano Gerlachio. Plura recenſet Cl. Dn. M. Joh. Balth. Niehenckius in Diſſ., quam, cum ſub prælo jam ſudaret meus Tractatus, heîc loci edidit, de Theologo Lutherano Vita & famâ nobili, inſcriptam, atque XX. Theologorum Lutheranorum Vitas & ſcripta complectentem, pag. 42.

NICOLAUS de MASCOU (Georgii jam dicti Filius, Profeſſor (ut exiſtimo) Linguarum Oriental. Gryphicus & Capituli Camminenſis Canonicus. De quo ſequentem in modum Dn. D. Georgius Röſerus, Gymn. Carolini Sedinenſis Rector & Profeſſor, in Programmate: Nicolaus de Maſchovv, *natus eſt d. 26. Jan. An. MDCXXVII. ex antiqua & generoſa proſapia, quæ Hungariæ natales debet ſuos, inde belli Huſſitici turbine in Saxoniam translata fuit, ubi gentis hujus candor Ordini Equeſtri inſertus, poſtea fortunarum domiciliam prædiaque Maſchkoviorum nomine inſignita in Pomerania obtinuit.*

nuit. Denatus fertur Ætatis ſuæ LXXVII. poſt Chriſtum natum Anno MDCCIV. Profeſſionis ſuæ initium fecit Oratione de Excellentia Linguæ Sanctæ. Vid. Niehenckius loc. cit.

GEORGIUS BALTHASAR de MASCOU, Petri de Maſcou, J. U. D. & Profeſſoris Gryphisvvaldenſis celeberrimi, nec non Conſiſtorii ibidem Regii Directoris, filius, primum Phil. M. S. S. Theol. & Metaph. P. P. Gryphicus, poſt Paſtor Viſmarienſis & Conſiſtorii ibidem Aſſeſſor, noviſſimè S. S. Theol. D. Profeſſor Theologus & Paſtor in Gymnaſio & Eccleſia Sedinenſi, quem in ſeros usque annos valere jubeat Summus rerum Moderator! Sequentes is habuit Diſputationes: De Philoſophiæ Natura, ſub Præſidio M. Chriſt. Saalbachii, Orat. & Poëſ. Prof. Gryphici: De ſenſu Scripturæ literali, ſub Præſid. D. Jac. Henningii, Theologi quondam Gryphisvvaldenſis: De officio Chriſti contra Mareſium Præſide D. Phil. Lud. Hannekenio: De primo primorum parentum peccato ex Gen. III. 1. ſeqq. Præſide D. Kiliano Rudrauffio: De Metaphyſicæ Natura: De ſubſiſtentia ſpeciali: De Polygamia Juri naturæ repugnante: De Præ-

Præſentia DEI apud fideles propiore 1. & 2.

JOHANNES WELLERVS à Molsdorff, Theologus meritis inſignis. De quo ex Diſſ. Theol. Exeget. de Fervore, Tepore & Frigore Theologico ex Apoc. III. 15. 16., quam pro loco inter Candidatos Theol. capeſſendo Anno MDCCVII. in Vitembergenſi Academia Præſide Celeb. Dn. D. Gottlieb Wernsdorffio habuit M Auguſtus Müller, Ord. Phil. ibidem Adjunctus, §. XXIII. pag. 32. 33. ſequentia referre non pigrabor: *Pari fortitudine* (ac Johannes Baptiſta, Sanctus Ambroſius & Benevolus, de quibus eod. §.) *JO. WELLERUS è nobili Molsdorfiorum gente natus, cum Georgius Barbatus Saxo vino eum obruere ſtuderet, nec WELLERUS deprecando & abnuendo quicquam proficeret, tandem in hæc verba prorupit:* Ey ſo will ich dennoch über mein Vermögen nicht trincken / und wenn auch gleich 3. Fürſten übereinander ſäſſen / denn da ſtehet Gottes Gebot: Saufft euch nicht voll Weins / *ut Spangenbergius refert P. II.* Adel-Spiegel. *Lib. X. c. XIII. fol. 167.*

VINCENTIVS WELLERVS à Molsdorff, quem Doctorem & Profeſſorem

Theo-

Theologum inter Italos floruiſſe refert Joh. Seb. Mitternachtius in Memoria Jacobi Welleri, apud Wittenium in Memoriis Theologorum renovatis, Dec. XI. p. 1503. *Vincentius Wellerus* (inquiens) *Theol. Doctor & Profeſſor in Italia tantâ famæ celebritate fuit, ut veneno eum Doctores Itali, invidiæ œſtro perciti, delere non dubitarint.* Cui adſtipulatur Herm. Kirchnerus in Orat. de Ducibus, Principibus, Comitibus atque Equitibus, Nobilibus Germaniæ ſexcentis abhinc annis publicè Magiſtris, Licentiatis ac Doctoribus promotis, in Actu Promot. Marpurg. MDCVI. hab., *Habent* (ajens) *Theologi Vincentium à Molsdorff, quem omnes Italicæ Cathedræ docentem admiratæ.*

Ad Sect. II. Hiſt. c. I. §. I. De Ambsdorffio prolixè agit Illuſtris Seckendorffius Comm. de Lutheraniſmo, Lib. III. Sect. XXV. §. XCVI. p. 387. ſeqq. Lumen eum Magdeburgenſium appellat D. Hieron. Kromayerus Hiſt. Eccleſ. Centur. XVI. pag. 583. Errorem Matth. Flacii ſecutus quidem non eſt, benignè tamen explicavit, dixitque peccatum originis non ſubſtantiam, ſed accidens, quamvis validiſſimum, ein ſtarck

acci-

accidens. Vid. Seckendorff. l. c. pag. 395. b.

Ad Sect. II. c. I. §. *III.* De Ambroſio Blaurero legi poteſt idem Seckendorffius Lib. III. Sect. III. §. VIII. pag. 18. & aliis in locis, quæ Index libri ſuggeret.

Ad Sect. II. Hiſt. c. I. §. *X.* Magdeburgenſes Centuriæ Centuriarum nomen inde acceperunt, quod quolibet Volumine centum anni, adeoque ſingulis ſingulorum ſeculorum res geſtæ comprehenderentur. Magdeburgenſium verò cognomen illis adhæſit ab urbe Magdeburgenſi, in qua elaborari cœptæ fuerant. Notanter addo: *cœptæ;* integrum enim Opus non fuit inibi conſummatum, ſed quatuor duntaxat Centuriæ priores cum parte Centuriæ quintæ. Hujus verò pars altera in Academia Jenenſi, ſexta in exilio Auctorum, (Flacii, Wigandi & Judicis) ſeptima (ceu in frontiſpicio ejusdem habetur) in Ducatu Principum Megapolenſium, octava in urbe Wiſmarienſi, in qua & reliquæ contextæ ſunt. Vid. D. Caſp. Sagittarii Introduct. in Hiſtor. Eccleſ. c. XIII. §. III. p. 245.

Ad

Ad Sect. II. c. I. §. XI. Programma in funere Burchardi Harbarti propoſitum fuit Lipſiæ d. XXIII. Febr. Anno MDCXIV. à Rectore Acad. Magnificentiſſimo. JOHANNE PHILIPPO, Dei Gratiâ Duce Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium, &c. quod ipſum Memoriis Theologorum renovatis Dec. I. p. 78. ſeqq. intulit Henningus Wittenius. In eo Harbartus noſter dicitur Theologus veteranus exercitatiſſimus, p. 79. Et mox: Notum omnibus eſt, eum nobis virum ereptum, cujus perſpecta erat in omni doctrinarum genere, inprimis autem Sacræ Theologiæ ſtudio, præclara eruditio & explorata ſingularis in docendi munere ſolertia atque induſtria cùm animi quadam conſtantia judiciique gravitate & tolerantia laborum ſeu φιλοπονίᾳ commemorabili; adhæc confirmata & aucta rerum uſu & experientia multiplici. De ejus ὀρθοδοξίᾳ p. 84. ſeq. ſequentia reperiuntur conſignata: Sinceram fidei confeſſionem, receptam in noſtris Eccleſiis, magnô pietatis zelô propugnavit & defendit; errores omnes & opiniones, in corrupto DEI verbo quoquô modo adverſantes, ex animo deteſtatus eſt. Oſor fuit acerrimus omnis impietatis, improbitatisque & nequitiæ.

Ad

Ad Sect. II. c. I. §. *XIII.* Wittenius in Memoria Matthiæ Hoëi, ex variis literarum monumentis collecta, tranſlata & renovata, in Memoriis Theoll. Dec. VIII. p. 1014. *Archithеologum hunc* (inquit) *gente pariter ac mente nobiliſſimum, Doctorem, ſi quem alium, vitæ inculpatæ, ſublimis doctrinæ, eloquentiæ raræ, eminentiſſimum, non Ruta ſolum Saxonica, ſed totus Proteſtantium Orbis in deliciis habuit, præque aliis coluit maximè.* Idem p. 1019. eundem appellat *acerrimum Religionis Orthodoxæ Doctorem & inter Theologos Aquilam, nitidum pietatis ſpeculum, univerſi ordinis Evangelici decus ſplendidiſſimum, Miniſterii jubar & anteſignanum animoſiſſimum.* &c. Illuſtre prorſus eſt conſtantiæ animique imperterriti documentum, quod edidit in velitatione epiſtolari cum Petro Cutſemio, Saxoniæ Catholicæ authore, inſtituta, quando ſequentem in modum ſcribit apud Wittenium l. c. p. 1016. 1017: Inſidias tum Jeſuitarum, tum aliorum maximi nominis virorum multas magnasque jamdudum expertus ſum, omnem imprimis lapidem moventibus Domino Kleſelio, Georgio Scherero, Andrea Neubauero & aliis, num faſtidium Confeſſionis Lutheranæ mihi

inſtillare poſſent; Sed Deo me corroborante, velut Marpeſia cautes, immobilis ſemper perſtiti, ſusque deque ferens omnes mundanas dignitates, prærogativas, vanitates, eâque conditione opes mihi ſemel atque iterum ante annos complures oblatas, ſi ad Rom. Eccleſiæ ſubſellia me recepero. Major verò & carior fuit, eſt, & erit mihi Deus, pretioſiorque animæ ſalus & pura conſcientia, quam mundana quædam gloria, vel ſplendida potius miſeria. Tu verò (Cutſemium compellat) neſcio qua ſpe & vanitate vaniſſima ad Eccleſiam veſtram allicere me audes? quid cogitas quæſo? tamne levis tibi ſum in oculis tuis, ut fidem & religionem favore vel odio, dignitatibus vel contemptu, opibus vel inopia, æſtimare me putes? Miſſum itaque impoſterum me facite, &, ſi quam ſpem de me concipiſtis, totam quæſo abjicite; centies enim mori, quàm latum unguem à Confesſione invariata Auguſtana deficere, & Eccleſiæ veſtræ membrum, vel ad horulæ momentum, me profiteri mallem.

Ad Sect. II. c. I. §. *XIV.* Paucis multa complexurus Franc. Stypmannus, JCtus celeberrimus, in Programmate funebri Bartholdi

Bartholdi Krakevitzii, apud Wittenium in Memoriis Theoll. Dec. IV. p. 505. ita de eodem pronunciat: *Erat in D. Barth. Krakevitzio ingenium, ut majus non optares, memoria, quæ, quicquid magnum, ſeponebat, & cum res poſceret promptiſſimè reddebat. Inprimis autem judicio valebat, cæterorum omnium condimento.*

Ad Sect. II. c. I. §. XVII. Johannem Kromayerum ChriſtianusChemnitius in Orat. parentali, apud Wittenium in Memor: Theoll. Dec. V. p. 622. Virum vocat auctoritate reverendum, eruditione præſtantem, dexteritate admirabilem, ſanioris doctrinæ tenacem, omnique virtute præditum & florentem. Memorabile eſt, quod ſub vitæ exitum in lectulo decumbentem memoria, quam penè divinam habuerat, prorſus ferè deſtituerit. Loquatur Chemnitius, apud Wittenium l. c. p. 627. Novimus (inquiens) omnes, quod in ingenio ejus effingendo adeò largiter ſibi indulſiſſet natura, ut memoriam & doctrinam in numerato haberet, & quod ei de verbis in conſilium venire neceſſe non fuerit: ſed quod aliis præſtat longa cogitatio, id ei dederit prima

animi intentio. Cum verò illo tempore ſerenô animô recoleret, ut intellectum in Paroxyſmo habuiſſet quidem integrum; memoriam autem & linguam planè infidam & deficientem: *Nihil eſt*, inquiebat, *omnis noſtra ſcientia, juvet nos Dominus.* Illud adhuc notandum, Johanni noſtro Kromayero Hieronymi Polymathiam Theologicam & Scrutinium Religionum perperam adſcribi à Dan. Hartnaccio in Hodego Bibliothecario vernaculo, P. II. p. 179. 283. Vid. Jo. Möllerus in Homonymoſcopia Hiſt. Philol. Crit. Sect. II. c. VII. §. LXI. p. 687.

Ad Sect. II. c. I. §. XVIII. Rector Acad. Lipſ. in Programm. funebri apud Wittenium in Memoriis Theoll. Dec. XIII. p. 1686. Hieronymum Kromayerum incomparabilem Theologum vocat, p. 1687. Seculi noſtri Hieronymum, p. 1689. Theologum famigeratiſſimum officiisque in univerſam J. C. Eccleſiam longè celeberrimum, p. 1692. Theologum ex noſtræ ætatis præcipuis. A. B. Lic. Thoma Stegero ſequens Noſtro poſitum eſt Epitaphium:

KRO-

KROMAYERUS habet tumulo hoc: Tu ſiſte, nec ultra
Pergito, ſed propius flecte, Viator, iter.
Non unâ virtute potens hâc clauditur urnâ,
Omnis ea recubat ſed pietatis honor.
Cernis ut Euſebie tumulum Sophieque pererrent,
Hâcque piis lacrymis marmora dura rigent.
Nam vita poſtquam Præſul deceſſit: & ipſa
Numina jam metuunt, ſe quoque poſſe mori.

De Scrutinio Religionum Hieronymi noſtri, B. D. Frid. Rappoltus, Theologus Lipſ., in Præf. ad Lectorem, Anno MDCLXXIII. eidem præmiſſa, lit. b. fol. 1. b. fol. 2. a. ſequentem in modum judicat: Quo in numero præcipuum ſanè ſibi vendicat locum conſummatæ doctrinæ & ſapientiæ Theologus HIERONYMUS KROMAYERUS, & cum ob cætera in Eccleſiam me-

rita, tùm ob cœleſtis veritatis aſſerendæ ſtudium, quod in Scrutinio hoc religionum adhibuit, immortali laudis adoreâ digniſſimus eſt. Nam cum intelligeret, nec rectè ſatis nec utiliter in mangonio illo religionum occupari alios, quâ erat prudentiâ, calamum de induſtria abſtinuit, & ad diſcernendas magis quàm conciliandas Religiones, operam ac ſtudium omne contulit. Quod adeò pulchrè illi proceſſit opus, ut, tametſi ultimam ei manum imponere non potuerit, in ea ipſa tamen deſcribenda religione, quam ut veriſſimam poſtremo loco reſervavit, vitæ pariter & laborum finem fecerit. Hactenus Rappoltus. Cæterum editioni Scrutinii hujus ſecundæ hæ quinque acceſſerunt Diſputationes, I. de Satisfactione Chriſti, II. de Vita Chriſti, III. de Pacto legali & evangelico, IV. & V. de Elencho adverſus errores, in fundamentales fidei articulos impingentes, non intermittendo.

Ad Sect. II. c. I. §. XXI. Cœleſtinus Mislenta Theologus modis omnibus incomparabilis & conſtantiſſimus veritatis cœleſtis aſſertor audit Rectori & Senatui Academiæ

Regio-

Regiomontanæ in Honore (quem vocant) noviſſimo, eidem exhibito, apud Wittenium in Mem. Theoll. Dec. VIII. p. 1057. Præter Honorem iſtum noviſſimum Mislentæ exhibitum, *Juſta quoque ſolennia Theologo ſummo & incomparabili, COELESTINO MISLENTÆ, Athleta Chriſti & Martyri conſtantiſſimo in publica panegyri Univerſitatis Electoralis Wittebergenſis perſoluta ſunt* ab Abrahamo Calovio, anno MDCLIII. Eidem ſequenti anno in Alma Ludoviciana Orationem funebrem dicavit M. Chriſt. Colbius, ſub Titulo: Gregorius Theologus in Mislenta Theologo olim redivivus, nunc iterum denatus. Vid. Wittenius l. c. p. 1068. B. D. Nic. Hunnio, Superint. olim Lubecenſi, Vir Reverendâ dignitate, Excellente doctrinâ, & rarâ linguarum cognitione, exquiſitæ interpretationi Scriptuarum neceſſariâ, inſtructiſſimus adpellatur in Διασκέψει Theol. de fundamentali inter Lutheranos & Calv. diſſenſu, Dedic. lit. I. fol. 1. a. A Joanne Lœſelio Regiomonti in Templo Cniphoviano ſequens effigiei Mislentianæ adpoſitum eſt Epigramma:

Misļenta. hic. facie. Pruſſam.
Qui. contudit. Hydram.
Vis. penetrare. Virum. mente.
LUTHERUS. erat.

Ad Sect. II. c. I. §. *XXIII.* Johannes Pappus (inquit Andr. Carolus in Memorabilibus Eccleſ. Sec. XVII. Lib. I. c. LXIV. p. 226.) Lindaviæ natus, Theologus Argentinenſis, qui ſtrenum ſe præſtitit in Bello ſpirituali pro Eccleſia puriore militante, atque Athletam invictum. Eundem Pappum Simon Sulcerus in Supplem. Hiſt. Eccleſ. P. IV. Epiſt. LXXIX. laudat ob ſingularem modeſtiam, ſincerum incorruptumque circa religionem judicium & pientiſſimum Zelum pro Dei domo. Vid. Dn. D. Wernsdorffii Diſſ. de Fervore, tepore & frigore Theol. §. XXII. p. 30. in fine.

Ad Sect. II. c. I. §. *XXVII.* De nobili Jacobi Reihingii proſapia hæc refert Jo. Mart. Rauſcherus, Humanitatis in Academia Tubingenſi quondam Profeſſor, in Laudatione funebri Jac. Reihingii, admodum prolixa, habita Anno MDCXXIIX. apud Witteni.

tenium in Memoriis Theologorum, Dec. VII. p. 895. Ex proſapia progreſſus eſt nobiliſſima, atque, ut ordo generis Reihingiorum indicat, jam Friderici III. Imperatoris Auguſti ævo, meritis inſigniter celebri: cujus majores, quod virtutem generoſam Cæſaribus ac Principibus Imperii Romani aliisque Orbis Chriſtiani Summatibus luculenter approbaſſent, immortalis ille terrarum domitor Carolus V. inter majorum gentium Patritios, qui cum equeſtri nobilitate paria faciunt, conſentiente Electorum calculo, in Comitiis Auguſtanis retulit. Idem Rauſcherus l. c. p. 892 Theologum appellat, quem probitas & eruditio in ſolidum poſſederunt.

Ad Sect. II. c. I. §. *XXX.* Libelli iſti Jo. Staupitii à quopiam unà cum aliis duobus Latinè verſi atque impreſſi ſunt, hoc Titulo: Tetractys Tractatuum verè aureorum, quorum duo, videlicet I. de Amore Dei. II. de Fide S. Chriſtiana à Patre piiſſimo, Johanne à Staupitz, S. S. Theol. primum Doct., tum Ordinis S. Auguſtini Vicario Generali, ac tandem Epiſcopo Salis-

burgenſi, amico Megalandri Lutheri noſtri conjunctiſſimo. Tertius de Novo Homine à Valentino Crotoaldio, & quartus, qui Corbicula inſtitoria inſcribitur, ab incerto auctore Germanicè conſcripti & ſuperiori ſeculo à nonnemine Latinè redditi, nunc autem cum luculenta præfatione, in qua cum generatim de Libris aureis, tum ſpeciatim de hisce quatuor diſſeritur, recuſi. Aſcaniæ MDCCVII. in forma minima. Notatu digna ſunt, quæ Divus Lutherus de Staupitzio ſuo commemorat Tom. IX. Altenburg. p. 934. Ich wäre ſelbſt mit der Papiſten ihrem Betrug gefangen worden/ da ich noch ein Münch war/ wo mich nicht D. Staupitz davon gezogen hätte/ der mich dazu gebracht hat/ daß ich öffentlich in der H. Schrifft geleſen habe/ da ich nach ſeinem Rath und Befehl war Doctor Theologiæ worden.

Ad Sect. II. c. I. §. XXXII. In Andr. Virginii Diſputationes Theologicas ſequens exſtat Epigramma Georgii Mancelii, S. S. Theol. Lic. & Prof. Ord. Supremi Conſiſtorii Aſſeſſoris, ad Div. Joh. Paſtoris Prim. & Diſtrictus Dorpatenſis Præpoſiti:

Non

Non temerè ANDREA, impoſitum tibi nomen ab ipſo
Fortius à forti credo fuiſſe, VIRO.
Scilicet ut gladius tibi ſint ſacra dogmata Verbi,
Atque vibres labiis tela ſacrata tuis.
Nec temerè impoſitum purâ cognomen ab ipſa
VIRGINE, quæ nullum corpore tacta virum.
Scilicet ut jactes munus nomenque JEHOVÆ,
Et ſolum CHRISTUM non ſimulanter ames.
Hoc facis: hoc doctæ teſtantur, Amice, paleſtræ,
Quas ſcio te noſtris ſuppeditaſſe LIVIS.
Non itaque ANDREIÆ forti caret omine nomen,
Maſcula nam Virtus te decet eſſe VIRUM.
Nec quoque VIRGINII puro caret omine nomen,
Illuſtras etenim dogmata pura DEI.

Perge

Perge aperire dolos, queîs terræ filia noctis
HÆRESIS, incautos in Phlegetonta trahit.
Perge piè & doctè à falſo diſcernere verum,
Vera DEI ut laus hinc veſtraque fama ſiet.
Perge, inquam, à tenebris claram diſcernere lucem,
Luceat & clarum nomen ut usque tuum.

Ad Sect. II. c. I. §. XXXIII. Progr. funebre Sam. Voſſii ſcripſit 26. Auguſt. MDCLXXIV. Acad. hujus t. t. Rector, D. Franciſcus Wolffius, hodie Paſtor Hamburgenſium multò meritiſſimus. Qui Voſſium vocat columen regionum Meclenburgicarum & Heroa militantis Eccleſiæ.

Ad Sect. II. c. I. §. XXXV. Jacobo Wellero pleraque Hieronymi Welleri ſcripta falsò tribuit D. Jo. Chriſtoph. Becmannus in Catalogo Bibl. Francof. p. 474. ceu notavit CL. Vir, Johannes Möllerus, Homonymo-

nymoſcop. Sect. II. c. VII. §. CXXXVIII. p. 729. 730. Idem Wellerus *Vir multis magniſque meritis in Eccleſiam Dei præclarus* audit Andreæ Carolo in Memorabilibus Eccleſ. Sec. XVII. Lib. VII. c. XXIX. p. 325.

Ad Sect. II. c. II. §. IV. Acerbè perſtringitur & exagitatur Theodorus Beza à Gilberto Genebrardo, Arverno, Theologo Pariſienſi, Divinarum Hebraicarumque literarum Profeſſore Regio, Comm. in Pſalmos Præfat., quod Deum Jehovam vocaſſet pronunciaſſetque nomen Dei tetragrammaton. Quamobrem & in cauſæ ſuæ patrocinium advocat apellas ſuperſtitioſos, dicens: Judæi ad hunc usque diem inficiantur, ſe ullum hujus prolationis habere divinum vocabulum, deteſtantur item profanationem iſtorum, qui Deum iſta nuncupatione afficiunt. Additque poſt quædam:

Beza è Paganiſmo ad Kalviniſmum tranſiit,
Beza è Calviniſmo ad Paganiſmum rediit.

Eſſe

Eſſe enim detaſtandum Gentilium errorem nomen novum incertum, peregrinum, inuſitatum Deo imponere, docet contra Celſum Origenes. Ad quæ Andreas Rivetus manu ſuâ (ceu refert ex Codice Genebrardiano, quem ex Bibliotheca Riveti conſecutus eſt, Crenius Tom. VI. Animadverſ. Philol. Hiſtor. c. II. §. IX. p. 159.) hæc adſcripſit: *Judaica ſuperſtitio. At Montanus Arias nomen* יהוה *pronunciat Jehveh, & Marcus Marinus Romanus Canonicus Jehovah, ut prodit morbum maledicendi.*

Genebrardus è Papiſmo ad Judaiſmum tranſiit.
Idem è Judaiſmo ad Diaboliſmum rediit.

Blaſphemia in ſacrum Dei nomen.

Ad Sect. II. c. II. §. *XIII.* Epitaphium Chronoſtichum ſequens, quo annus emortualis continetur, Franciſco Junio, Theologo, poſitum refert Paulus Freherus in Theatro Virorum eruditione clarorum, p. 322. b.

OCtobrIs ter ſena DIes & qVIna refVLget

Sena-

SenaqVe LeyDenſI bIs ſonat hora ſoLo :
OrbIs VbI TItan FranCIsCVs IVniVS atrâ
TaCtVs, peſte æthræ regna beata petIt.

Ad Sect. II. c. III. §. *XVIII.* Epitaphium Claudii Eſpencæi, inſculptum in marmore juxta ejus effigiem orantis in æde SS. Coſmæ & Damiani, atque præfixum Operibus, ſequens eſt: NOBILISSIMO, piiſſimo, omnique diſciplinarum genere cumulatiſſimo, D. CLAUDIO ESPENCÆO, Theologorum hujus ſeculi facilè Principi, - - Divini Verbi Præconi celeberrimo, pauperum Patri benigniſſimo: qui cum per XLVI. annos continuos in hac Academia literis humanioribus, philoſophicis & divinis operam cum omnium incredibili admiratione navaſſet, à Rege Chriſtianiſſimo Franciſco I. Melodunum, ab Henrico II. Bononiam, Franciſco II. Aureliam, à Carolo IX. Piſſiacum Religionis componendæ ordinandæque nomine, inter primos hujus Auguſtiſſimi Regni Proceres partim Legatus, partim Orator de re Chriſtiana ſanctiſſimè doctis-

ctiſſimeque diſceptaſſet, permultos in Sacroſanctam Scripturam Commentarios edidiſſet, tandem graviſſimo calculi morbo diu multumque vexatus, cum omnium Principum, ſenatorum, nobilium, plebejorumque luctu ac deſiderio, abiit anno ætat. LX. die V. Octobris M. CCCCCLXXI. Guido Gaſſarus Flaminius prior ſanctæ Fidis apud Columerios, ejusdem amanuenſis & per annos XVII. negotiorum geſtor devinctiſſimus, hanc effigiem cum vero Elogio piæ Domini Chariſſimi & Benigniſſimi memoriæ erigebat & mœrens ponebat, anno MCCCCCLXXII. die ultima Januarii.

TANTUM.

INDEX
AUCTORUM ET RERUM
PRÆCIPUARUM
in
BIBLIOTHECA NOBILIUM THEOLOGORUM SELECTA OCCURRENTIUM.

A.

ACademiis ſolis privilegium creandi Doctores competit. p. 78.

Academicis de gradibus quinam ſcripſerint 26.

Academiæ Wittebergenſis primus Rector quis 216.

Acroamatica Theologia quas complectatur partes, 23. eâ quis inſtructus eſſe debeat. ibid. an eousque operari eidem nobili conveniat, ut officio ſacro præeſſe queat. 476. ſſ.

Adamus (Melchior) partium ſtudio deditus 301. infenſus Symbolis. 302.

ADOLPHUS Anhaltinus, Princeps Theologus. 38. pro concione populum docuit. ibid. de eo eruditorum quorundam judicia. 38. ſ.

Adverſaria Caſp. Barthii quale opus 66, 68. ſ.

Affelmannus (Joh.) Profeſſor Theologus qua ætate factus. 193.

Alberti (Valentinus) 26.

ALBERTUS Bavarus, Princeps Theologus. 93. ſcriptum ejus theologicum, ibid.

ALBERTUS Bolitadius quis. 312. b. cur Magnus cognominatus. ibid. relicto officio publico privatam agit vitam. 312. ſeq. variorum de eo elogia. 313. ſſ. ejus in naturalibus & mechanicis peritia quanta. 316. b. à magiæ ſuſpicione defenſus à quonam. ibid. Scripta. 317 b.

ALCIATUS (Terentius) quis. 319. b. ejus elogium ibid.

Alciatorum quorundam recenſio. 319. b.

Alegambii (Philippi) Bibliotheca Jeſuitica qualis 322.

AMBSDORFFIUS (Nicol.) quis. 82. ſ. à Papatu ad Lutheraniſmum tranſit. 82. cœlebs. 83. Academiæ Jenenſis inaugurationi intereſt. ibid. variorum elogia. 83. ſ. 500. phraſeos: B. O. ad ſalutem noxia, primus autor, & quomodo eam intellexerit. 84. 87. ſcripta à Biographis omiſſa. 87. ſ.

AMICUS (Franc.) quis 321. elogium ejus & ſcripta. ibid.

Apocalypſeos titulus quem habeat autorem. 17. ſ. in illam paraphraſis Jacobi I. M. Brit. Regis. 51. in eandem Comm. Wolffgangi à Gemmingen qualis. 60.

Apologeticus Tertulliani cur legendus. 409.

AQUINAS (Thomas) quis. 322. ſ. vitæ curriculum. 323. elogia variorum. 324. ſ. Opera ejus qualia 325. liber omnium optimus 325. ſ.

Arminiani quodnam agnoſcant Theologiæ principium. 448.

Arnol-

Arnoldus (Godofredus) Matthiæ Hoëi & Bartholdi Krakevitzii famam lacerat. 148. 152. ſ.
ARRIAGA (Rodericus) quis. 237. ſcripta. ibid. (Paulus Joſephus) ibid. ejus elogia & ſcripta. 328.
Athanaſius ſuo jam tempore Johannem Theologum appellavit. 19.
AUGUSTUS, Brunſvicenſis & Luneburgenſis, Princeps Theologus. 39. Rector Academiæ Roſtoch. Magnificentiſſimus. 39. 41. eruditio ejus ſacra quanta. 39. Harmonia Evangelica quale opus. 39. ſ.
Avila (Johannes) 331. ſeq.

B.

BABINGTHON (Gervaſius) quis & quæ ejus ſcripta. 249.
Baccalaureatu de Theol. quis egerit. 26.
BAILIUS (Guil.) quis. 264. elogium ejus & ſcripta. 264. ſ.
Baluzius (Stephanus) 386.
Baptiſmus ſocinianorum, licet vel maximè conſuetâ Chriſti formâ peractus, cur non ſit legitimus. 77.
BARLÆUS (Lamb.) quis. 250. in literatura Græca quantopere verſatus. 251. ejusdem elogia. 250. ſ. ſcripta. 251.
Barlæus (Caſpar) quis. 252. infelix vitæ exitus. ibid. variorum de eo judicia. 252. ſſ.
Baronii (Cæſaris) quodnam fuerit propoſitum in refutandis Centuriis Magdeburg. 131. ejus Hiſtoria quale opus. 416. idem à ſuamet religionis hominibus ſubinde refutatus. 131.

BARRADIUS (Sebaſt.) quis. 330. elogium. 330. ſeq. ob ſanctitatem quanti factus. ibid. Apoſtolus. itemque Paulus appellatus. 331. ejus ſcripta. ibid.
BARTHIUS (Caſpar) quis. 65. quanta ejus eruditio. 65. ſ. Adverſaria quale opus. 66. 68. ſ. Commentarii in Claudianum. 69. Soliloquia ejusdem qualia. 66.
Bartholini (Alb.) liber de ſcriptis Danorum qualis 74. ſeq.
Bellarmini (Rob.) Catalogus ſcriptorum Eccleſiaſticorum. 96.
BERNHARDUS Claraevallenſis. 88. medio ſub Papatu vivens minimè cum eodem ſenſit. ibid. ἀυ]οδίδακ]@. 89. ex ejus operibus teſtimonia quis collegerit noſtramque illis doctrinam confirmarit. ibid. variorum de eo judicia 89. ſ. ſcripta ejus qualia. 91. ſeq.
Bernhardorum nonnullorum recenſus. 92. ſſ.
BEZA (Theod.) quis. 255. ejus ingenium praecox. ibid. valetudine quantâ perpetuò fuerit uſus. 256. formâ quam fuerit excellenti. 256. 261. ſ. memoria ejus ſtupenda. 261. biennio ante mortem prorſus eam perdit. 256. Epitaphium. 256. ſ. varia variorum elogia. 257. ſ. Scripta ejus quaedam & de iisdem judicia. 258. ſſ. ſcripta juvenilia ipſe damnat. 255. ſ. perſtringitur à Genebrardo ob pronunciatum nomen Dei tetragrammaton. 515.
Bibliorum Vinarienſium paraphraſis qualis & à quibus confecta. 167. ſ.

Biblio-

Bibliotheca Jeſuitica Alegambii qualis. 322.
BLAURERUS (Ambroſius) quis. 97.
ex Papiſta Lutheranus aliquantò mitior, ibid. ad Calvinianorum claſſem relatus à quonam, ibid. elogium ejus & ſcripta. 98.
BLOSIUS (Ludovicus) quis. 332. ſ.
BOSSEKIUS (Joh.) quis & quæ ejus ſcripta. 101. ſ.
BRETTUS (Richardus) 264. ejus elogium & ſcrita. 264. ſeq.
BREZÆUS (Sim. Mallius) quis. 334. elogium, ibid. publico officio vitam privatam præfert. ibid.
BRUNO, Archiepiſcopus Colonienſis, Princeps Theologus. 40. ejus eruditio omnigena. ibid. Annotationes in Pentateochum & quatuor Evangeliſtas quales. ibid.
BRUNO, Epiſcopus Herbipolenſis, Princeps Theologus. 40. varia ejus ſcripta theol. 40. ſ.
Bucholcerorum antiqua proſapia. 102.
BUCHOLCERUS (Abrahamus) quis. 103. ſ. mortem ſibi præſagiit. 104. ſ. 109. varia ejus elogia. 105. ſ. ſcripta chronologica qualia. 106. ſ.
(Georgius) Senior, quis 102. veneno ſublatus à monachis. 103. ejus in Religionem Lutheranam merita. 102. ſ.
(Georgius) Junior, quis. 103. epiſtolicum ejus cum Melanchthone commercium.
Budæus (Guilielmus) 123. 468. ſeqq.
Bulengerus (Julius Cæſar) Montacutio quis habitus. 306.
BüLOVIUS (Carolus Auguſtus) quis. 110. ſtudium theologicum cum juridico permutat. ibid.

C.

CAJETANUS (Octavius) quis. 335.
elogium & ſcripta. ibid.
(Thomas) quis. 336. ejus elogia. 336. ſſ.
(Conſtantinus) 338.
(Petrus Victor) ibid.
Caliſtus (Georg.) B. O. ad media ſalutis ex parte hominis refert. 86.
Calovii (Abrahami) Pædia Theologica qualis. 168. 381.
Calvinianorum nomen an Reformatis conveniat. 247. quinam illud amplectantur. ibid.
Camerarius (Joach.) 241.
Caroli (Philippus) 56.
Cæſareani militis in Ducatus Megapolenſem & Pomeran. tyrannis. 153.
Caſaubonus (Iſaacus) 384. ſ.
Caſelius (Joannes) 474.
Catalogus Teſtium veritatis Flacii quale opus. 125. quanto labore & periculo confectus. 125. ſ. elogium. 126. editiones. 126. ſeq.
Catecheticâ Theologiâ cur & quomodo imbuendus nobilis. 471. ſſ.
Cellarius (Chriſtophorus). 62. ſ.
Centuriæ Magdeburgenſes quale opus. 123. ſ. quare ità dictæ. 501. præcipuus earundem auctor quis. 124. ſ. editiones quænam. 124. quinam illas refutarint. 123. 131. qui vindicarint. 123. continuationem & emendationem quinam tentarint. 125.
Certitudo Scripturæ S. quanta. 458.

Certi-

Certitudini Theologiæ an derogent diſſenſiones. 459.
Chemnitius (Martinus) 409.
(Chriſtianus) 164.
Chriſtanæ religionis de veritate liber Philippi Mornæi qualis. 65.
CHRISTIANUS WILHELMUS, Marchio Brandenb. Princeps Theologus. 41. à religione Lutherana ad Pontificiam tranſit. ibid. ſcripta ejus theologica. ibid.
Chytræus (David) 90. 466. quanta adoleſcantis eruditio. 138.
Ciceronis quanta vis eloquentiæ. 106.
Clavis Scripturæ Flacii opus quale. 127. ſ.
CLINGIUS (Zach. Laur.) quis. 71. ejus elogium & ſcriptum. ibid.
COBENZI (Joh. Raphaël) quis. 339. elogium & ſcripta. ibid.
COLETUS (Joh.) quis 266. à Pontificia ad Reformatam religionem tranſit. ibid. ejus ſcripta. 267.
Comites olim nobilium titulo uſi. 12. ſ. Lippiaci eôdem hodieque utuntur. 13.
Concilio de Tridentino Epiſtola Duditii. 115. ſſ. cur non habuerit cum eo Spiritus S. commercium. 116. Epiſcopi in eodem quales. 115. ſ.
CONRADUS quis & quæ ejus geſta. 340. ſ.
Conradi Urſpergenſis elogium. 341. ejus Chronicon quale. ibid.
Conringius (Hermannus) 26. 40.

Conſequentiæ legitimô modô è verbo Dei eductæ ſunt verbum Dei. 450.
CONSTANTINUS M. primus Imperator chriſtianus, Princeps Theologus. 42. Concionibus ad populum habitis errores gentilium refutat. 42. ſ.
Controverſiæ Majoriſticæ hiſtoria. 86.
CRAMMERUS (Thomas) quis. 267. ejus in Anglicanam Eccleſiam merita. 268. dogmata. ibid. reformatam religionem ejurat & pontificiam aſſumit. 269. ad rogum damnatus palinodiam priorem retractat. 270. judicia de eo, ibid. ſcripta. 271.
Crantzius (Albertus) quis & qualis ſcriptor. 15. ſeq. de ejus vita, meritis ſcriptisque quis egerit. ibid. de reformatione ſub ejus primordia deſperat. 261, ſ.
Crenius (Thomas) 8. ejus Diſſertatio de Singularibus Scriptorum qualis. 97.
Cunæus (Petrus) per Melchiſedecum quem intelligat. 30.
Cundiſii (Godofredi) Notæ in Hutteri Compendium Theologicum quales. 475.
CUNIGA (Franc.) quis, 342. elogium, 342. ſ.

D.

Dannhauwerus (Joh. Conradus) 30. 190.
DAVENANTIUS (Joh.) quis & quæ ejus ſcripta. 272.
DAVID, Rex Iſraëlitarum, Princeps Theologus. 33. an fuerit concionator. ibid. Pſalterium ejus quale. 33. ſſ. 37.

Delphi-

Delphinatus inter Galliæ provincias quâ re illuſtris. 273.
DELRIUS (Martinus Antonius) quis. 343. ſ. variorum elogia. 344. ſ. diſquiſitiones magicæ quales. 345. ſ. Scripta exegetica & Adagia qualia. 346.
DERINGIUS (Edoardus) quis. 271. ſeq.
Derſchovius (Reinholdus) pater, quis & cur ab officio remotus. 486.
DERSCHOVIUS (Reinholdus) filius, quis. 486. ſ.
Deus principium eſſendi Theologiæ. 443. ſ. idem ejusdem objectum. 452. ſ.
Dei nomen tetragrammaton an pronunciandum 516.
Dietericus (Joh. Conradus) 127. ejus editio Catalogi Teſtium veritatis Flaciani qualis ibid.
Difficultas ſtudii theologici quanta. 464. ſ.
Dionyſius Areopagita quis. 18. Apocalypſeos inſcriptio eum an agnoſcat autorem. ibid. de ſcriptis ejus quid habendum. 19.
Diſſenſus in Cœna inter Lutheranos & Reformatos an fundamentalis. 302.
Diſſenſiones Theologorum an derogent quicquam certitudini Theologiæ. 459.
Doctoratu de Theologico quis ſcripſerit. 26
Dornkrelliorum antiqua proſapia quibus gaudeat inſignibus nobilitatis. 111.
DORNKRELLIUS (Tobias) quis. 112. elogium & ſcripta. ibid.
(Jacobus) quis. 112. vitam privatam pu-

blicis officiis præfert. 112. ſ. Opera ejus biblica. 113. ſ.

Dorſcheus (Joan. Georg.) 475.

DUDITIUS (Andreas) quis. 114. nomine Cleri Hungarici intereſt Concilio Trid. 115. dein ex Papiſta Lutheranus. 114. ſ. Epiſtola ad Maximil. II. de Concil. Trid. 115. ſſ. ejus Biographi. 117. ſſ. varia ejus elogia 117. ſ. Orationes 118. poſtremo vitæ tempore an ad Arianiſmum prolapſus. ibid.

E.

Eccleſia, de ea Tractatus Mornæi qualis. 64.

Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Compendium Gothanum quale & quis ejus Autor. 59.

Eccleſiaſtici officii dignitas quanta. 481. ſ. difficultas. 482.

EDELINGIUS (Petrus) quis. 119. ſ. ejus merita & ſcripta. 120.

Elogia Sammarthani qualia. 333. ſ.

Eloquentiæ Ciceronianeæ quanta vis. 106. ſectator Duditius. 117.

Epiſcopi Pontificii in Concilio Tridentino quales. 115. ſſ. 479.

ESAIAS Propheta, Princeps Theologus. 36. de eo & Prophetia ejus quorundam judicia. ibid.

ESCOBAR (Barthol.) quis. 349. elogium & ſcripta. ibid.

(Franc.) quis. 347. elogium. 347. ſ. publicis officiis vitam privatam præfert. 348. Diſcurſus illius de quatuor noviſſimis quales. ibid.

ESPEN-

ESPENCÆUS (Claudius) quis. 350. elogia. 350. ſ. taxat abuſus papales. ibid. eô ipſo ſibiquid contraxerit. 352. ſ. epitaphium. 517. ſeq.
Evangelica Harmonia Auguſti Brunſvicenſ. & Luneburg. Ducis opus quam præclarum. 39. ſeq.
Extrema duo, in Tractatuum Diſſertationumque generalibus enodandis vitanda. 5.

F.

Fanatici quodnam agnoſcunt Theologiæ principium. 448. ſ.
FARELLUS (Guil.) quis. 273. ejus maximam in prædicando acerbitatem & in elencho exceſſum reprehendit Oecolampadius. 274. elogium. 274. ſeq. ſcripta. 275.
Fechtius (Johannes) 1. 20. 21. 58. & alibi. Pietiſtarum hypotheſin: Theologiam irregenitorum non eſſe veram, variis in ſcriptis refutavit. 21. Oratio de Baccalaureatu Theologico. 26. Apparatus ad Epiſtolas Marbachianas qualis. 134.
FERDINANDVS ALBERTVS Dux Luneburgo-Brunſvicenſis, Princeps Theologus. 43. ejus ſcripta theologica. ibid.
FIDLERVS (Conſtantinus) quis. 487. ejus familia vere nobilis. 487. ſ. elogia. 489.
Flacianiſmus, de eo qui ſcripſerint. 130.
FLACIVS (Matthias) quis. 120. ex monacho Lutheranus. ibid. ob errorem de peccato exul. 121. merita ejus in Eccleſiam quanta. 120. varia variorum de eo judicia 121. ſ. Scripta quæ & qualia. 123. ſſ. Cognomines ejus quinam. 129.

FOR-

FORBESIVS (Patricius) quis & quod ejus ſcriptum, 276.
(Johannes) quis, & Inſtructiones ejus Theologicæ quale opus. ibid.
(Guilielmus) 277. ſſ. de eo judicia. 278. ſſ. Conſiderationes modeſtæ quales, ibid.
Franci (Dan.) Diſquiſitio de Indicibus librorum prohibitorum & expurgandorum qualis. 309. 353. 405.
Freſne (Carolus Du) 7. Gloſſarium ejus quale. 9. 10.
Fructiferæ ſocietatis Autor quis. 43. Hiſtoria ubi habeatur. 47.

G.

Gaillardus (Jac.) per Melchiſedecum quem intelligat. 30.
GEMMINGEN (Wolffgangus à) quis. 59. elogium. 59. ſ. Comm. in Apocalypſin qualis. 60.
GEORGIVS, Anhaltinus, Princeps Theologus. 43. à Jurisſtudio ad Theologicum tranſit. 44. ſcientia ejus Theologica quanta 44. ſ. ſcripta, 45. pro concione populum docet. ibid. de eo qui commentati. 44. ſ. 48.
Gerhardus (Johannes) 18. 30. 495. Loci Theoll. quale opus. 89. Meditationes quanto in pretio religionis noſtræ hoſtibus habitæ. 476.
GIFFORDVS (Guil.) quis & quæ ejus ſcripta. 354 ſ.
Glaſſii (Salom.) in Biblia Vinarienſia præfatio quantoperè commendata, 128. in iisdem quorum librorum ejus paraphraſis. 168.

Gloſſa

Gloſſa Flacii in Novum Teſt. quale opus. 128. ſ. ejus præfatio qualis. ibid.
Godenius (Rodolphus) 181.
Gothanum Hiſtoriæ Eccleſ. Compendium quale & quis ejus Autor. 59.
Goulartii (Simonis) de editione Catalogi Teſtium Flaciani quid habendum. 126. ſ. 133.
Gradibus de Academicis quinam ſcripſerint. 26.
Graſerus (Conradus) 293.
Gratianorum quorundam recenſus. 356. ſ.
GRATIANVS (Ant. Maria) quis. 355. ſ. ejus ſcripta. 356.
Gretſerus (Jacobus) 288.
GRODICIVS (Stanislaus) quis. 357. à ſtudiis ad mercaturam, ab hac rurſus ad iſta rediit. 357. ſ. elogium. 358. ſcripta. 558.
GRüNRADIVS (Otto) quis. 282. merita in Eccleſiam ſuam. ibid. elogia 282. ſ. epitaphium. 283. ſ. ſcripta. 284.
Grüterus (Janus) 288.
GVEVARA (Antonius) Senior, quis 359. de eo judicium. 359. ſeq. fides in hiſtoricis quæ ei habenda. 360. ſcripta. ibid.
(Antonius) Junior, 361.
(Hieron.) quis, & de eo judicium. 361.
(Jo. Beltranus) quis. ibid. ſcripta. 361. ſ.
GUSTAVUS ADOLPHUS, Dux Meklenburgenſis, Princeps Theologus. 45. ſcripta Theologica qualia. 45. ſeq.

H. HA-

H.

HABERKORNIVS (Petrus) quis, 489. ſ. elogia. 490. ſcripta. 492. ſ.
(Jo. Balthaſar) 493. ſ.
(Juſtus Balthaſar.) quis & quæ ejus ſcripta. 493.
Hafenrefferi (Matthiæ) Loci Theoll. in quanto ſint apud Suecos valore. 475.
Hamelmannus (Hermannus) 13.
HARBARTVS (Burch) quis. 134. ſ. proſapia ejus verè nobilis. ibid. elogia. 135. 502. ſcripta. 135.
Harmonia Evangelica Auguſti Brunſvicenſium & Luneb. Ducis quale opus. 39. ſeq.
HAVENSIVS (Arnoldus) quis. 365. elogium & ſcripta. ibid.
HESSHVSIVS (Tilemannus) quis. 136. ejus in Eccleſiam merita. ibid. Roſtochio pulſus. 137. cur reſtitui noluerit. ibid. varia ejus fata. 137. ſſ. elogia. 143. ſſ. ſcripta. 143.
Hildebrandus (Joach.) 35. Salomoni munus concionandi tribuit. ibid.
Hilliger (Joh. Wilhelmus.) 237.
HINCMARVS (Rhemenſis) quis. 365. ſ. ſeverior in Eccleſiam Romanam. 366. elogia. 366. ſ. ſcripta ejus qualia. ibid.
Hiſtoria Baronii quale opus. 416. controverſiæ Majoriſticæ. 86. Eccleſiaſtica Gothana qualis. 59. Lutheraniſmi Viti Luth. Seckendorffii opus quam pretioſum. 58.

HOE

HOE (Matthias) quis. 145. ejus prolapia antiquiſſima. 146. variorum elogia. 145. ſeq. 503. conſtantia ejus in Religione Luth. 503. ſ. Scripta quædam 146. ſſ. Manuali ejus Evangelico quis converſus fuerit. 146. ſ. Famæ ejus detrahit Arnoldus ibid.

Hunnii (Nicolai) Epitome credendorum qualis 475. ſeq. Præfatio in Διάσκεψιν magnoperè commendata. 128. ſeq.

I.

Jacobus I., Angliæ Rex, Princeps Theologus. 49. inuſitata ejus in omni doctrinæ genere eruditio 50. ſ. Scripta Exegetico-practica qualia 49. Paraphraſis in Apocalypſin. 51.

Jeſuitica Bibliotheca Alegambii qualis. 322.

Imperator chriſtianus primus quis. 42.

Impulſus Spiritus S. in Scriptoribus Sacris quid notet. 446.

Interpretes inter Pontificios quinam optimi. 419.

JOANNES (Andr. Eudæmon.) quis. 367. elogium. 368. Parallelus Torti ac tortoris. ibid. Refutatio Exercitationum Caſauboni qualis. 368. ſ. contra ipſum pro Caſaubono quinam ſcripſerint. 369.

Johannes Apoſtolus autor eſt Apocalypſeos. 17. non item inſcriptionis. 17. ſeq. Theologus appellatus Athanaſio. 19.

JOHAN.

JOHANNES, Dux Megapolitanus, Princeps Theologus. 46. Doctor in Academia Pariſienſi creatus. ibid. varii de eo ſcriptores. 49.
Iſagoge Aug. Pfeifferi in Kromayeri Theologiam Poſitivo-Polem. qualis. 171.
Juniorum quorundam recenſio. 293.
JVNIVS (Franc.) quis 285. de eo variorum judicia, 286. ſſ. Fama ejus lacerata à quo. 289. à quonam vindicata. ibid. in Atheiſmum prolapſus, 289. ſ. ex eodem quâ ratione ereptus. 290. Scrita potiora quæ & qualia. 291. ſſ. Epitaphium chronoſtichum. 516. ſ.

K.

Kortholtus (Chriſt.) 90. Hiſtoria Eccleſiaſtica, quæ ſub ejus nomine exſtat, an ſit illius. 94. ſ.
KRAKEVITZIVS (Bartholdus) quis. 149. ſ. memoria ejus quanta. 150. varia variorum elogia, 150. ſſ. 505. famam ejus ab Arnoldo laceratam quinam vindicaverint. 152. ſſ.
(Joachimus) quis. 155. ſ. ſcripta. 156.
(Albertus Joachimus) quis. 156. variorum elogia. ibid. ſcripta. 157. ſ. de orthodoxia ejus teſtimonium FCti s Theol. Roſtoch. 158. ſ. Controverſia cum Sebaſt. Edzardo. 159. ſ.
Kromayerorum antiqua proſapia. 164. ſ.
KROMAYERVS (Joh.) 165. ſ. elogia. 166. 505. memoriam ſub vitæ exitum planè amittit. 505. ſ. ſcripta. 166. ſeq.

(Hie-

(Hieronymus) Senior, quis. 169.
(Hieronymus) Junior. 169. variorum elogia. 170. ſ. 506. epitaphium. 507. Scripta. 171. ſ. Scrutinium religionum quale 507. ſeq. quædam Scripta Jo. Kromayero tributa à quonam. 506.
(Auguſtus Frid.) quis. 172.
(Jo. Abrahamus) quis & quæ ejus ſcripta. 172. ſ.

L.

Lämmelius (Chr. Frid.) 229. 231.
Lanſius (Thomas) 7. 10. 468.
Lapide (Corn. à) titulum Apocalypſeos cui tribuat. 18.
LASCVS (Joh.) quis. 300. de eo judicia. 300. ſ. ſcripta. 302. ſeq.
Latermannus (Joh.) 182.
LEDESMA (Joh.) quis. 373. mortem ſibi prædicit. ibid. elogium. 373. ſeq.
(Franciſcus.) 374.
(Petrus) ibid.
(Jacobus) ibid. elogium & ſcripta. ibid.
Lenitas nimia Melanchthonis exoſa orthodoxis, & contra eam qui ſcripſerint. 97. 100.
Liliorum familia nobilis. 174. ſ.
LILIVS (Georg.) quis. 176. fata. ibid.
(Caſpar) quis. 176. ſ. elogia. 177. ſ. Vita, merita & ſcripta apud quos. ibid.
Lingelsheimii (Georg. Mich.) Epiſtolæ quales. 119.

LIPSIVS (Martinus) quis. 371. elogium. ibid.
(Juſtus) 371. ſeq.
Lohe (Matthias vom) quis 494. ſ. elogium. 495. ſ.
LOJOLA (Ignatius) quis. 375. epitaphium. 375. ſ.
Lutheraniſmi Hiſtoria Seckendorffii quale opus. 58. ſ.
Lutheranos inter & Reformatos diſſenſus in S. Cœna an fundamentalis. 302.

M.

MACHABÆVS (Joh.) quis. 179. elogium. ibid. epitaphium. 179. ſ. ſcriptum. 180.
Magdeburgenſes Centuriæ, vid. Centuriæ.
MAGNVS. quis. 377. elogium. 377. ſeq.
Majores (Georg.) phraſis: B. O. ad ſalutem neceſſaria. 84. 86.
Majoriſticæ controverſiæ hiſtoria. 86.
MALDONATVS (Joh.) quis. 378. ſ. Auditorum ejus quantus numerus. 379. quâ re mortem ſibi contraxerit. 380. 383. variorum elogia. 379. ſſ. unus ex optimis Interpp. Pontificiis. C81. ſcripta exegetica qualia. 381. ſ. an plagiarius. 382. ſeq.
Marbachius (Johannes.) 188. 192.
MARCA (Petrus de) quis. 368. elogia. 386. ſeq. opus de concordia ſacerdotii & imperii quale. 387. ſ. in catalogum librorum damnatorum relatum. 388.
MASCOU (Georg.) quis. 496. ſcripta. 496. ſ.
(Nicolaus) 497.
(Georg. Balth.) quis. 498. ſcripta. 498. ſeq.

MASTRILLVS (Gregorius) quis. 389. elogium & ſcripta. 389. ſeq.
(Marcellus Franc.) 390. elogium. 390. ſ. ſcripta. 391.
MATTHÆVS CANTACVZENVS, Princeps Theologus. 52. depoſito imperio in monaſterium ſe recipit. ibid. ſcriptum theol. ibid.
MAVRITIVS, Haſſiæ Landgravius, Princeps Theologus. 52. ejus in omni doctrinæ genere eruditio. 52. ſ. ſcriptum. 52.
Mayeri (Jo. Frid.) diſſ. de Doctoratu Theol. 26.
Mazonius (Jac.) quam exiguô temporis ſpacio Theologiæ Doctor evaſerit. 479. ſ.
Meierus (Gebh. Theod.) 125. ad Centurias Magdeb. continuandas annuo honorario invitatus. ibid.
Melanchthon (Phil.) juſto in Reformatos lenior. 97. cæteris in ſtudiis quantus. 108.
MELCHISEDECVS, Princeps Theologus. 29. ἀπάτωρ & ἀμήτωρ cur dicatur. 29. ſ. an ſit ipſe Filius Dei. 30. Concionatoribus illuſtribus à quo adnumeratus. 31. ſ. de eo Scriptorum Syllabus. 30. 32. ſ.
Memoria quorundam excellens. 150. 189. 190. 417.
MENDOZA (Franc.) quis. 391. ſ. elogia & ſcripta. 392. ſ.
(Petrus Gongalez) 393. ſcripta. 394.
(Ferdinandus) 394. ſcriptum ibid.
(Petrus Hurradus) 394. elogium. 394. ſ.

——— (Didacus) quis. 395. ejus furtum. 396.
(Greg. Hurtadus.) ibid.
MENGDEN (Guſtavus) quis. 60. eruditio ejus & ſcripta theologica, ibid.
Meſſenius (Johannes) 341. ſeq.
Miniſtrorum verbi divini officium. 23.
MIRANDVLANVS (Jo. Picus) quis. 53. variorum elogia. ibid. Amorum libros, quos ſcripſerat juvenis, retractat & damnat. 53. ſeq.
Mislentiorum Proſapia perantiqua. 183.
MISLENTA (Cœleſtinus) quis. 180. in linguis orientalibus quantus. 183. variorum elogia. 180. ſ. 508. ſeqq. ſcripta. 181. ſeq.
MONLVCIVS (Joh.) 397. elogia. 397. ſeq.
MONTACVTIVS (Jacobus) quis. 305. in ſacra ejus liberalitas. ibid.
(Nicolaus) 306. ejus ſcripta. ibid.
(Richardus) 306. de eo judicia. ibid. ejus Anti-Diatribæ pro If. Caſauboni Exercitationibus adverſus Diatribas Bulengeri quales. 307. idem defenſor Pſeudo-Clementis. 307. ſeq.
MORNÆVS (Philippus) quis. 64. vir quantæ auctoritatis. 415. de eo judicia. 64. colloquium cum Perronio. 412. ſcripta theoll. quæ & qualia. 64. ſeq.

N.

Naturaliſtæ quodnam agnoſcant Theologiæ principium. 448.

Nancle-

Nauclerus (Joh.) quis & quale ejus Chronicon. 14. ſ.

Nicolai (Philippus) 316.

(Magnus) quis. 398. ejus elogium. 398. ſ.

Niemeieri (Jo. Barth.) iniquum de Mislenta judicium. 181.

Nobilis vocabulum unde dictum. 6. ejus Synonyma græca, germanica, gallica. 7. homonymia. ibid.

Nobilitas in ſenſu generali quid notet quidve includat. 7. ſeq. in ſenſu ſpeciali quid & quomodo diſpeſcatur. 8. 11. ſeq.

Nobiles dicti olim Principes & Comites. 12.

Nobiles quinam Theologica ſcripſerint, gradu licet theol. aut munere ſacro non gaviſi. 57. ſeqq. Pontificii cur plerumque operam dent ſtudio theol. 311. b.

Nobilis cur & quomodo Theologia catechetica imbuendus. 471. ſſ. an illi conveniat, Theologiæ eouſque acroamaticæ operari ut officio ſacro præeſſe queat. 476. ſſ.

Nobilibus de Theologis quinam ſcripſerint. 2. 485.

Nonnus Panopolita carmina juvenilia quomodo tractaverit. 57.

Novum in Teſt. Gloſſa Flacii qualis. 128. ſeq.

O.

Objectum Theologiæ quodnam. 452. ſ.

Oecolampadius (Jo.) Farelli in elencho exceſſum reprehendit. 274.

Oelhaſiorum quorundam recenſus. 186. ſ.
OELHAFIVS (Nic. Hieron.) quis. 185. ſcripta. ibid. epitaphium. 185. ſeq.
Officii Eccleſiaſtici dignitas quanta. 481. ſ.
Oſiander (Jo. Adamus) 17. 467.

P.

PAEZ (Petrus) quis. 399. elogium. ibid. & ſeq. quanti æſtimatus Imperatori. 400. ſ.
PALLANTERIVS (Hieron.) 402. elogium. ibid. modeſtia ejus quanta. ibid.
PALLAVICINVS (Sfortia) quis & qualis ejus Hiſtoria Concilii Trid. 403. ſ.
(Fabricius) quis & quæ ejus ſcripta. 406.
(Ferrantes) cur decollatus. ibid.
(Nic. Maria) ejus defenſio Pontificatus Romani Romanæque Eccleſiæ qualis. 407.
PAMELIVS (Jacobus) quis. 408. elogium. ibid. ſcripta. 408. ſeq.
Papæ Principes & Comites quô titulô olim per epiſtolam decorarint. 12. 16.
PAPPVS (Joh.) quis. 187. ex aula ad academica ſtudia delatus. 188. quo ætatis anno Eccleſiæ miniſter & Academiæ Profeſſor factus. ibid. memoria ſtupenda. 189. ſ. elogia. 189. ſeqq. 510. mortem ſibi quô pactô prædixerit. 191. Symbolum quodnam. ibid. Epitome Hiſtoriæ Eccleſ. qualis. 195.
Paraphraſis in Bibliis Vinarienſibus qualis & à quibus confecta. 167. ſeq.
PAZMANII (Petrus) 409. ſ. elogium & ſcripta. 410.

Perroniana a quo & unde collecta quidve contineant. 416.
PERRONIVS (Jac. David) quis & quantæ inter ſuos autoritatis. 411. varia variorum de eo judicia. 411. ſeq. in Colloquio cum Mornæo qualem ſe geſſerit. 412. dogma de Transſubſtantiatione ſummoperè defendit, ſed nunquam pro vero habuit. 412. ſ. Scripta potiora quæ & qualia. 413. ſeq.
PETITVS (Sam.) quis. 309. ſumma ejus in ſtudiis aſſiduitas. ibid. Linguarum OO. ad ſtuporem peritus. 309. ſ. variorum elogia. 310. ſ. ſcripta. 311.
(Petrus) ejus controverſia cum Iſ. Voſſio. 311. Diſſertatio de furore poëtico qualis. 311. ſ.
PETROWSKI (Gaſp.) quis. 416. elogium. 417. memoria excellens. ibid.
Pfeifferi (Aug.) Iſagoge ad Kromayeri Theologiam poſ. polem. qualis. 171.
Philoſophiâ & Philogiâ an imbutus eſſe debeat futurus Theologus. 23. 484.
PHILPOTVS (Jo.) quis. 312. adverſa fortuna. ibid.
Pietatis quanta in nobili neceſſitas. 472. ſ. defectus quanta adferat incommoda. 473.
Pietiſtarum aſſertum, Theologiam irregenitorum non eſſe veram, qui refutarint. 21. ſ.
PINEDA (Joh.) quis & quantæ apud ſuos authoritatis. 418. elogia. 418. ſ. unus ex optimis Interpp. Pontificiis. 419. Comm. in Jobum qualis. ibid.

ibid. de Salomonis ſapientia ſingularis opinio. 420.
PLATEN (Balth. Henr.) quis. 195. ſ. à puero SS. literarum ſtudio conſecratus. ibid. ſcripta. 196.
Plato carmina quædam ſua combuſſit. 57.
Pontificii nobiles cur operam plerumque dent ſtudio theol. & cur tantus eorum numerus. 311. b. 478. pleorumque Theologia qualis. 479. ſ. Doctores quinam & cur ſingulare aliquod cognomen adepti. 427.
Pontificios inter Interpp. quinam optimi. 419.
POVODOVIUS (Hieron.) quis. 422. elogium. ibid.
Præfationes Theologorum quænam cæteras ante omnes commendatæ. 128.
PREENIUS (Adolph. Frid.) quis. 179. proſapia verè nobilis. ibid. elogium. ibid.
Principes nobilis titulo olim uſi. 12. ſ. Theologi quinam. 29. ſeqq. è ſexu ſequiori ſcriptis theoll. illuſtres quinam collegerint. 54. ſ.
Principia in diſciplinis qualia eſſe debeant. 449.
Principium eſſendi Theologiæ. 443. ſ. quodnam cognoſcendi. 444. 449. ſ. principia aliorum futilia. 448. ſ.
Prophetæ majores cur ita dicti. 36.

Q.

Quiſtorpius (Joh.) Senior. 30. 487.
QVEIS (Erhardus) quis. 198. ex Papiſta Lutheranus quo tempore factus. 198. ſ.

QVIROS

QUIROS (Auguſtinus) 422. ſ. elogia. 423. ſ. ſcripta ejus exegetica. 424.

R.

Rathmanni (Herm.) pertinacia. 184.

Reformati quodnam agnoſcant Theologiæ principium. 448. an illis Calvinianorum nomen conveniat. 247. quinam illud amplectantur. ibid. eos inter & Lutheranos diſſenſus in S. Cœna an fundamentalis. 302.

REIHINGIVS (Jac.) quis. 201. ſ. familia nobilis. 516. ſ. ex Papiſta Lutheranus quomodo factus. 200. ſ. ejus liber retractationum qualis. 201. elogia. 201. ſſ.

Reineſius (Thomas) 310.

Religionis chriſt. de veritate liber Mornæi qualis. 65.

RICCIVS (Matthæus) 424. elogium 424. ſ. ſcripta. 425. ſeq.

Ricciorum quorundam recenſus. 426. ſeq.

RIDLEJVS (Nicol.) 313. fata adverſa. ibid. ſcrita. ib.

Rivetus (Andreas) 258. 286. 415.

ROSENCRANTZ (Oligerus) quis. 66. honoribus officiisque publicis ſe abdicat. 66. ſ. ejus ſcientia theologica quanta. 67. ſcripta theoll. ibid. (Georg.) ejus ſcriptum theol. 69.

Rubri circa explicationem duplici modo peccatur. 5.

Rupertus (Chriſtoph. Adamus) 360.

RYCKELIVS (Dionyſ.) 427. πολύγραφος. 428. elogium. ibid.

S.

SADEEL (Ant.) quis. 314. ejus proſopia illuſtris ibid. elogia. 314. ſ. Symbolum. 315.
SADOLETVS (Jac.) quis 428. elogia. 429. Comm. in Epiſt. ad Rom. qualis. ibid. Pœmata & Orationes. 429. ſeq.
SADOLINVS (Jo. Georg.) 72. ſ. cur ab officio remotus. 73.
Sagittarius (Caſpar) 14.
Salmaſius (Claudius,) 310.
SALOMO, Rex Iſraëlitarum, Princeps Theologus. 35. munus concionandi an obierit. ibd. Eccleſiaſtis an ſit autor. 37. an fuerit Scepticus. 420. de ejus ſapientia Pinedæ ſententia. ibid.
Sammarthani (Scævolæ) elogia qualia. 353. ſ.
SANCHEZ (Thom.) quis. 430. ſ. ſeverus vitæ cultus. 431. elogia. ibid. ſcripta. 432.
SANDOVAL (Cant.) ex Papiſta Lutheranus. 60. Epiſtolæ ejus theoll. binæ quales & ad quos ſcriptæ. 60. vitæ & Epiſtolarum hiſtoria. 62.
SAWICKI (Gaſp. 432. elogium. 432. ſ. ſcripta. 433.
SCARGA (Petrus) quis. 433. ſ. vitæ privatæ ſtudioſus. 434. animi contentionibus manuum labores jungit. 434. ſ. elogium & ſcripta. 435.
Schlüſſelburgius (Conradus) 84. 87.
Scholaſticorum ætates. 318. b.
Scriptores ſacri quomodo ſe geſſerint in ordine ad Spiritum S. 447. an errare potuerint. 458.
Scriptura S. principium congnoſcendi Theologiæ. 444. & quomodo. 449. quô pactô in literas redacta. ibid. ejus ſanctitas quanta. 454. quas ob

caufas

cauſas eadem illi competat. 455. ſ. certitudo. 458. perfectio. 460. efficacia. 462. ſ. an poſſit ab ea ſeparari. 462.
Scripturæ clavis, vid. Clavis.
SCHWENCKFELD (Caſp.) ex Lutherano fanaticus. 204. religio & dogmata. 205. ſanctorum catalogo illatus ab Arnoldo. 206.
SECKENDORFF (Vitus Ludov.) quantus Theologus. 58. ſ. Comm. de Lutheraniſmo qualis. ibid. ſcripta alia. 59.
Seldius (Jo. Chriſt.) quas Theologorum Præfationes maxime commendaverit. 128.
Sixti Senenſis Bibliotheca ſancta qualis. 55. ſ.
Societatis fructiferæ autor. 43. Hiſtoria. 47.
Sociniani quodnam agnoſcant Theologiæ principium. 448. an in Chriſtianorum numero habendi. 76. celebriorum recenſus. 76. ſeq.
Soliloquia Caſp. Barthii quale opus. 66.
Spangenbergius (Cyriacus) 13.
SPERATVS (Paulus) quis. 207. fortuna adverſa. ibid. elogia. 208. Hymni ejus quales. 208. ſeq.
STAVPITZ (Joh.) 211. ſ. SS. literarum cultor indefeſſus. 212. ſingularis Lutheri fautor. 213. variorum elogia. 213. ſ. primus FCtis Theol. Witteb. Decanus. 216. ſcripta 215. 512. ſ.
STIGZELIVS (Laur. Matth.) quis. 71. elogia & ſcripta. ibid.
STREITHAGIVS (Petrus) 316. ſ. elogium & ſcripta. ibid.
Stypmannus (Franc.) 476. ſeq.

SVAREZ (Franc.) 436. elogia. 436. ſ. ſcripta. 438. (Franc.) alter. 438. ſcripta. ibid.
Suareziorum quorundam recenſio. 439. ſeq.
Suavis (Petri) elogium. 405. Hiſtoria Concilii Trid. qualis. 403. ſeq.
Surius (Laurentius) 15.
Syncretiſtæ quodnam agnoſcant Theol. principium. 448.

T.

Taxa pœnitentiaria Apoſtolica in Eccleſia Romana quale inſtitutum. 350. ſ.
Tertulliani Apologeticus cur legendus. 409.
Teſtamentum Novum quis Gloſsâ illuſtrarit. 128.
Teſtium veritatis catalogus, vid. Catalogus.
Theologiæ vox quid notet quoad etymon. 17. non eſt ſcripturaria, ſed tamen antiquiſſima. ibid. Synonyma. 20.
Theologia vera an in ſolo pio exiſtat. 20. 456. catecheticâ quis inſtructus eſſe debeat. 23. quis acroamaticâ ibid. hæc quas complectatur partes. ibid. catecheticâ cur & quomodo imbuendus nobilis. 471. ſſ. acroamaticæ an eousque operari nobilem deceat, ut officio ſacro præeſſe poſſit. 476. ſſ. eminentia Theologiæ inter cæteras ſcientias. 443. ſſ. principium eſſendi. 443. ſſ. quodnam cognoſcendi. 444. ſ. objectum quod. 452. ſ. ſanctum reddit eum, qui eidem operatur. 456. ei imputari num poſſit, quod non omnes eam tractantes ſancti reddantur. 457. Certitudini ejus an derogent diſſenſiones Theologorum. 459. perfectio quanta. 460. ſ. difficultas. 464. ſ. de e-

—jus eminentia inter omnes alias ſcientias teſti-
monia Theologorum & JCtorum. 466 ſſ. Theologia plerorumque Pontificiorum qualis. 479. ſ.
Theologus accuratus quis ſit 23. ſ. quibus præſidiis inſtructus eſſe debeat. 23. 465. ſeq. 484. Theologi quinam principes. 29. ſſ. Theologis de nobilibus quinam ſcripſerint. 2. 485. Theologico ſtudio cur plerumque operam dent Pontificii nobiles. 311. b.
THIARDVS (Pontus) 440. elogium. 440. ſ. vitam privatam præfert publicæ. 441. ſcripta, ibid.
Titulus Apocalypſeos quem habeat autorem incertum. 17. à Johanne ipſo non eſt additus. 18.
Transſubſtantiatio Pontificiorum monſtra ex cujus Papiſtæ teſtimonio. 413.
Tribbechovius (Adamus) 307. ſeq.
Tridentini Concilii Aſſeſſores quales. 115. 116. de eo Epiſtola Duditii. 115. ſſ.
Tyrannis militum Cæſar. in Ducatus Megap. & Pomeran. olim exercita. 153.

V.

Valckenierius (Joh.) plagiarius. 277.
Venetorum quorundam recenſio. 219.
VENETVS (Georg.) quis. 217. ſ. cur in exilium ejectus. ibid. elogium. 218. ſcriptum. ibid.
Veritate de Religionis chriſt. liber Mornæi qualis. 65.
Verſio Novi Teſt. Theod. Bezæ qualis. 258. 291. Veteris Tremelii & Junii. 291. ſſ.

Vina-

Vinarienſia Biblia. vid. Biblia.
VIRGINIVS (Andr.) quis. 220. ſ. ſcripta. 221. ſ. eorundem elogium. 512. ſſ.
Voëtius (Gisbertus) 119.
Voſſius (Gerh. Johannes) 50. ejus de Jacobo I. M. B. R. judicium. ibid.
VOSSIVS (Sam.) quis. 222. ſ. in utero Deo conſecratus. 226. elogia. 223. ſ. epitaphium. 224.
Voſſiorum nonnullorum recenſus. 224. ſeq.

W.

Wellerorum proſapia antiquiſſima. 226. 230. 235.
WELLERVS (Hieron.) quis. 226. à Juris ſtudio ad Theologicum tranſit. 228. Lutheri per octennium convictor. ibid. variorum elogia. 226. ſ. 232. ſ. quoties S. Cœnâ uſus 218. vivus prægustum vitæ æternæ ſenſit. ibid. ſcripta. 228 ſeq.
(Petrus) Orientalium callentiſſimus. 234.
(Jacobus) quis. 234. ob paupertatem famulando in Academia ſe ſuſtentat. 235. quanto Auditorum gaviſus numero; 235. ſ. elogia. 235. ſ. 525. Symbolum 240. Scripta quædam & de iisdem judicia. 236. ſſ. pleraque Hieronymi ſcripta quis eidem tribuat. 514. ſeq.
(Georg. Paulus) quis. 238.
(Johannes) 499. elogium. ibid. memorabile quoddam. ibid.
(Vincentius) quis. 499. ſ. elogia. 500.
Winſtrupius (Petrus) Senior. 73. ſeq.

WIN-

WINSTRVPIVS (Petrus) Junior, quis. 72. elogia, ibid. Comm. in Matthæum qualis. ibid.
Witſius (Herm.) 36.
Wittebergenſis Acad. primus Rector quis. 216.
Wood (Antonii) Hiſtoria & antiquitates Academiæ Oxonienſis quales. 265.

Z.

Zieglerorum quorundam recenſio. 242. ſſ.
ZIEGLERVS (Bernhardus) quis. 240. Luthero & Philippo chariſſimus. ibid. variorum. elogia. 241. ſcripta. 242.

ERRATA

quæ ob Auctoris abſentiam irrepſerunt.

P. 7. lin. 11. pro: *quondam* lege: *hodieque.*
p. 10. lin. 2. lege: *invectiva.*
lin. 2. lege: *r' imprimer.*
lin. 10. pro: *eſſet* lege: *effet*
lin. 14. lege: *Gloſſaire, en.*
p. 12. lin 7. lege: *caterique.*
p. 13. lin 12. lege: openpaar.
lin. 22. lege: *hodienum.*
lin. 23 lege: *ornantur.*
p. 14. lin. 16. lege: *Jena.*
p. 16. lin. *1.* pro *VVollerus* lege: *Mollerus.*
lin. penult. lege: *Schaumburg.*
p. 17. lin. penult. pro: *Latinorum* l. *chriſtianorum.*
p. 19. lin. *16*, lege: *θεολογήσαντας.*
p. 20. lin. 21. pro: *qua* lege: *quæ.*
p. 22. lin. 14. pro: *propoſita* lege: *propoſitis.*
p. 28. lin. ult. pro: *Multè* lege: *Multò.*
p. 35. lin. 18. 19. lege: *Ducatuum & Comitatuum.*
p. 36. lin. antepenult. lege: *copioſum.*
p. 37. lin. 23. 24. lege: *Petro Dan. Huetio.*
p. 43. lin. 3. pro: *ſunt* lege: *ſonant.*
lin. 5. lege: *accurrebat.*
p. 44 lin *19* lege: *hujus ſeculi*
p. 45. lin. 14. lege: *inæſtimabilis.*
p. 49. lin. 25. lege: *Latino.*

p. 54. lin. 23. lege: *Gotzius.*
p. 55. lin. 17. lege: *graviſſimis.*
p. 56. lin. 28. lege: *Daſchitzky.*
p. 57. lin. 10. lege: *Converſione.*
p. 61. lin. 13. lege: *Schediaſmati,*
p. 63. lin. 18. lege: *decimi.*
p. 67. lin. 3. lege: *audit.*
p. 68. lin. 8. lege: *Olaus.*
p. 69. lin. 7. lege: *doctiſſimos.*
p. 78. poſt lin. 11. pro §. *V.* po-ne §. *X.*
p. 83. lin. 21. lege: *Fechtius.*
lin. 24. lege: *gentilitium*
p. 84. lin. ult. lege: *Majoris.*
p. 91. lin. 10. lege: ἀγαθῶς.
p. 92. lin. antepenult. lege: *Sermones.*
p. 93. lin. 5. lege: *Meletematibus*
lin. 13 14. lege: *Kaynaudus*
lin. 15. lege: *Mollerus.*
lin. 16. lege: *philologico*
p. 94. lin. 11. lege: *Theatro.*
p. 104. lin. 1. lege: Μελάγχ-θονος.
ibid. lege: ἀπάντησιν.
p. 106. lin. 14. lege: *roſtra.*
p. 114. lin. 17. lege: *Quinquec-cleſienſi.*
p. 117. lin. 24. lege: *Duditii*
p. 120. lin 1. lege: *milleſimum*
p. 121. lin 4. lege: *variis.*
lin. 10. lege: *quos*
p. 122. lin. ult lege: *Flacius.*
p. 124. lin. 12. lege: *Præcipuum*
p. 126. lin. ult. lege: *Prodiit*
p. 127. lin. 4. lege: *Flacianis*
lin. 20. lege: *Catalogo*
p. 129. lin. 12. lege: *Niemeierus*
p. 130 lin. 17. lege: *in modo*
p. 132. lin. 4. lege: *notitiam*
lin. 13. lege: *Seculi*
lin. 24. lege: *Sluterus*
p. 133. lin 8. lege: *Methodorum*
p. 134. lin. 9. lege: *Eccleſ.*
p. 135. lin. 8. lege: *Principium Collegii.*
l. 25. lege: *doctrinam*
lin. 26. lege: Capita de
p. 136. lin. 15. lege: *adnumeratum.*
p. 137 lin. 14. lege: *ipſe*
p 142. lin. 3. lege: *ſententiam*
p 143. lin. 19. lege: *calamo*
p. 144. lin. 8. lege: *de Meritis*
p. 145. lin. 20. lege: *Natus iis*
p. 148 lin. 3. lege: *Sam. Benedict.*
p 151 lin. penult. lege: *inſtinctum.*
p. 152. lin. 14. lege: *delectatur*
p. 155. lin. 20. lege: *Krakevitzius*
lin. 21. lege: *Theatro*
p. 158. lin. 7. lege: *inſimulantium.*
p. 162. lin. 5. lege: *triennium.*
p. 163. lin. 2. lege: *ſupereſt*
lin. 16. lege: *præcepsque*
p. 164. lin. 10. lege: *Lignicio*
lin. 17. lege: *decet*
p. 168. lin. 20. lege: *Solem.*
p. 171. lin. 11. lege: *imperturbata.*
lin. 16. lege: *conſecuti*
p. 175 lin 19 poſt *cæterorumque* hæc ſunt omiſſa: *nobiliſſima Liliorum nomina in publico.*

p. 185

p. 185. lin. 13. lege: *ſuperioris ſeculi.*
p. 191. lin. 6. lege: *propria*
p. 192 lin. antepenult. lege: *Theologum.*
p. 196. lin. 5. lege: *ſua.*
lin. 6 lege: *augmentum*
p. 199. lin. 17. 18. lege: der Pomeſaniſche Biſchoff.
p. 201. lin. 17. 18. lege: *retractationum.*
p. 202. lin. 1. lege: *in æde.*
p. 203. lin. 5. lege: *in Tubing. Acad.*
p. 204. lin. 9. lege: *in Memorabilibus.*
lin. 25. lege: *Connumerandus.*
lin. 29. *Mittimus.*
p. 206. lin. 24. lege: *laudum.*
p. 207. lin. 3. lege: *Suevo.*
lin. 20. lege: *quarto*
p. 208. lin. 17. lege: *inſertæ.*
p. 210. lin. 3. lege: kurtzen.
lin. 20. lege: *citirt*
p. 219. lin. 17. lege: *Trithemius*
p. 222. lin. 16. pro: *octogeſimo* lege: *ſeptuageſimo.*
p. 225. lin. 10. 11. lege: *improbat*
p. 226. lin. 11. lege: *jam locô*
lin. 14. lege: *VVellerus.*
p. 227. lin. 25. lege: *Freibergenſium.*
p. 233. lin. 11. lege: *MDCCI*
lin. 23. lege: *Theatro.*
p. 235. lin. 3. lege: *ea de re.*
p. 236. lin. 8. 9. lege: *Caſarei*
p. 240. lin. ult. poſt: *Adamus* pone (c)

p. 242. lin. 26. 27. lege: *annum.*
p. 243. lin. antepenult. lege: *biogr.*
p. 245 lin. 9. lege: *Sec. XVI.*
p. 248. lin 5. lege: *Calviniſtica*
p. 249. lin. 2. lege: *ejusdem.*
ibid. lege: *Exonienſis*
p. 251. lin. 9. lege: nach *Thyſii* Bericht.
p. 252. lin. 22. 23. lege: *cuique*
p. 255. lin. 13. 14. lege: *præcoces.*
p. 262. lin. 23. lege: *Fechtium*
p. 263. lin. 4. lege: *Vitis*
lin. 22. lege: *Sec. XVI.*
p. 266. lin. 5. 6. lege: *Academiarum.*
p. 268. lin. 8. lege: *eam liberavit.*
lin. 25. lege: *ſubjicit*
p. 271. lin. 1. lege: *erraſſet*
p. 276 lin. 21. lege: *Gomari*
p. 278. lin. 3. lege: *Fechtii*
p. 279. lin. 19. lege: *apricum*
lin. 22. lege: *Schiſma.*
p. 280. lin. 10. lege: *per ſingulos*
p. 283. lin. 2. lege: *meretur*
p. 285. lin. 20. lege: *nebulone*
p. 286. lin. 2. lege: *Merula*
p. 287. lin. penult. lege: *majoraque.*
p. 288. lin. penult. lege: *ſcurrili.*
p. 290. lin. 3. lege: *Benonum*
p. 291. lin. 23. lege: *continuarunt.*
p. 295. lin. ult. lege: *oleum.*
p. 296. lin. 26. lege: *reliquit*

p.301. lin.20. lege: *anteſignanus.*
p.302. lin. 6. lege: *contra*
p.304. lin. 13. lege: *M. Dav. Schultetum*
lin.19. ſenſus ità eſt reſtituendus: *in de doctis VVeſtphaliæ Schediaſmate Epiſtolico ad Georg. VVeſtphalum.*
p.308. lin.14. lege: *Propylæo*
p.309. lin.23. lege: *Orientalium.*
lin.25.26. lege: *Hebræam*
p.310. lin.6. lege: *incuſſit*
p.314. lin.12.13. lege: *cariſſimus*
p.315. lin.5. lege: *affectata*
lin.21. lege: *præfuit*
lin.24. lege: *juvenis*
p.319. lin.10. lege: *Eſpencæum*
lin.19. lege: *Havenſium*
p.311. (quæ eſſe debebat p.321., nam poſt num. 319. malè denuò poſitus eſt 310.) lin. penult. lege: *Pontificium*
p.313 lin. penult. lege: *omnium*
p.316. lin. 24. lege: *arguit*
p.317. lin.18. lege: *Script.*
p.319. lin. 20. lege: *ab Homonymis.*
p.324. lin.17. lege: *ſine.*
p.326. lin.3. lege: *apud Thomam.*
lin.12. lege: *Methodorum.*
p.327. lin 3. lege: *Nobilium*
lin.18. lege: *Arnoldo*
p.329. lin.18. lege: *De Græcorum arte grammatica.*

p.331. lin.14 lege: *efferretur*
p.332. lin.11. lege: *concuti*
lin.22.23. lege: *Septennis*
lin.14. pone: *§. IX.*
p.333. lin. penult. lege: *amorem.*
p.334. poſt lin 7. pone: *§ X.*
p.336. lin.26. lege: *Cæterum*
p.337. lin. 9. lege: *lingua*
lin.18. lege: *Pſalmos*
p.339 lin.14. lege: *Academici*
lin. penult. lege: *VVittenius.*
p.340. lin.14. lege: *altaribus*
lin.21.22. lege: *Cæmiterium.*
p.341. lin. ult. lege: *coronatus*
p.347. lin.18 pro: iiſdem lege: *itidem.*
p.348. lin.18 19. lege: *judicabitur.*
p.351. lin.7 8. lege: *Summiſtis*
lin.20. lege: *facultatibus*
lin.24. lege: *majore*
p.354. lin.4 lege: *eloquentiſſimis*
lin.11. lege: *excelluerunt*
p.355. lin.16. lege: *Reges*
p.358 lin. 6. lege: *delineat*
p.361. l.25.26. lege: *Crovvæus*
p.362. lin.6. lege: *auditorum*
lin.22. lege: *Siciliæ*
p.365. lin.2.3. lege: *Havenſium*
lin.11. lere: *hæreticæ*
p.366. lin.14 lege: *Hinmarus*
lin.20.21. lege: *eorumque*
p.367. lin. 23. lege: *Cydonius*
p.369 lin.24. lege: *Rosvveydus*
p.371. lin.18. lege: *Hilarii*
p.377. lin.11. lege: *conſignavit*

p.38